est pena: ⁊ ꝯñes sũt false de ỽtute vocis: q: ex forma denotat̃ ꝙ subiectũ supponit ꝓ aliqua re respectu huiꝰ verbi ē: ꝟ impropꝛie accipiũt ꝓ alijs sicut ista moꝛs ē dãnũ: exponit̃ ꝑ istã q̃ est ⁊ nõ erit dãnificabit̃. Eodē mõ annihilatio est pena: ꝑ istã si aliq̇d ē ⁊ postea ꝯm nullã ꝑtē sui erit de eo fiet ꝙ hõ vl̃r nollet. Et licet talis modus loquēdi nõ sit oĩno ꝓpꝛius: ãnihilatio ē pena: tñ ꝓpter bꝛeuitatē loquēdi magis eligit cõmunitas hoim sic loq̇ q̃ per eiꝰ interpꝛetationē. Tũc ad formã argumẽti. oĩs pena alicui est pena aut dũ est aut dũ nõ est ⁊c̃. Dicit̃ ꝙ iste ꝓpõnes pñt accipi vel impropꝛie ꝓ alijs: vel ꝓpꝛie. Scđo mõ sunt false: ꝑmo mõ sunt vere. ⁊ ē sensus. ꝑ quãcũq; penã aliq̇s puniebat̃: ⁊ ꝑ q̇d cũq; dãnũ aliq̇s dãnificabat̃. Et ideo qñ arguit̃. si annihilatio soꝛtis possit esse dãnũ soꝛtis aut qñ est aut qñ nõ est. dicit̃ ꝙ qñ nõ est. vñ in pꝛimo instãti in quo hec est vera soꝛtes nõ ē. verũ est dicere soꝛtes immediate ante hoc fuit ⁊ mõ nõ est. ⁊ si eēt meliꝰ iudicaret̃ sibi eē q̃ nõ eē soꝛtē esse in bona dispositiõe. ⁊ iõ soꝛtē esse et postea nõ eē dr̃ pena soꝛtis vel dãnũ. ⁊ nõ est querendũ q̃ res ē soꝛtē ꝑmo esse ⁊ postea nõ esse et soꝛtē eē iudicari meliꝰ rõnabilit̃ q̃ soꝛtē nõ esse.

AA
Scđo ad pꝛincipalem cõclusionem

Scđo arguebã ad ꝓbãdũ ꝙ dãnatꝰ actualit̃ volũtate deliberata vult nõ esse: q: magis discõueniēs ē dãnato sua pena q̃ sit ꝯueniēs suũ eē. hoc ꝓbat̃: q: si pena dãnati foret minꝰ discõueniēs sue volũtati q̃ suũ esse est cõueniēs plꝰ delectaret̃ de hoc ꝙ esset q̃ tristaret̃ de eo ꝙ in tali pena esset. gͦ dãnatꝰ apphēdēs se esse vel se esse miserũ iudicat se eē miserũ: magꝭ discõueniens eē sue volũtati q̃ se eē sit cõueniēs sue volũtati. gͦ magis odit se eē miserũ q̃ diligit se eē. gͦ mallet se nõ eē q̃ eē miserũ.

Responsio

Ad illud rũdet̃ negãdo assũptũ ꝑmũ: istã videlꝫ. magis disconueniēs ē dãnato sua pena q̃ ꝯueniēs sit suũ eē ⁊ hoc q: eē dãnati nõ est aliq̇d nisi ipemet dãnatꝰ.

Replica

Sꝫ ista rñsio in nullo vadit ad argumẽtũ nã placet mihi ꝙ eē nõ sit res addita rei q̃ dr̃ eē sed sumo istã ꝓpõnē: dãnatꝰ apphēdēs se eē miserũ ē suo appetitui magis discõueniēs q̃ se eē sit cõueniēs. Sꝫ ad ꝓbationē istiꝰ quãdo arguitur ꝙ si nõ: dãnatꝰ magꝭ delectaret̃ de eo ꝙ essꝫ q̃ tristaret̃ de eo ꝙ miser esset. Dicit̃ ꝙ delectatio vel gaudiũ dr̃ dupl'r. vno mõ est actꝰ elicitꝰ vel passio ꝓueniēs ex cõiũctione cõueniētis cũ cõueniēti: ⁊ alio mõ dr̃ naturalis cõplacentia. Primo mõ nõ gaudet dãnatꝰ de suo eē: q: esse suũ ē ipemet. Scđo mõ cõcedit̃ ꝙ dãnatꝰ magꝭ gaudet de eo ꝙ est q̃ tristet̃ de eo ꝙ miser est. Sꝫ ꝯtra: q: in neutro mēbro distinctiõis videt̃ cõueniēter eē dictũ. Pꝛio dr̃ ꝙ dãnatꝰ nõ gaudet de suo eē actu elicito: q: ipemet est suũ esse.

x·rite
colorchecker CLASSIC
mm

iminuit de volũtario: ꝟ
e electiõis. vñ sic in vir
at iustũ: ꝟ req̇rit̃ ꝙ faci/
n arist. ij. ethicoꝝ. c. iiij.
eq̇rit̃ ꝙ opet̃ sciēs ⁊ eli
necessitat̃ ad volēdũ se
peccãdũ. sic nõ seq̇tur
ēdũ rē alteriꝰ: gͦ necessi/
te tali nc̄citate illud ex
citatē foret pctm̃: sicut
ad occidēdũ hoiem vt
at̃ ad peccandũ: q: ho
õ est pctm̃: ⁊ hoc si oc/
bijpi cã illiꝰ nc̄citatis.
ꝫ. sil'r nec ꝯñs est incõ
. multi eñ dicũt ꝙ dã
nc̄citãt̃ ad peccãdũ: ⁊
o pena: q: tñ sibijpis
õ nõ excusãtur. Et ad
ateria illa sic ꝙ nullꝰ
õt. Dico ꝙ sic dꝫ intel
co q̇d aliqñ vitasse po
cũq; peccat: peccat in
ccat: ⁊ si eēt aliqua cã
ꝫ ad faciēdũ vel omit
aciēdo nõ peccaret: si
entē nõ meruisset. Et
nc̄citati ꝑ penas moꝛ
eccauerũt. pꝫ per ꝑdi
te ꝯm eoꝝ culpã pꝛe
in illã deoꝛdinatã ne
natis. nec ꝯñs ē im/
peccauerũt: vel ꝓpt̃
excusari. vnde si q̇s
abolo etiã suggeren
icidio sui ꝑstare deo
ꝫ eccl'ia militãs talē
inaret̃ in rei verita/
oc eiꝰ nc̄citate cõsta
b aug. ꝙ nulla natu
lr dicere ꝙ ꝯm legē
gere voluntatē: nec
vel nisi añ deoꝛdina
eret̃ tãq̃ in penã
e dyabolo pꝫ ⁊ dã/
s idē ꝑ ea q̃ diffusiꝰ
mũ. Ad quartũ de
lla magꝭ facit ꝓ me
daret apl's diuinã
es tẽtari vltra illõ
t. ⁊ iõ ex ꝟ satis in
oꝛiã attinet nõ ob/
ꝫ necessitari ꝑ ex
electabile ad volē
ũ: sed in hoc volen

FF
Respõsio ad auctoritatē august.

Ad secũdum

GG
Ad tertium
Ad quartum

GAGUINUS

INCUNABLES
2082

Liber iſte ptinet iohãn de fine alto baſino pbro in heretulo modo ex legato
xpoforj egidi

Roberti Gaguini ordinis ſancte trinitatis miniſtri generalis de origine ⁊ geſtis francorū perq̄ꝫvtile compēdiū.

¶ Eiuſdem ad librum ſuum carmen.

I quo quiſqȝ tui dilector et aura vocabit.
Gratus eris forte: damnabere forte: ſed omni
Parte nihil reſonum cui non obmurmuret eger
Semper in alterius felici liuor honore. :—
Sis licet auritus: audi ſurdaſter inertes :—
Quos prius haud vincas: q̄ rudere ceſſet aſellus.
Si minus es comptus: aut verbi examine comis:
Te ſatis ornabunt francorum illuſtria regum
Et geſta et virtus. his iam defenſus abito.


HONNEVR · AV · ROY · ET · A LA COVRT · SALVT · A L VNIVERSITE · DONT · NRE · BIEN · PROCEDE · ET · SOVRT · DIEV · GART · DE · PARIS · LA · CITE

EXBIBLIO PUCCINORUM PATIENTIÆ XPI MATRIT.
INRI
Qui inde tollit, aut tenet, excommunicatus & privatus manet, dũ Papa non abſolvit; Concio vé fit.

14

¶ Roberti Gaguini ordinis ſancte trinitatis de redemptione captiuorum generalis miniſtri ad veterem et ſibi ſpectatiſſimū amicū petrum buriū eccleſie ambianenſis canonicum in compendium de francorum origine et geſtis prefatio incipit feliciter.

Rerum a francis geſtarum magnitudinē cōpendio ꝑcurrere ꝯſtitui: vt pleriſqꝫ minime vtilibus diuerticulis obſtructis: recta ductus via lector ad ſūmā hyſtorie metā expeditus ꝑueniat. Qui eñ ab exortu francorū gentis ꝑ cētū ſupra milleſimū annū ſingula queqꝫ geſta poſteris tradere conati ſunt gallici quidem autores ſupereffluenter: latini vero noſtrates (q̄ perrari ſūt) ſine vlla orationis maieſtate preclara quorūdam francoꝝ regum facinora parū ſincera reddiderunt. Quod ego viciū non emendaturū me ꝓfiteor. id eñ niſi ab elegantiſſimo copioſoqꝫ ſcriptore preſtari nullo modo poteſt: qui ⁊ ab integro rem omnē cōpoſitiſſimo ſtilo diligenter ⁊ pēſiculate ꝓſequi recipiat: et principis impenſa ſit adiutus: cuiꝰ potiſſimū refert ſuoꝝ facta maioꝝ ſcriptis q̄ digeſtiſſimis cōmittere. q̄ ⁊ ipe nō ignoret: et poſteri libenter cognoſcant. Sed raro aiaduertit: nihil tā bene fortiterqꝫ geſtū eſſe: qđ demiſſe abiecteqꝫ narratū minus illuſtre nō appareat: ita vt q̄tū aio atqꝫ ꝟtute q̄ppiā memorabile ꝑpetraueris: tantū illud extenuet oratio inculta. Verū ꝑ ſentes et parū planas france hyſtorie vias incedā et que ad rem ꝓpoſitam cōmode ꝑtinere arbitrabor ea tantū in vſū reipublice correpta breuibus apprime ſtatiūculis (vti q̄tum volet lector imoretur) collocabo. Atqꝫ has meas dū ꝑ ociū et morbi leuamen licuit deſumptas luſiones tibi petre buri maxime aſſignatas eſſe operepreciū duxi. ꝓpterea ꝙ ad litterarias olim vigilias vna ſepenumero ꝑnoctauimus: q̄qꝫ amicos ſanctiſſime obſeruare: ⁊ q̄ ꝑ illos accōmodate poſita eſſe noris ea laudi vertere nō inuides. Hoc eñ pacto ex hac lucubratiōe nihil videbor muneris a principe aucupari: ſed in tua q̄ vetuſtiſſima caritate fidem dilectionemqꝫ noſtram reponere. Sed illud tibi precognitū petre ſit. locoꝝ me atqꝫ hoim ꝓprias appellationes ſecutum eſſe: quas vulgus in vſu potiſſimū habet: eaſqꝫ ita ꝓxime ad vulgarem formā inflexiſſe: vt ipſa mox dictio locū vel hoiem de quo ſcribimus lectori repreſentet. Neqꝫ veritus ſum obtrectatorū calūnias: qui noua me quedā excogitaſſe blacterabunt. Nā ſi que france ꝓferunt vocabula integra poſuiſſem: nō latine latinis ſcripſiſſe reprehenderer. Que dū ꝑ deriuationem vernaculi nois latina legentur. (ſi forte ſine ſubſannatione legent) plana erūt. Vale ex edibus noſtris apud diuū maturinū Pariſieñ. Anno ſalutis chriſtiane. M. cccc. xcv. pridie kalendaꝝ octobrium.

¶ Idem Robertus Gaguinus recognito iam opere lectori. S.

Correptum a me atqꝫ breuiatū de frācoꝝ hyſtoria opus cū poſt fere bieniū q̄ illud deprauaſſet impreſſor recognoſcendum recepiſſem: tam multis viciatū mendis offēdi: vt q̄ iā quīgenta emiſſa erāt volumina domū (ſi fieri potuiſſet) reuocata eſſe optarē: delenda prorſus et ſempiterna obliuione premēda. Qua ſane indignatione affectus mihi ne an impreſſori magis iraſci deberē heſitaui. Incōſiderationi eñ mee facile quiſpiā imputarit: ꝙ meas non erudito ſatis artifici lucubrationes crediderim. Impreſſori vero ꝙ ad ſe receptum opus terſum reddere non curauit. Sed qualecūqꝫ idipm qđ q̄ror ē: iniquo meoꝝ ſane laboꝝ fato accidit: vt ſtatim ab exortu officinā nacti ſint opificis minime familiā admonentis. Iā vero benigniore (vt ſpero) aſtro recognitū auctūqꝫ a me opus ꝓcedet nixu maxie. M. Andree bocard. qui haud inops fortunarum denuo impreſſioni impēſam ſufficiet. Qui nō prioris illius impreſſionis gracilitate/macilētia/mēdiſqꝫ offenſus/hēbit merito gratiā diligētioribꝰ magiſtris cū ſe admonitū itelliget nō icurrere in ſiluā ineptiarū: vbi nō virgulis/nō colis/nō comate q̄cq̄: ſed nec recta litteratione formatum eſt. Mihi vero hanc ſaltē grām hri a poſteris expecto: ꝙ meū (ſi quē damnabūt) errorē ad meliorē et hyſtorie magis aptū ſcribēdi caracterē cōuertēt. Eñ vero vetus romanus ſcriptor cato nō apprime magnā in ſcribendo elegantiā exhibuit: admonuit tñ poſteros atqꝫ aiauit āpliare romani maieſtatē iperij dicēdo Vale. Ex eiſdē edibꝰ nr̄is anno. M. cccc. xcvij. ad kalendas februarias.

¶ Tabula regum francorū quorum geſta in hoc compendio deſcribuntur.

In primo libro continētur hec

Francorū origo: ⁊ quare franci dicti ſunt et qui eorum fuerunt duces priuſq̄ galliam appeterent. Folio primo.

¶ Primus francoꝝ rex.

Pharamondus: qui autor fertur extitiſſe eius legis quā franci ſaliquā appellant: vt narratur folio. i. pagina. ij.

¶ Secundus rex.

Clodio capillatus. folio. i. ⁊ pagina. ij.

¶ Tercius rex.

Meroueus: ⁊ childericus cuius tempore gillo romanus francorum rex loco eius conſtituitur. folio. i. pagina. ij.

¶ Quartus rex.

Clodoueus primus rex chriſtianꝰ vbi de gōdobaldo burgūdie rege ⁊ de crotilde ſeu clotilde mentio fit. deq̄ ſāctis vedaſto ⁊ remigio: de ampulla ſacra: de lilijs celo delatis: de auriflamma: de viēne obſidione: de quibuſdam oſtentis: de alarico gotho: de anaſtaſio imperatore: de ꝓdigijs tēpore mamerti viēnenſis epiſcopi viſis. Deq̄ alijs multis compēdioſe narratur. folijs. ij. ⁊. iij.

¶ Quintus rex.

Childebertus: cuius tempore franci tolletum in hyſpania gothos ꝑſequentes ceperunt vt habetur folio. iij. Et etiā mentio de reliquijs diui vincētij. fol. iiij.

In ſecundo libro cōtinētur hec

¶ Sextus rex.

Clotarius primus: vbi de pricipio regni yuetoti mentio fit. folio. v.

¶ Septimus rex.

Aribertus qui et therebertus. fol. v.

¶ Octauus rex.

Chilpericus primus ſueſſionū rex: vbi de gontrano aurelianoꝝ rege: et de fredegōda multa dicūtur a fol. v. vſq̄ ad. ix. Folio autē ſeptimo quid comes ſit oſtēditur.

Nonus rex.

Clotarius ſecūdus: vbi iterum de gontrano ⁊ fredegonda. fol. viij. vſq̄. ix.

In tercio libro continētur hec.

Clotarij ſecundi reliqua geſta. folio decimo et vndecimo.

Et ibi de brunechilde multa. Et de dagoberti regis filij natiuitate: Deq̄ ſcti dyoniſij ſociorumq̄ eius reuelatione. De attile ſerui fidelitate. Et de ſancti fiacrij ſcoti in franciam aduentu vſq̄ foliū decimumtercium.

¶ Decimus rex.

Dagobertus: vbi de fundatione ſcti dyoniſij: ⁊ reſponſo infātis dum ab amādo baptiſatur. Et de lēdito ſeu edicto: hoc eſt de nundinis ſācti dyoniſij quomodo inſtitute ſunt. Et quomodo templū ſancti dyoniſij a xp̄o dedicatū ſit. Et qualiter viſum in morte dagoberti anſoaldo pictauenſi epiſcopo reuelatum. folio. xiij. ⁊ xiiij.

¶ Vndecimus rex.

Clodoueus ſecundus quē nōnulli ludouicum vocant. fol. xiiij. pagina. ij. vbi de caritate annone in francia: de regis caſu dum brachiū ſancti dyoniſij auferre conatur mentio fit.

¶ Duodecimus rex.

Clotarius cuius meminit in pricipio. folio. xvij. ⁊ de ebroyno. fol. xv.

¶ Decimuſtercius rex.

Theodericus rex ignauus: et reliqua de ebroyno. folio. xv. pag. i.

¶ Decimuſquartus rex.

Childericus et eius mors. folio. xv

¶ Decimuſquintus rex.

Theodericus qui decimuſtercius rex poſitus eſt: iterū ex monacho rex factus. folio eodem.

¶ Decimuſſextus rex.

Clodoueus. folio eodem.

¶ Decimuſſeptimus rex.

Childebertus. folio eodem.

¶ Decimuſoctauus rex.

Dagobertus ſecundus. ibidem.

¶ Decimuſnonus rex.

Chilpericus ex ſacerdote rex factus q̄ danıel ante dicebatur. folio. xvij.

¶ Vigeſimus rex.

Theodericus. folio quindecimo.

Et ibi de carolo martello. de vuandalis ⁊ eorum origine. Et de monte ſoracte in tuſcia. folio. xvi.

GAGUINUS

INCUNABLES
2082

INCUNABLES
2082

~~R~~.ª I-2082

liber iste ptinet iohãni de [illegible] plro in [illegible] modo ex legato
[illegible]

(1)

Roberti Gaguini ordinis ſancte trinitatis miniſtri generalis de origine ⁊ geſtis francorũ perq̃ vtile compẽdiũ.

Eiuſdem ad librum ſuum carmen.

I quo quiſqꝫ tui dilector et aura vocabit.
Gratus eris forte:damnabere forte:ſed omni
Parte nihil reſonum cui non obmurmuret eger
Semper in alterius felici liuor honore.
Sis licet auritus:audi ſurdaſter inertes
Quos prius haud vincas:q̃ rudere ceſſet aſellus.
Si minus es comptus:aut verbi examine comis:
Te ſatis ornabunt francorum illuſtria regum
Et geſta et virtus.his iam defenſus abito.


HONNEUR AU ROY ET A LA COURT SALUT A L'UNIVERSITE DONT NRE BIEN PROCEDE ET SOUBZ DIEU GART DE PARIS LA CITE

EX BIBLIOTHECA CAPUCCINORUM PATIENTIÆ XPI MATRIT.
INRI
Qui inde tol lit, aut te net, excom municatus & privatus manet, dũ Papa non absolvit; Concio vé fit.

14

¶ Roberti Gaguini ordinis ſancte trinitatis de redemptione captiuorum generalis miniſtri ad veterem et ſibi ſpectatiſſimū amicū petrum buriū eccleſie ambianenſis canonicum in compendium de francorum origine et geſtis prefatio incipit feliciter.

Rerum a francis geſtarum magnitudinē cōpendio ꝑcurrere ꝯſtitui: vt pleriſqꝫ minime vtilibus diuerticulis obſtructis: recta ductus via lector ad ſūmā hyſtorie metā expeditus ꝑueniat. Qui em̄ ab exortu francorū gentis ꝑ cētū ſupra milleſimū annū ſingula queqꝫ geſta poſteris tradere conati ſunt gallici quidem autores ſupereffluenter: latini vero noſtrates (q̄ perrari ſūt) ſine vlla orationis maieſtate preclara quorūdam francoꝝ regum facinora parū ſincera reddiderunt. Quod ego viciū non emendaturū me ꝯfiteor. id em̄ niſi ab elegantiſſimo copioſoqꝫ ſcriptore preſtari nullo modo poteſt: qui ⁊ ab integro rem omnē cōpoſitiſſimo ſtilo diligenter ⁊ pēſiculate ꝓſequi recipiat: et principis impenſa ſit adiutus: cuiꝰ potiſſimū refert ſuoꝝ facta maioꝝ ſcriptis q̄ digeſtiſſimis cōmittere. q̄ ⁊ ipſe nō ignoret: et poſteri libenter cognoſcant. Sed raro aīaduertit: nihil tā bene fortiterqꝫ geſtū eſſe: qđ demiſſe abiecteqꝫ narratū minus illuſtre nō appareat: ita vt q̄tū aio atqꝫ ꝟtute q̄ppiā memorabile ꝑpetraueris: tantū illud extenuet oratio inculta. Verū ꝑ ſentes et parū planas france hyſtorie vias incedā et que ad rem ꝓpoſitam cōmode ꝑtinere arbitrabor ea tantū in vſū reipublice correpta breuibus apprime ſtatūculis (vti q̄tum volet lector imoretur) collocabo. Atqꝫ has meas dū ꝑ ociū et morbi leuamen licuit deſumptas luſiones tibi petre buri maxime aſſignatas eſſe operepreciū duxi. ꝓpterea ꝙ ad litterarias olim vigilias vna ſepenumero ꝑnoctauimus: ꝙqꝫ amicos ſanctiſſime obſeruare: ⁊ q̄ ꝑ illos accōmodate poſita eſſe noris ea laudi vertere nō inuides. Hoc em̄ pacto ex hac lucubratiōe nihil videbor muneris a principe aucupari: ſed in tua q̄ vetuſtiſſima caritate fidem dilectionemqꝫ noſtram reponere. Sed illud tibi precognitū petre ſit. locoꝝ me atqꝫ hoīm ꝓprias appellationes ſecutum eſſe: quas vulgus in vſu potiſſimū habet: eaſqꝫ ita ꝓxime ad vulgarem formā inflexiſſe: vt ipſa moꝝ dictio locū vel hoīem de quo ſcribimus lectori repreſentet. Neqꝫ veritus ſum obtrectatorū calūnias: qui noua me quedā excogitaſſe blacterabunt. Nā ſi que france ꝓferunt vocabula integra poſuiſſem: nō latine latinis ſcripſiſſe reprehenderer. Que dū ꝑ deriuationem vernaculi noīs latina legentur. (ſi forte ſine ſubſannatione legent̄) plana erūt. Vale ex edibus noſtris apud diuū maturinū Pariſieñ. Anno ſalutis chriſtiane. M. cccc. xcv. pridie kalendaꝝ octobrium.

¶ Idem Robertus Gaguinus recognito iam opere lectori. S.

Correptum a me atqꝫ breuiatū de frācoꝝ hyſtoria opus cū poſt fere bienniū q̄ illud deprauaſſet impreſſor recognoſcendum recepiſſem: tam multis viciatum mendis offēdi: vt q̄ iā quīgenta emiſſa erāt volumina domū (ſi fieri potuiſſet) reuocata eſſe optarē: delenda prorſus et ſempiterna obliuione premēda. Qua ſane indignatione affectus mihi ne an impreſſori magis iraſci deberē heſitaui. Incōſiderationi em̄ mee facile quiſpiā imputarit: ꝙ meas non erudito ſatis artifici lucubrationes crediderim. Impreſſori vero ꝙ ad ſe receptum opus terſum reddere non curauit. Sed qualecūqꝫ idipm̄ qđ q̄ror ē: iniquo meoꝝ ſane laboꝝ fato accidit: vt ſtatim ab exortu officinā nacti ſint opificis minime familiā admonentis. Iā vero benigniore (vt ſpero) aſtro recognitū auctūqꝫ a me opus ꝓcedet nixu maxie. M. Andree bocard. qui haud inops fortunarum denuo impreſſioni impēſam ſufficiet. Qui nō prioris illius impreſſionis gracilitate/macilētia/mēdiſqꝫ offenſus/hēbit merito gratiā diligētioribꝰ magiſtris cū ſe admonitū itelliget nō icurrere in ſiluā ineptiarū: vbi nō virgulis/nō colis/nō comate q̄cq̄: ſed nec recta litteratione formatum eſt. Mihi vero hanc ſaltē grām hr̄i a poſteris expecto: ꝙ meū (ſi quē damnabūt) errorē ad meliorē et hyſtorie magis aptū ſcribēdi caracterē cōuertēt. Enī vero vetus romanus ſcriptor cato nō apprime magnā in ſcribendo elegantiā exhibuit: admonuit tn̄ poſteros atqꝫ aīauit āpliare romani maieſtatē iperij dicēdo Vale. Ex eiſdē edibꝰ nr̄is anno. M. cccc. xcvij. ad kalendas februarias.

¶ Tabula regum francorū quorum geſta in hoc compendio deſcribuntur.

In primo libro continētur hec

Francorū origo: ⁊ quare franci dicti ſunt et qui eorum fuerunt duces priuſq̄ galliam appeterent. Folio primo.

¶ Primus francoꝝ rex.

Pharamondus: qui autor fertur extitiſſe eius legis quā franci ſaliquā appellant: vt narratur folio. i. pagina. ij.

¶ Secundus rex.

Clodio capillatus. folio. i. ⁊ pagina. ij.

¶ Tercius rex.

Meroueus: ⁊ childericus cuius tempore gillo romanus francorum rex loco eius conſtituitur. folio. i. pagina. ij.

¶ Quartus rex.

Clodoueus primus rex chriſtianꝰ vbi de gōdobaldo burgūdie rege ⁊ de crotilde ſeu clotilde mentio fit. deqꝫ ſāctis vedaſto ⁊ remigio: de ampulla ſacra: de lilijs celo delatis: de auriflamma: de viēne obſidione: de quibuſdam oſtentis: de alarico gotho: de anaſtaſio imperatore: de ꝓdigijs tēpore mamerti viēnenſis epiſcopi viſis. Deqꝫ alijs multis compēdioſe narratur. folijs. ij. ⁊. iij.

¶ Quintus rex.

Childebertus: cuius tempore franci tolletum in hyſpania gothos ꝓſequentes ceperunt vt habetur folio. iij. Et etiā mentio de reliquijs diui vincētij. fol. iiij.

In ſecundo libro cōtinētur hec

¶ Sextus rex.

Clotarius primus: vbi de pricipio regni yuetoti mentio fit. folio. v.

¶ Septimus rex.

Aribertus qui et therebertus. fol. v.

¶ Octauus rex.

Chilpericus primus ſueſſionū rex: vbi de gontrano aurelianoꝝ rege: et de fredegōda multa dicūtur a fol. v. vſqꝫ ad. ix. Folio autē ſeptimo quid comes ſit oſtēditur.

Nonus rex.

Clotarius ſecūdus: vbi iterum de gontrano ⁊ fredegonda. fol. viij. vſqꝫ. ix.

In tercio libro continētur hec.

Clotarij ſecundi reliqua geſta. folio decimo et vndecimo.

Et ibi de brunechilde multa. Et de dagoberti regis filij natiuitate: Deqꝫ ſcti dyoniſij ſociorumqꝫ eius reuelatione. De attile ſerui fidelitate. Et de ſancti fiacrij ſcoti in franciam aduentu vſqꝫ foliū decimumtercium.

¶ Decimus rex.

Dagobertus: vbi de fundatione ſcti dyoniſij: ⁊ reſponſo infātis dum ab amādo baptiſatur. Et de lēdito ſeu edicto: hoc eſt de nundinis ſācti dyoniſij quomodo inſtitute ſunt. Et quomodo templū ſancti dyoniſij a xp̄o dedicatū ſit. Et qualiter viſum in morte dagoberti anſoaldo pictauenſi epiſcopo reuelatum. folio. xiij. ⁊ xiiij.

¶ Undecimus rex.

Clodoueus ſecundus quē nōnulli ludouicum vocant. fol. xiiij. pagina. ij. vbi de caritate annone in francia: de regis caſu dum brachiū ſancti dyoniſij auferre conatur mentio fit.

¶ Duodecimus rex.

Clotarius cuius meminit in pricipio. folio. xvij. ⁊ de ebroyno. fol. xv.

¶ Decimustercius rex.

Theodericus rex ignauus: et reliqua de ebroyno. folio. xv. pag. i.

¶ Decimuſquartus rex.

Childericus et eius mors. folio. xv

¶ Decimuſquintus rex.

Theodericus qui decimustercius rex poſitus eſt: iterū ex monacho rex factus. folio eodem.

¶ Decimuſſextus rex.

Clodoueus. folio eodem.

¶ Decimuſſeptimus rex.

Childebertus. folio eodem.

¶ Decimuſoctauus rex.

Dagobertus ſecundus. ibidem.

¶ Decimuſnonus rex.

Chilpericus ex ſacerdote rex factus q̄ daniel ante dicebatur. folio. xvij.

¶ Uigeſimus rex.

Theodericus. folio quindecimo.

Et ibi de carolo martello. de vuandalis ⁊ eorum origine. Et de monte ſoracte in tuſcia. folio. xvi.

¶Vigeſimuſprimus rex.

¶Pipinus ex maiore domus rex factus folio.xvj.pagina ij.Vbi paulo poſt id eſt folio eodem de inſtitutione parlamenti: et de bello aquitanico habetur.

In quarto libro contenta.

¶De filijs pipini et de priuilegio inueſtiture eccleſiarum et inſtituendi romanum pontificem francorum regi conceſſo. folio.xvij.pagina.i.

¶Vigeſimuſſecūdus rex.

¶Carolus magnus imperator et rex. folio eodem.pagina prima. Vbi etiam de parium francorum origine: et ganelonis proditione mentio fit. Folio autem ſequēti de inſtitutione ſchole Pariſienſis. Et de eccleſiaſticis officijs quedam notatu digna. De prodigijs exceſſum Caroli magni precedentibus. De theſauro. De epytaphio: et dignitate eius: vndeqꝫ meruerint francorum reges chriſtianiſſimi vocari mentio fit.

¶Vigeſimuſtercius.

¶Ludouicus pius imperator et rex. folio xix. Vbi contra faſtum prelatorum nō nulla dicuntur. Deqꝫ normannis et eoruz principe. Folio autem.xx. et pagina ſecunda oſtenditur vt honoris ſedes peſtilentie cathedra recte dicatur. Et de agro mendaciorum: ⁊ alijs plurimis vſqꝫ ad folium xxiij.

In quinto libro contenta.

¶Vigeſimuſquartus rex.

¶Carolus caluus imperator et rex.folio xxiij. Et ibi mirabile bellum iter fratres Folio autem. xxiiij.pagina.i.narratur viſum Caroli calui.et comitatus flandrenſis initium.

¶Vigeſimuſquintus.

¶Ludouicus balbus imperator et rex: folio.xxiiij. Vbi de aduentu Johannis pape in franciam mentio fit.

¶Vigeſimuſſextus ⁊.xxvij.

¶Ludouicus ⁊ Carolus reges ludouici balbi ex ſcorto filij fol.xxiiij.⁊.xxv.

¶Vigeſimuſoctauus rex.

Ludouicus nihil faciens.folio.xxv.

¶Vigeſimuſnonus rex.

¶Carolus ſimplex.fol.xxvj. vbi de eudone andegauenſi Caroli ſimplicis tutore: deqꝫ normannorum appellatione: ⁊ origine.pagina.i.fol.xxvi.

¶Trigeſimus rex.

¶Radulphus: quē Carolus in regem aſſumi permiſit.folio.xxvi.

¶Trigeſimuſprimus rex.

¶Ludouicus Caroli ſimplicis filius.folio.xxvi. Vbi mirabile prodigium narrat̄ et heberti viromandoꝝ comitis ſuſpēdiū in colle heberto.

¶Trigeſimuſſecundus rex.

Lotharius ludouici filius.folio. xxvij.

Trigeſimuſtercius rex.

¶Ludouicus qui nulla re clarus compēdij ſepultus eſt: vt habet̄ fol.xxviij.

¶Trigeſimuſquartus rex.

Carolus. quem hugo capetus regno expulit: quocirca in regum cathalogo a quibuſdam non ponitur.fol.xxviij.

Trigeſimuſquintus rex.

¶Hugo capetus qui regnum vſurpauit. folio eodem. Et ibi de gelberto philoſopho: quē magie ſcientē dicebant.

¶Trigeſimuſſextus rex.

¶Robertus vir litteratus et apprime religioſus.folio eodem.

¶Trigeſimuſſeptimus rex.

Henricus huius nois primus qui et burgundie ducatum tenuit.vt recitatur folio eodem.pagina ſecunda.

In ſexto libro contenta.

¶Trigeſimuſoctauus rex.

¶Philippus eius nominis primus. folio.xxix. Vbi bituriges ⁊ vaſtinij ad regnū francie accedunt.

Trigeſimuſnonus rex.

¶Ludouicus groſſus: de cuius coronatione quo loco debeat fieri contenditur.folio.xxix.pagina ſecunda. Folio autē.xxx. bellum ab anglia mouetur. Et crudele facinus in rupe guidonis narratur. Sequēti folio Balduinus flandrius male curato vulnere diem obit.et auriflāma pandit̄ Motus fit cōtra comitem in flandria. Quorūdam quoqꝫ ordinū origines ⁊ incrementa recitantur.fol.xxxi.

¶Quadrageſimus rex.

Ludouicus iunior.fol.xxxij.pagina.i. Vbi de Johanne de temporibus mentio fit. Itē de expeditione in hieruſalē: vbi ſequēti folio egregiū ĩpatoris ꝯradi factū memoratur. Folio autem.xxxiij. docetur quare henricus anglus normanniam: andegauiam: cenomanniam: et turoniam obtinuerit.

¶Quadrageſimuſprimus rex.

¶Philippus auguſtus: et de oſtento ante eius natalem viſo. Deqꝫ iudeorū perfidia et expulſione. Et hallarū pariſienſiū conſtructione.folio.xxxiiij. Sequenti autem lutecia pariſiorū lapidibus ſternitur fol.eodem. Sanctus audomarus comiti flandrenſis aduenit. Et ordo ſancte trinitatis per reuelationem inſtituitur. Heretici vincuntur: inter quos almaricus.

In ſeptimo libro contenta.

¶Quadrageſimuſſecundus rex

¶Ludouicus: ſancti ludouici pater: folijs.xxxviij.⁊.xxxix.

¶Quadrageſimuſtertius rex.

¶Diuus ludouicus qui Tunicij mortuꝰ eſt: de quo folijs xxxix.et.xlj.vbi ꝺ paſtorellis: de legibus bonis a ludouico latis de carmelitis et alijs multis.

¶Quadrageſimuſquartus rex.

¶Philippus diui Ludouici filius q̇ par pigniaci mortuus eſt.fol.xlij.et.xliij.

¶Quadrageſimuſquintus rex

¶Philippus pulcher.folio.xliiij.vbi de flandrie comite a rege cū filio capto. fol. ſequenti: de francorū apud curtracum interitu.folio.xliiij.de flamingorum clade. folio.xlv.de templariorū errore: et de lugdunenſis archipreſulis pena.

¶Quadrageſimuſſextus rex

¶Ludouicus hutinus.folio xlvij.

¶Quadrageſimuſſeptimus rex

¶Johannes octo dierū rex: cuius parua mentio fit.folio eodem.

¶Quadrageſimuſoctauus rex

¶Philippus longus.folio.xlvij.de flandrenſium rebellione: de paſtorum latrocinijs.deqꝫ leproſorum et iudeorū maleficijs et pertinacia.

In octauo libro continent̄ hec

¶Quadrageſimuſnonus rex

¶Philippus pulcher.folio.xlviij.

¶Quiquageſimus rex.

¶Philippus valeſius.folio.xlviij.q̇ bellum in flamingos mouit. Vbi etiam de Edouardo anglorum rege qui regnū petebat et de caliſio ab eo capto mentio fit. folio autez.xlix.de comite artheſio: de arteuilla: de haricurie comitatꝰ origine meminit: et ſequenti de francorū apud ſcluſam interitu.folio.lj.de cā regni ab edouardo vendicandi.

In nono libro continentur hec

¶Quinquageſimuſprimus rex

¶Johānes quem richardus in picardia ſuperatuz cepit.folio.liij.liiij.lv.lvj. lvij. vbi continue habetur de pariſiorū ſeditione: et malleis: necnon de nauarri regis factionibus.

¶Quinquageſimuſſecundus rex

¶Carolus quintus.folio.lviij. Cuius cōſtitutiones de filiorū in regnū ſucceſſione habentur.folio.lx.pag.j.

¶Quinquageſimuſtertius rex

¶Carolus ſextus.folio.lxj. vbi de ceruo cum torque aureo inuēto.folio.lxij. de flamingorū autem cede apud roſebequam et de mercatorū pariſienſiū prepoſiture ſuppreſſione: et nauarri regis terribili: ſꝫ digna morte ſuis locis notatum eſt. Deqꝫ regis furia.

In decimo libro contenta.

¶Quinquageſimuſquartus rex

¶Carolus ſeptimus qui anglos francia exturbauit.folio.lxxviij.et multis ſequentibus: vbi de Johanne puelle egregijs facinoribus: de normannie ſubactōne: deqꝫ alijs multis in marginibus notatum eſt.

¶Quinquageſimuſquintus rex

¶Ludouicus vndecimus fo.xciiij.⁊ multis ſequentibus.vbi de carolo burgundo apud nantiū occiſo mentio fit.

¶Quinquageſimuſſextus rex.

¶Carolus octauus. Qui remiſſa ad maximilianū patrez Margareta auſtrie: Annam franciſci britonū ducis filiā vxorem cum britonū ducatu accepit: a folio.cviij vſqꝫ in finem compendij.

¶Finis tabule. Deo gratias

¶ Heraſmus Rotterdammus Roberto Gaguino viro vndecūqȝ doctiſſimo Salutem dicit.

Quod francorum regum principūqȝ res geſtas:idonei ſcriptoris deſiderio: hactenus in tenebris prope ſepultas pedeſtri hyſtoria in lucem efferre:atqȝ immortalitati conſecrare inſtitueris Roberte gaguine: precipuū gallice academie decus:non poſſum equidem iſtum tuū laborem non magnopere probare Sumpſiſti ei(imo potius ſuſcepiſti)munus(mea ſententia)pulcherrimū:et cū omnibus latinarū litteraruȝ ſtudioſis: incredibili voluptati futurū: tum vero gallie tue ſplendidū imprimis.magnificū:ac(vt ita dixerim)triumphale:deniqȝ tua doctrina tua eloquentia:tua pietate digniſſimū. Neqȝ enī vlla te alia cā(qn̄quidem neqȝ queſtus neqȝ glorie vel leuis vnq̄ȝ tibi habita ratio eſt)ad iſtud negocij capeſſendū:ꝓuocatū eſſe facile crediderim:q̄ȝ ſingulari in patriam pietate:quā et tu:⁊ optimus quiſqȝ ſemper fecit maximi. Dolebat nimirū tibi(qđ ego q̄ȝ mecū interdū mirari ſoleo)gallorū virtuti gloriā tam maligne reſpondere: ⁊ qui olim cū italis factis ſepe cōtenderint:nunc etiam ꝑceſſerint:eos tn̄ ob hyſtorici penuriam:opinione ac fama tam longo interuallo conſequi. Dabunt itali michi veniam: ſi nobis idem videtur:quod franciſcū philelfum italū natū nō puduit fateri. Extat enī illius ad karolum regem:huius(opinor)auū epiſtola:in qua preter multas laudes:quibus francie regnum proſequitur:illud quoqȝ ingenue fatetur. Romanos quidem olim pacis belliqȝ artibus:longe oīm ampliſſimū ſibi peperiſſe imperiū:preterea non ſegnius ingenijs:q̄ȝ prius fecerant armis:cum grecis contendiſſe:verum antiquaȝ illam imperij gloriam:factionibus ac ſtudijs prauis:in deterius prolapſam eſſe. Contra vero francie regnū:prudentia regum: principum fide:ciuiū concordia:couſqȝ creuiſſe vt iam facile cum quouis alio chriſtiani orbis imperio poſſit contendere/vel opibus/ vel imperij finibus/ vel rerum geſterum magnitudine/ vel regum nobilitate:quos plurimos habuiſſe conſtat:non fortiſſimos modo: verūetiam pientiſſimos. Quapropter in hoc regno:non iniuria:ſenatus chriſtianus contra turcorum violentiam potiſſimū atqȝ vnicum preſidiū ſibi collocaſſe videtur. Sed tamen vnum quiddam adhuc tanti imperij maieſtas deſiderare videbatur. Cetera vel par vel iferior:Liuio atqȝ Saluſtio vincebat adhuc italia. Nam(vt ſcite cecinit Horatius)regum ducūqȝ bene geſta: quantūuis alioquin preclara:aut intermoriantur:aut obſcurentur etate neceſſum eſt:niſi hyſtorici eloquentis opera litteris(vnicis rerum cuſtodibus)cōmendentur:perinde gloria apud poſteros valitura atqȝ is qui ſcripſit ingenio valuerit.

¶ Hanc tu ſupremam prouinciam: diſertiſſime gaguine:tanq̄ȝ fatis tibi ſeruatam:velut alter Scipio ſummo oīm applauſu ſuſcepiſti: difficilimam plane atqȝ immenſi negocij:ſed tamen roberto prorſus aptiſſimam. Qui ita credā rogas? Cum multis de cauſis:tum duabus potiſſimū ita mihi videtur. Duo ſunt enim precipua:que in hyſtorico probato queri ſolent. Nempe fides et eruditio. Nam vt ſcriptoris leuitas:veris quoqȝ nonnunq̄ȝ fidem abrogat:ita et grauitas hyſtoriographi priuata auctoritate rebus ip̄is fiduciam quandam addere ſolet. Vt item narratoris imperitia(vt fidem faciat quod ne ip̄m quidem poteſt)tn̄ res plerūqȝ per ſe ſatis illuſtres obſcurat:iminuit : deturpat: ita docti ſcriptoris ingeniū:obſcura illuſtrat:humilia eleuat:ſplendidis lucem quandā ac decus apponit. Qm̄ vero et fides et eruditio:vtraqȝ tanta in te ſunt quanta in alio nemīe:nemo ꝑfecto fuit iſti muneri aptior:vel iſtud muneris nemini fuit aptius:q̄ȝ tibi vni:qui poſſes:⁊ ꝓ ſingulari tua grauitate fidem facere:et pro nonvulgari eloquentia rem adornare. Tam facile ſuſpicor humaniſſime gaguine te ſubiraſci Heraſmo tuo:qui laudū tuarū vel tantillū auſim attingere. Neqȝ ei me clam eſt:q̄ȝ modeſto/q̄ȝ pudenti(ne dicā putidulo)ſis ingenio preditus quippe:qui amicā etiam laudatiūculam multo moleſtius ferre ſoleas:q̄ȝ quiſpiam alius conuiciū ferat. Sed obſecro te:dato hanc veniam meo in te amori:vt q̄ paſſim omnes predicant: fas ſit etiam amico meminiſſe. Cui em̄ tuorū:incredibilis vite tue:morūqȝ integritas:innocētia:grauitas:non eſt ſpectatiſſima? Vbi gentiū non predicata? Adeo vt nō modo de ſcriptis: ſed ne de dictis quidem guaguini vlla poſſit incidere ſuſpicio vanitatis. Adde ꝙ cuȝ omnes norint:te francos reges tuo merito ſemper feciſſe plurimi : ſerijs in rebus opera tua perſepe vſos.te regijs arcanis conſilijſqȝ ſepenumero accitum. te regio nomine. cum apud diuerſas gentes:tum apud italos crebro legatione functum eſſe: facile conijciunt. te vnum gallorum geſta:et priſca curioſius relegiſſe:⁊ recentiora exploratius veſtigaſſe. De eruditione porro tua quid ego cōmemorem? Ipſa(quod aiūt)abunde ſe predicat. Teſtis abunde eſt hoc celebratiſſimū gymnaſium vrbis pariſie:cuius tu florentiſſima alioquin ſtudia primꝰ latinarum litterarū opibus decoraſti:pulcherrimoqȝ incremēto eloquētie:quam vnam adhuc deſiderare videbātur adauxiſti. Ipſa teſtis eſt italia:que te ſepenumero maximis de rebꝰ grauiſſime diſſerentē audiuit:nō ſine ſtupore:imo fortaſſis nō ſine dolore:ꝙ(vt de Cicerone dixit appollonius)eloquentie laudē quam vnam adhuc ſibi propriā habuiſſet:videret per te gallie cōem fieri. Teſtes ſunt litteratiſſimi quiqȝ noſtre memorie ſcriptores:qui certatī vno ore oēs:tuum ingenium predicāt:efferūtqȝ. Quorū nulla prope pagina eſt: que ſibi gaguini nomen nō habeat. Teſtes deniqȝ ſunt:vel locupletiſſimi:preſul ampliſſime:tui libri qui iam per orbē diſſeminati.paſſim ſumma cū ſtudioſorū voluptate lectitātur. In quibꝰ omībus tametſi vel oratione ſoluta vel carmine:non eruditis ſolū:veruȝ etiam curioſis auribꝰ abunde ſatiſfacias:in iſto tn̄ ſcripti genere id eſt in hyſtoria(ſi quid vltra crepidaȝ ſutori ꝑmittis)ſingularē quendā ac mirificum artificem preſtare videris:atqȝ in ceteris quidē plurimos in hyſtoria teipſum ſuperaſſe. Tanta eſt ſermonis puritas: elegātia Saluſtiana: felicitas Liuiana:ſumma luculētia:varietas iucūdiſſima:in conſiliorum:rationū:temporum: cōmoditatis.dignitatis:ac ceterorū id genus.que doctum hyſtoricū arguunt: obſeruatione ſingulare artificiū. Tanta eſt narrationis viuacitas vt res geri nō narrari videatur. Neqȝ vero deeſt dulcis quedā breuitas:que hyſtorijs:vt rara ita gratiſſima lectoribꝰ eſt. Naȝ bone deus q̄ȝ vaſtā rerum ſiluam:q̄ȝ breui volumine:q̄ȝ abſolute cōplecteris:⁊ ꝓlixe breuis et breuiter ꝓlixus? Cui igiť non preclare cū gallicis rebus actum videatur:cui talis preco contigerit? Alexander ille magnus: Cum ad Achillis ſepulchrū perueniſſet. O te fortunatum(inquit)Achille:qui Homerum tantū poetam laudum tuarū preconem ſortitꝰ ſis. Et quis franciam quoqȝ nō fortunatiſſimam cenſeat:que Robertū ſuarum laudum preconeȝ optimū nacta ſit? Quid illi ſuperū benignitate preſtari potuit/pulchrius/magnificentius/ diuinius? Nichil ꝑfecto neqȝ tu gaguine doctiſſime.inſigneȝ tuam erga patriam pietatem grauiore prorſus argumēto potuiſti declarare. Que tametſi antea quoqȝ plurimū tibi deberet vt quā latinis mercibus primus ditaſſes:hoc tn̄ ineſtimabili beneficio adeo deuinxiſti.vt quantāuis habeat.pareȝ tn̄ nunq̄ȝ ſit gratiā habitura. Que em̄ ſtatua:qui tituli:quod monimentū valeat iſtius beneficij magnitudini reſpōdere? Priſci illi maiores ſuos qui vel imperiū paraſſent.vel auxiſſent rempublicā:vel aliter de patria benemeriti eſſent. ſolebāt diuinis afficere honoribꝰ:titulis in es iciſis honorare:ſtatuis donare aureis. Atqui longe preſtantius eſt:maiorū gloriam ab ortu ad occaſum vſqȝ ꝓtendiſſe:q̄ȝ agrorū limites extēdere. Minus eſt ſaxea menia:edeſqȝ vrbanas ab incendio tueri:q̄ȝ optimorū regum ac ciuium gloriā ab inuidis obliuionibꝰ(ſic em̄ appellat Horatius)⁊ īteritu vīdicaſſe. Nō paulo magnificētius michi videtur patriam optimis litteris auxiſſe/locupletaſſe/decoraſſe/ q̄ȝ ſpolijs/q̄ȝ exuuijs/q̄ȝ ceris/q̄ȝ id genus monimētis phaleraſſe. Nulle enim tabule: nulle ceree:nulla numiſmata:nulle ſtatue.nulle pyramides:neqȝ clariꝰ indicant:neqȝ fidelius cuſtodiunt regū gloriā:q̄ȝ hominis eloquētis littere. Poſthac gallorū gloria: que hucuſqȝ tā q̄ȝ anguſtijs incluſa delituit:fulminis inſtar emicabit:⁊ gallo quidem cantore.ſed(quo pulchrius eſt)romana tuba decantata omniū regionū aures perſonabit. Omnibus illa terris vrbibus.gymnaſijs.legetur.celebrabitur.cātabitur.nec gaguini beneficio vnq̄ȝ interire nouerit:imo cum etate vſqȝ ſuccreſcet. Amplectere igitur O francia īmortale laudum tuaruȝ monimentū Robertum gaguinum alūnum tuum īmortalitatis tue vindiceȝ.ama.cole. venerare. Nos certe et quibuſcūqȝ egregia ſtudia cordi ſunt:te preſul ampliſſime non amare non poterimus:per quē id quod in litteraria ſupellectile preſtantiſſimum habeamus: hoc eſt hyſtoriam.adauctum eſſe conſpicimus. Vale decus litterarum et meum.

¶ In gallorum annales a reuerendo patre Roberto gaguino ſtatim edendas benedicti mōtenati preludium.

Non potuiſſe quēqꝫ ſuperioribus ſeculis gallorum inclite gētis fortia facta digne ſatis recenſere ſemꝑ ip̄e putaui: quandoquidem res quedā ſacra religioſe nationis geſta retexere. et que virum ſingulari arte virtute et religione preſtantiſſimū deſideraret. Uerum de induſtria ad hocuſqꝫ euū ip̄a hec noſtra gallia difficilem hanc prouinciam ſuperis volentibus in Roberti humeros reijciendam ſapienter curauit: quem ingenti ſpiritu/tuba vehementer inſonantem. populū ſepe victorem (francum dico) preſtanti corpore et armis militem cantatuꝫ ire expectamus. Decuit enim Roberto facundiſſimo viro rerum francie archanarum conſcio ordinis quoqꝫ ſacratiſſimi maximo antiſtiti: hoc ingens opus: et quod ſacrū dixerim reſeruatum iri. Profecto ſacrati francorum reges celeſti oleo delibuti: hunc multis ſeculis poſtulabant: quem deorum dono noſtra hac tempeſtate tandeꝫ nacti ſunt. Ergo auſpicijs tuis vir omniū preſtantiſſime gallia ſuo marte ferox ornataqꝫ torque decoro in gentibus ⁊ nationibus efferetur. Animoſum quoqꝫ eius pectus et vox terribilis vbiqꝫ audietur: nec ſinet longius clariſſima ſua geſta in nubis obſcuro latere. ip̄m martialis populi preclarū facinus: iāiam indignabundum nube diſcuſſa erumpet: ⁊ quo diutius deorum iuſſu in obſcuro delituerit tanto vehementiore ſono et fulmineo igne exteras nationes attonitas reddet hominūqꝫ adacto fulgore ꝑſtringet oculos. Fabulatur preclarus romane hyſtorie ſcriptor martem cum rhea virgine veſtali conueniſſe. Hoc quoqꝫ adijciendum foret romane genti propter mulierem libidinoſam et turpia obſtinata mente rogantē nume affuiſſe. Uerū ſecus hic martialis fauor francis ſemꝑ affuiſſe creditur. Quippe qui animoſo pectore menteqꝫ generoſa deus delectatus: totum ferocis audaciſqꝫ franci animū inhabitat: pectꝰ quoqꝫ generoſum ad bella edocet. Familiaritatem idcirco romanam quā ſtupro inceſtu ⁊ muliere contaminata effecerat ip̄e mars iāpridem damnauit. Quo factum eſt vt nullus olim exercitus cuiuſuis imperator cum alieno rege conflictare ſine gallica ſtrēnuitate auderet. Sed iam virum eximio quodam genere et ſingulari dignitate preſtantem video. Qui (vt cū marone loquar) Aere ciere viros marteqꝫ accendere cantu: preſto eſt. Hic eſt eneator ille tubicen cuius deſiderio tantopere gallia flagrabat: quemqꝫ fortiſſimus q̇ſqꝫ miles gallus obteſtando imprecatur: non ſinat longius ſuam gloriam atra nube latere. Eya ergo belli gallici fragorem: francorum fulmen et ignes quiſquis es audito: pari quoqꝫ ſpiritu a viro antiſtite preclara gallorum facinora te auditurū ſperes quantus animus gallis ſemꝑ ineſt. Expectate diu tandem veniſti roberte qui virorum pugnas e ſuggeſto altiſſimo et qd nemini antea aſcendere licuit nobis in pulpito ſedentibus ꝓnūciaturus es. Ipſe ſane felix q̄ nec vocis ſono neqꝫ materie felicitate liuio inferior in populo effereris. Sed iam operepreciū eſſe exiſtimo: ſonoram Roberti tubam ⁊ qui acies ſplendentes ad pugnam inſtructurus eſt: audire.

¶ Roberti Gaguini ordinis ſancte trinitatis de redemptiōe captiuorum generalis miniſtri: ad ſibi ſpectatiſſimū et veterem amicum Petrū buriū eccleſie Ambianenſis canonicum: Cōpēdij de origine et geſtis francorū Liber primus incipit feliciter.

Franci a troianis orti.
Meotys palus.
Alani.
Sycambria
Ualentinianus.
Quare dicti ſunt franci.
De francoꝝ origine dubitatio.

Franci (vt plereqꝫ alie nationes) a troianis ꝓdijſſe gloriātur. Quibus ob raptam a Paride Helenā in exilium actis/pars ad meotydem lacum quem tanais influit proxime alanos francione duce conſedit: vbi ex noīe ducis appellatione ſuſcepta ſyncambriam ſibi nō mediocrem vrbem pannonijs finitimā extruxerunt. Quā longo poſt tempore cū euerſam gothi reliquiſſent: alteram in proximo colle a ſe conditam vſqꝫ ad valētiniani romaui pricipis etatem incoluerunt: vnde et ip̄i quoqꝫ a valentiniano hac quā ſubijcimus ratione exacti ſunt. Deſciſcentibus ab imperio alanis: cū ꝓpter paludis altitudinem aduerſus inuadentem romanū facile ſe tuerentur: accitis in auxiliū francis/valētinianus annui quē romanis pendebāt cenſus: i decem annos remiſſionem ꝓponit ſi rebellātes alanos in eius ditionē adegiſſent. Qua ſpe erecti franci: cum paludis eſſent frequēti traiectu aſſueti/negociū receperūt. ductiſqꝫ in alanos copijs/lacū ſuperāt. ⁊ feroci ſtrage alanos reddūt imperatori audiētes. Qua victoria frācos id eſt feroces eſſe a Ualentiniano appellatos nōnulli tradūt: alijs contendentibus/a remiſſione tributi et libertate accepta francos hoc eſt liberos dictos eſſe. Ipſe magis iis accedo qui a francione nomen ſortitos autumāt. Nā poſterior hec appellatio gentis antiquitati nō cōuenit. ¶ Leuati tributo franci cū vrbē ſycambriā/tū vires firmauerūt ita vt exacto decennio/dū ab illis cenſum repetit īperator exactori penſionē detrectent. Hinc bello exorto/cum pauci plurimis egre reſiſterēt/valida Ualētinianꝰ manu francos expugnat. Neqꝫ hoc pacto libertatē amiſere franci: ſꝫ coacta raptim ciuiū multitudine: traiecto hyſtro: ducibꝰ marcomiro ſymone ⁊ genebaudo (iā eñ francio vita deceſſerat) multis ꝑ germaniā habitis victorijs ad rhenū ſe cōtulerunt: vbi etiā nūc francofordia nō contēnendū oppidū viſitur francorū opus atqꝫ ad tp̄s ſedes. ¶ Uerū cū hec de ſycambris ⁊ francorū exortu cōſtātiſſime narrent: ſuborit tñ mihi ex ſentētia ceſaris nō ſine rōne dubitatio. Qui geſta in gallijs a ſe bella litteris mandās/ſycambros ait ad vlteriorē rheni orā proxime ſupra vbios. i. colonienſes agros ea tēpeſtate incolere. eoſqꝫ aliqñ auſos gallias (enauigato rheno) incurriſſe. ſuppetias quoqꝫ aduerſū ſe gallis miſiſſe. Quāobrē in eos/vt terrore noīs romani quietos germanos redderet: mouiſſe: ſed mox ad primū nūciū in ſiluas penitus ſycābros abijſſe. Atqꝫ ita incēſis eoꝝ agris ad vbios ſe iterū rettuliſſe. Deinde cū ariouiſtū fugientē diligenter q̄ri iubet/atqꝫ eburonū res depopulari cuius liberū eē preconis voce ꝑmittit/prede occaſione ſuſcepta ſycambros flumīe trāſmiſſo incredibili celeritate duobus equitū milibus coactis: ex eburonibꝰ ingentē predā ſuſtuliſſe. Cōſtat ergo ſycābros iā diu āte Ualētiniani tp̄a in germania conſediſſe. ⁊ nō ab eo primū ſedibꝰ eſſe eiectos. Niſi forte quis putet hos ab illis diuerſos eē quos ſycābriā vrbē ad meotydē lacū ſtruxiſſe ſupra memoraui. Quod ⁊ annonius tradit: in ea hyſtoria quā ſuo abbati dicauit ſcribēs thorgoꝝ vna cū frācione troia abeūtē trachiā petijſſe: ⁊ ab eo thorgoꝝ gentē nomē accepiſſe/ſubqꝫ Philippo atqꝫ alexandro poſteros eoꝝ militaſſe Utcūqꝫ res ſe habet neminē tamē noſtratiū ſcriptoꝝ hec aiaduertiſſe miror. Sed ꝓpoſitā nobis breuitatē ꝓſequamur/de rerum ſerie vtiliſſima queqꝫ excerpentes.

Graſſantibus in germania francis/⁊ caſtellis aliquot in ſuā poteſtatē receptis Theodoſius qui imperio preerat eiꝰ rei certior factus. Nāme et quintino militū prefectis iubet frācos adoriant/data illis valida militū manu. Qui ꝯmiſſo acerrime prelio fuſi/eracliū ⁊ iouinianū ex theodoſianis ducibus ſibi aſciſcūt. Quoꝝ aduētu reitegrantes pugnā/cū ad francos victoria inclinaret: eraclius et iouinianus fuga ſalutē queſiuerūt. Tantā in eo prelio ſtragem romanos accepiſſe tradit: vt poſtea franci formidini finitimis eē ceperint/oīs tributi exactione liberati/q̄ꝫ Bocacius q̇dā locoꝝ vbi ſycābri cōſederāt adminiſtrator ad romanos ſe recipiens renouato bello francos partim quidē fuderit: partim tñ cū integris pacē firmat

Treueris.

Eſt treueris ciſrhenana potens ciuitas/cui preerat lucius patritius romanus/cuiꝰ vxorē qꝫ lucius gallie belgice preſes proſtituerat/cōſiliū capit transferende ad frācos ciuitatis. remqꝫ felici euentu exequitur. Potiti vrbem franci cum anguſtati ſedibus ꝓferre terminos ꝑcuperent/pars ſe alio conferre ſtatuit. triūqꝫ ⁊ viginti miliū magnū ibꝛo duce educētes/relicta germania in penitiorē galliā irruperūt/ad ſequanā vſqꝫ fluuiū oīa ꝑcurrētes. vbi agroꝝ ⁊ fluētī amenitate oblectati ſtationē habuere. Pudet me hoc loco ignorantie chronicarij(vt ita dicā)hyſtorici :qui impreſſam ſupra paucos dies francoꝝ hyſtoriam karolo octauo nunc francoꝝ regnum moderanti dicauit. Tradit ſiquidem ille reruꝫ et tempoꝝ nō ſatis gnarus/francos cum ad ſequane ripam conſtitiſſent Luteciā Pariſioꝝ edificaſſe ante chriſti natalem tercentū octogīta ⁊ quindecim annos. eamqꝫ habitaſſe anno a derelicta ſycābria ducēteſimo ſeptuageſimo ſupra mille. In qua re bis erratū eſſe ꝑſpicuū eſt tempoꝝ ſupputationē non ignoranti. Itaqꝫ ſi pulſi a Ualentiniano ſycābria franci luteciā condiderūt/qui fieri potuit. vt rebellantē luteciā ceſar in deditionē acceperit/quē minime dubiū eſt quadringentos ferme annos anteceſſiſſe Ualētinianū? Aut quomodo verum eſt Luteciā ante chriſti aduentū tercentū nonagintaquinqꝫ annos cōdi a francis potuiſſe: q̄ nōdū ſycābria extruſi/galliā nōdū ſomniauerant? Quiqꝫ poſt amiſſas ſedes/diu ꝑ germaniā vagi. poſt multa ſecula rheni ſe accolas conſtituerūt? Sed viderit chronicarius q̄ a vero diſtantia ſcripſerit/admonitū ſue forte ſcriptionis penitebit. ¶ Seſſionis ad ſequanā tp̄e nemo in francis regiū nomē aſſūpſerat. Primus oīm marcomirus dominationē in francos accepit/quē a Priamo troiano rege prognatū in sūma veneratōne habebant franci. Hic preterqꝫ vallo muroqꝫ munire vrbes nihil illuſtre geſſit. Sed erat illi filius Pharamondus corporis et animi preſtantia inſignis. Hūc ex cōſilio patris ſibi primū regē conſtituūt. regendi ꝑmiſſa ſibi poteſtate anno ſalutis. cccc. xx. Qua modeſtiſſime admiſtrata vndecimo poſt acceptū regnū anno morte abſumptus eſt relicto clodione filio regni herede. Hic pharamondus autor fert̄ extitiſſe legis q̄ ſaliqua a francis appellatur. Nā cū ad rhenū vſqꝫ ꝑueniſſet frāci: feriſqꝫ morib⁹ viuerēt q̄ttuor ex ſycābris ſpectatos primates ſelegit: q̄ ꝑp̄lo legē ferrēt: vſugaſtū ioſogaſtū ſologaſtū ⁊ viſogaſtū/q̄ cōi gētꝭ ⁊ ꝓcerū auctoritate freti legē ꝯſcripſere. quā Pharamondus edidit atqꝫ ꝓmulgauit: ad noſtram vſqꝫ etatem nominatiſſimam.

ſapiēs

[illegible]

Pharamondus.

Clodio.

Hic Clodio a ꝓmiſſo capillo capillat⁹ appellat⁹ eſt. Qui augēdi regni cupid⁹ cū adhuc in germania anguſtis ſedib⁹ arctaret̄. thuryngos ſibi finitimos ſue ditioni adiecit occupato diſbargo oppido/vbi regni ſede ꝯſtituta: cū iā ꝑ gallias romana vis laberet̄. ſoliqꝫ belge imperiū nō detractarēt: i galliā belgicaꝫ exploratores ꝓficiſci iubet. Nā eadem tēpeſtate Lugdunū burgūdi/ aquitaniā gothi ſubiugarāt. Clodionis nūcij regiōis ſtatu ꝑſpecto renūciāt terram modicis ꝓſidijs teneri. Unde nihil morat⁹ rex/in belgas traijcit. atqꝫ agris late excurſis cameracū vrbē a ſe obſeſſā capit. Inde ꝑ ſiluā (cui carbonaria nomē erat) tornacū petit: q̄ romano ꝓſidio tenebat̄. Sed egreſſos vrbe romanos ꝓlio fudit: et potit̄ ciuitate. Paucis auteꝫ poſt dieb⁹/nullis liberis relictis: Clodio vigeſimo poſt regnū ſuſceptū āno vita exceſſit.

Cameracuꝫ
Silua carbonaria.
Tornacum.
Meroueus

Qui aūt illi ſanguine ꝓpior attinebat meroueus/regno ꝓfectus eſt. A quovſqꝫ ad Pipinū Karoli magni patrē ſeries generꝭ regū ſine diſcidio ꝑſeuerat. Fuit meroueus regno ꝯmodiſſim⁹: q̄q̄ a hunis tūgros mettēſeſqꝫ ⁊ reliquā galliā incurſātib⁹ multa ꝑpeſſus ſit. Nā cāpis cathalaunicis cū Ecio patricio romano aduerſus attillā hunoꝝ regē egregie depugnauit: vbi centum ⁊ octoginta milia occubuiſſe traduntur. Inter quos Theodoricus Uiſo gothoꝝ rex Ecium ſecutus atqꝫ meroueum interijt.

Childeric⁹.

Huius merouei filius childericus cū regnū accepiſſet/libidīe apud ſuos viluit. Nā ſtupratis multoꝝ vxorib⁹: ꝓceres cōmunicato ꝯſilio deſtituere eū regno ſtatuūt. Qua re ad Childericū lata: guynomadū ex regni primorib⁹ amicum orat: preſenti fortune opitulet̄. Guynomadus abire regē monet. Abeunti aūt ſpem ꝓponit recōciliationis: cuius vt certior ī tp̄e fiat/aureū nūmū partitur. datqꝫ Childerico partē: ſibi alterā ſeruat: admonēs ſi conciliare illū ꝓcerib⁹ poſſit: ſignū illi fore recipiendi regni: dū nūmi partē quā ſeruaret recipiat. Nec mora: ad biſſinū thuryngie regeꝫ ſibi amicū childericus conceſſit. Eo exacto. primores regni gillonem romanū qui ſueſſionibus preerat accerſunt: ducēqꝫ ſibi preficiūt. Cui guynomadus childerici nō imemor ſe q̄ maximo aſtu poteſt beniuolum ita prebet/vt ſuo fere auſpicatu gillo gereret oīa. Firmata apud gillonē beniuolētia/guynomadus cōſcius animi quē aduerſus gallos ꝓpter ereptā romanis ditionem gillo gerebat. ſuadet benignitatē ſimulet/amicitias cōparet/quo petiti tributi mitior exactio foret. Docet quoqꝫ francos natura contumaces eſſe. ⁊

[illegible]

Gillo romanus francoꝝ rex loco childerici cōſtituitur.

ſuperiorem difficile ferre. ꝓpterea bene conſulturū/ſi francoꝝ potentiores tollat/quoꝝ ſupplicio ceteri terrerent̄. Credit gillo conſultori/eiqꝫ in primis hoc negociū mādat. Guynomadus non ignarus eoꝝ qui Childerici electiouē procuraſſent/primariū quēdam leſe maieſtatis inſimulat/quem Gillo ad ſe miſſum necat/⁊ cōplures preterea alios ꝑſequitur. Qua crudelitate excitati ꝓceres/guynomadū conueniūt/gillonis imanitatē accuſantes. Quib⁹ guynomadus: miror(inquit)veſtrā o ꝓceres inconſtātiā/qui electum a vobis regē protenus execramini. An Childericū deſideratis: qui a vobis ob voluptariam vitā deſtitutus apud thuryngos exulat? Tolerabilius mulieroſum q̄ ſanguinariū regē tuliſſetis. Ille ꝑ adoleſcētiam illecebris illectus paulopoſt reſipuiſſet. hic romanus vobis natura infeſtus eatenus cruore veſtro letabitur donec recuperatam armis libertatem amittatis. At grauior nimis eſt morbus cui medela nō ſuccurrit. Benignus eſt quē abiecíſtis/reuocatus facile iniuriaꝝ nō recordabit̄. His verbis ꝑſuaſi franci auctore guynomado childericum clam reuocant. Qui parte nūmi cuius ſupra fecimus mētionē accepta: ad frācos ſecurus reuertit. Cui occurēs guynomadus eum hortat̄ ad barrū caſtellū quod cāpanie imminet demoret̄. Ubi auctis copijs aduerſus gillonem bellū parat. Uerum admonitus conſpirationis gillo/aduenientē Childericum prelio adorit̄. Quo ſuꝑatus poſtq̄ ānos octo regnaſſet ſueſſionē ſe recipiēs: q̄d ſuperat vite meſtus illic abſumpſit. Cuius fili⁹ ſiagrius ſucceſſor habitus eſt.

Gillo fugat̄.

Odoager ſaxo.
Andegaui.
Baſina thuryngie ducis vxor ad childericum venit.

Recepto regno/Childericus magnoanimo iuuenis: odoagrū ſaxonē ſibi aduerſantē aureliā vſqꝫ infeſtat. Urbēqꝫ obſidione cinctā ſuperat: capto qui ī ea erat paulo prefecto romano deinde ligerim flumen tranſgreſſus. Andegauos in fidem recepit. Huius childerici ꝓſperitate cognita: baſina thuryngie regis vxor/ad regem francū: oblita viri: ſe ꝯfert: illecta ꝑfecto iuuenis cōſuetudine. Que a Childerico rogata q̄obrē deſerto viro alium ſequeret̄. q2 inquit cōmunione tua vſa ſum: modeſtiāqꝫ et virtutē tuā ſum experta. Quod ſi meliorē te quēpiā vſqꝫ terrarum eſſe mihi ꝑſuaſum haberē: illū terra mariqꝫ indefeſſa ꝑſequerer. Hac libertate ſermonis delectatus Childericus baſinā vxorē nōdum chriſto initiatus accepit: biſſini hoſpitalitatis beneficētiā minime recordatus. Primo itaqꝫ nuptiarū ꝯcubitu baſina Childericū admonet: noctē ſine re voluptaria pretereat: foreſqꝫ palatij obſeruet: et que viderit ad ſe ꝑferat. Credulus mulieri vir tercio fores ediū aſſeruans/ad baſinā q̄ viſa viderit defert. Que non ſecus ac futuri preſcia vates cūcta interpretat̄. prodituram ſcꝫ ex eoꝝ cōcubitu varijs moribus ſobolem. primā q̄ generoſa natura foret: rhynocerontas imitaturā/vrſis lupiſqꝫ haud diſſimilē. alteram/ que rapinis animū intendat. terciam que infeſto ſe dente cōmordēs canū rabiem aſſumat. His baſine preſagijs gauiſus rex/in maximā ſpem rapitur venture ex preſentibus nuptijs nobilioris familie. Deinde aliquot prelijs victos alemānos in poteſtatē accepit. multis tandē geſtis ꝑ annos quattuor et viginti clarus: moriēs filio Clodoueo regnum reliquit. Per eos dies ſāguinis riuus tholoſe quā gothi occuparāt die toto fluxiſſe viſus eſt.

Uiſuꝫ quod childericus vidit.

Prodigiuꝫ.

Clodoueus

Clodoueus ipſe vt erat egregia forma/ita magnanimitate preclariſqꝫ moribus gratiā ſibi facile cōparabat. Siagriū in primis quē Sueſſionis principē pater Gillo reliquerat. loco exturbat/ciuitate recepta. Inde incurſiōibus ad remos vſqꝫ: predas ex templis chriſtianis faciēs/vas aquaꝝ cui vrceolo nomen fraci dicūt. ad remygij remoꝝ antiſtitis ius ꝑtinēs exportat. Quē vrceolū vt recuperet pontifex oratum regem mittit. Sueſſionē regreſſus Clodoueus iubet predam omnē/eius in milites partiende cauſa: in vnū locū conferri. Que poſtq̄ congeſta ſūt/ petijt a proceribus preter eā q̄ ſibi iure belli ꝑtinebat portionē vrceolū dimitti. Quod cū primores nō abnuerēt/quidā ex ijs qui aderāt indignatus q̄ plus reliquis ex preda rex deſumpturus videretur: in vrceolū enſem adigens neqꝫ tu inquit rex ſupra ceteros niſi q̄d tuum eſt ex hac oī preda recipies. At nihilominus rex iniuriā ad tp̄s ferēs vrceolū remigij legato reſtituit. Nec multo poſt Clodoueus cū exercitū recēſeret/viſo eo qui vrceoli temerator fuerat: occaſione ſumpta (q̄ ille videlicet non ſatis cōmode armatus eſſet) apprehenſum militē et ſolo ꝓſtratū gladio confodiens: ad hūc inquit modū vrceolum ꝑcuſſeras. ¶ Erat ꝑ id tp̄s Gondobaldo burgundoꝝ regi: neptis ex fratre crotildis. Cuius ſpeciē prudentiāqꝫ cū ꝑ legatos occulte exploraſſet Clodoueus ad Gondobaldum ex ſuis aureliū mittit qui ſibi vxorem conciliet: ratus vna cum puella burgundia quoqꝫ potiri poſſe. Gōdobaldo q̄q̄ he nuptie nō ſatis ad ſtomachuꝫ eſſent: q̄ illas in ſuam ꝑniciem fore intelligeret. (Nam intercepti dolo Crotildis parentib⁹ regnū vſurpauerat) ex cōſilio ſuoꝝ aulicoꝝ matrimoniū nō detre

Gōdobald⁹ burgundie rex.
Crotildis.

Clodomirꝰ

Victor Clodoueus xp̄o credit.

ctat. ¶Cōuentu apud ſueſſionē habito: rex Crotildē regio apparatu ſuſcepit. Amauitqꝫ tāetſi xp̄i documenta mulier ſequeret᷑. Quāobrem illa ſedulo admonebat virū deos non colere ſed eū cui ſeipſa addixiſſet dominū xp̄m. Sed ille veteris obſeruantie inſuetus: ſe maioꝝ traditiones relicturū negat. Interim Crotildis filium enixa eſt/cui vocabulū Clodomiro fuit. Qui chriſtiano more baptiſmo ablutus/intra paucos dies morit᷑. Huius interitum rex in religionem vxoris transfert: infantem ab iratis dijs abſumptum/ꝙ illū xp̄o ſuo regina dedicaſſet. Grauida iterū Crotilde effecta/editum item infantem ſacris chriſtianis initiat. Moxqꝫ vt eum morbo laborantē rex accepit: vxori religionem improperat. deoꝝ ſuoꝝ maieſtati ſcilꝫ inimicam. Regina aduerſus regis querelas patientiam ſpemqꝫ adhibens/egrotanti filio ſalutē dei benignitate impetrauit. Pertinaci aūt in errore clodoueo bellū in alemānos inſtauratur. Conſtitutis in cōſpectu vtrinqꝫ exercitibus/manus conſerunt. Pugnatū cū diu eſſet: francis cedentibus timet ſibi Clodoueus: celūqꝫ ſuſpectans. Deus inquit quē Crotildis religioſe venerat᷑/audi. Si vicero/fide te ꝑpetua colam. Vix preces finierat rex: ecce alacres frācos preliū redintegrare cōſpicatur. Quibus animū ip̄e quoqꝫ adijciens/rege alemāno perēpto victoria potitus eſt/⁊ alemānis lex poſita.

Vedaſtus.

Remigius.

Ampulla ſacra.

¶Victorem etiam credulū xp̄o regem vedaſtus qui tulli aderat ⁊ qui poſtea attrebati pontificatū adminiſtrauit ſecutus eſt. cui rex credulitatis et fidei ſue rationē enarrauit. Crotildis credenti clodoueo gratulata remigium pōtificem nihil morata conuenit: atqꝫ ad Clodoueū introducit. quē ad ſe admiſſum rex diligenter audit de fide et xp̄i religione diſſerentē. Dies abluēdo regi indicit᷑: parato ingenti ornatu lauacro /cū ſacroſanctū oleū quo liniri ritu chriſtiano q̇ abluūt᷑ ſolent: ſiue miniſtroꝝ incuria ſiue hoc agente deo allatū non eſſet: ecce de ſuperis delapſa colūba phialā quā ampullā vocant odoratiſſimi liquoris oppletaꝫ ad manus Remigij detulit. Creditū eſt ſpiritus dei miniſterio id ꝑpetratum eſſe. Eo liquore hic clodoueus primū: poſteri deinceps francoꝝ reges hactenus regnū adminiſtraturi ſacrantur. Miniſterio ablutionis expleto: clodoueus ad circūſtantē nobilitatē populūqꝫ breui oratione habita ſuadet aſpernari falſam deoꝝ religioneꝫ ⁊ eius fidem ꝓfiteri q̇ xp̄s appellabat᷑: et dei filius eſſet/quo auctore hoſtem alemānū inquit ſuperauimus. Regis oratione ꝑculſis francoꝝ animis/xp̄m ꝓfeſſi abluti ſunt.

Templuꝫ a clodoueo pariſij factum.

Lilia celo demiſſa.

Aurea flamma.

¶Clodoueꝰ vt ꝓfeſſam fidem inſigni aliquo opere illuſtraret: tēplū in colle lecuticio qui nunc genoueſe appellatur Pariſij a fundamentis extructū diuis apoſtolis Petro et Paulo dicat. Nō preteribo huic loco adijcere qđ nullo certo auctore ſed ꝑſeuerante ad hanc meā etatē fama vulgatum accepi. Fuiſſe regibus francis buffones tris nobilitatis quidē inſigne: ſed Clodoueo chriſtianis ſacris initiato demiſſum celo eē id qđ nūc reges geſtant/ lilia aurea quibꝰ ſubeſt celi ſereni color/quē aſurū franci dicunt. Ad hanc rem mihi aſtipulat᷑ diui Bartholomei monaſteriū quod gaudiūballis appellatur. vbi fons huius miraculi teſtis ab incolis oſtēditur. Traditum quoqꝫ eſt pannū ſericeū rubeū iſtar ſigni militaris quadratum miro fulgore ſplēdentē diuinitus eē exceptum. quo in expeditionibus cōtra fidei chriſtiane hoſtes ꝓ ſigno frāci reges vterent᷑. huicqꝫ vexillo nomē auriflammā hactenus ꝑmanſiſſe. diuqꝫ a dionyſianis cenobitis aſſeruatā eſſe. Sed abutentibus ſigno aduerſus chriſticolas regibus illud euanuiſſe. Alterū tamen non diſſimili forma inſtauratum eſſe quod ab epiſcopis et loci abbate cōſecratū inter ſacra aſſeruatur. Sunt qui hoc celeſte beneficiū Karolo magno collatum fuiſſe cōtendūt. Sed ad Clodoueum reuertamur. Geſtū eſſe inuenio a Clodoueo bellū aduerſus ſigebertum quēpiā. quā rem ab hyſtoricis non explanatam pretermitto. Occiſum tamen eū a francis et fortunis omibus ſpoliatum conſtat.

Gondobaldus capit᷑.

Vienna.

¶Paternā deinde necem animo frequenter voluens Crotildis/vltionis ꝑcupida mulier Clodoueū adit. queriturqꝫ paternū ſibi regnū fraude Gondobaldi burgundionis ereptum: necato eius patre/matre vero in ꝓfluentū abiecta. Id inhumanū facinus cauſam maximā regi eſſe debere: belli aduerſus Gondobalduꝫ gerendi/quo et indignam parentum eius necem vlciſceretur. et burgundoꝝ regnū reciperet. Adductus rex coniugis querimonijs in burgundos mouet. agros incendit. ⁊ fugatū gondobaldum obſidet: obſeſſum capit. Sed diues auro gondobaldus/opera aredis arelate vrbis p̄potentis municipis/magnis muneribus Clodoueo oblatis/ſe liberat/annuū tributum regi pollicitus. Relicto quinqꝫ miliū armatoꝝ in burgundia preſidio: cui gondeſillū gōdobaldi fratrem prefecerat: Clodoueus in franciam reuertitur. Egreſſo burgundia rege/Gondobaldus gondeſillum vienne obſidet: fratrem in ea deprehenſum nō ſine multorum ſtrage trucidauit.

Oſtentum.

Alaricꝰ gothus a Clodoueo occiditur.

¶Per idem tempus irrumpentibus in galliam gothis: bona francie parte occupata: arriana impietate plurimi tenebantur. Aſſumpta in eos expeditione/Clodoueus priuſqꝫ moueret: paternum virum ex ſuis prudentē ad alaricum gothorum principem in aquitaniā oratorem de rebus que ex vſu vtriuſqꝫ regum eſſent mittit. Conuenit diem locumqꝫ regum colloquio dicere. Conſtituto tēpore quo inermis quiſqꝫ accederet/Clodoueus iter in aquitaniam parat. Interim paterno negociū dat/exploret quibus gothi indumentis vtantur. Qui ad alaricum reuerſus offendit hominē et ſuoꝝ quēqꝫ ferream virgam non minime craſſitudinis manu geſtare: que vel ad percutiendum vel iaculandum idonea videretur. Quem dolū prudenter animaduertens paternus: apprehenſa regis manu promiſſi eum admonuit. Ille dolum quatenus potuit diſſimulans/perfidiam abſcondit. Tandē paterno in ſuſpitione ꝑſiſtente/placere ſibi alaricus ait controuerſiam que inter reges agitabatur ad Theodoricum ytalie regem referri/ab eo definiri. ¶Cum ad Theodoricum ventū eſt/ille cauſa cognita litigatores in aquitaniā remittens/iubet paterno vt in ſummā turrem quā ip̄e deſignabat aſcēderet/haſtamqꝫ erectam teneret: gothi vero tamdiu nūmos ad haſtam conijcerent: donec ad eius mucronem coaceruati nūmis haſta tota tegeretur. Quod iudiciū nō acceptauere gothi Sed indignabundi: paternū ludibrio habuerūt. Nam cubiculi eius effractis quibuſdam tignis /et deſuꝑ coniectis tapetibus cum periculum occultaſſent: paternus dum noctu curandi corporis gratia exurgit: per effractum tabulatum deorſuꝫ preceps delapſus brachiū effregit: reliquo corpore grauiter concuſſo. Hac iniuria affectus paternus gothorū perfidos mores Clodoueo renunciat. Quāobrem irritatus rex/oratione ad ſuos de violato oratore habita: exercitum ingredi ad hoſtes imperat: prius tamē ꝙ in aciem prodiret ad diui Martini ſepulchrum donaria mittit: tanqꝫ de futura victoria oraculū expectaret. veniētes qui miſſi erāt dum ad fores templi accedunt audiūt pſallētes ſacerdotes dauidis hymnū. Protexiſti me dn̄e virtute ad bellum. Quod ominis loco ſuſcipientes/oblatis muneribus: ad regem ꝑniciter ſe conferunt. Oraculo accepto rex erectior factus ad hoſtem feſtinat. Dum procedit agmē vienna amnis obſtitit/qui crebris imbribus intumuerat. ita vt vado tranſiri non poſſet. Impeditū dolens exercitum Clodoueus/deus inquit optime in tribulationibus adiutor: attende ꝙ in hoſtes tuos proficiſcor. Faue religioni tue quā tueor: ⁊ ne differ de heretico gotho ſumere vltionem. ⁊ qui nos prepedit da fluuiū vadabilem. Hoc precantem Clodoueū non eſt aſpernatus deus. Ad primā enim inſequentis diei lucē ceruus e ſilua (nemine inclamante) in conſpectum ſe ꝓrupit/qui magnis inde militū vocibus excitus: fluuiū enatans: quaſi itineris explorator vadū monſtrauit. Hūc ſecuti milites in vlteriorē fluenti ripam qua ceruus traiecerat euadūt. Vltra progreſſus exercitus/ad diui Hylarij pictauen̄. edē cōſiſtit. Ubi intempeſta nocte quieſcente Clodoueo ignis in tentoriū decidere viſus eſt. quod prodigiū pleriqꝫ bonam in partem interpretabant᷑. Cū non procul abeſſet hoſtis milites in aciē rex educit moxqꝫ atrox vtrinqꝫ preliū cōmittit᷑ iuxta fluuiū clanū. in campo voglodinenſi qui ab vrbe pictauoꝝ decimo miliario abeſt. Rex inter preliantes alaricū conſpicatus eū inuadit: ⁊ ſolus ſoli congrediens ſolo deiectū gothum necat. Hec finis alarico fuit/cum annos duodecim tyrannidem aſſumpſiſſet.

Anaſtaſius imperator.

¶Hanc victoriā Clodoueus mox inſigniorem reddit. theodoro filio cū exercitu in narbonenſem ꝓuinciā miſſo. quo duce ea pars quā nūc occitanam linguā vocant. ip̄os preterea aruernos patri audientes fecit. Burdegale tūc Cloueus hyemabat vnde ineunte ꝓximo vere tholoſates petit: vbi alarici theſauri aſſeruabant᷑. Quibus expilatis: reliquas vrbes quas gothi preſidio tenebāt adorit᷑. Hiſqꝫ (hoſte vndiqꝫ deturbato) francoruꝫ preſidiū ponit. Rebus ad hunc modum quietis: turonū ſe contulit. vbi anaſtaſij bizantini imperatoris legatos audiuit/imperatorio nomine amicitiam ei offerentes romanūqꝫ conſulatum. Quo honore affectus rex inſcēſo equo in patens armiū quod inter diui Martini edem turonūqꝫ ꝑ id tempus erat proficiſcitur. vbi populo varia munera profudit: cūctis acclamantibus. Bene ſit regi conſuliqꝫ romano. ¶Equi deinde memor quo in bellis libenter vtebat᷑: quēqꝫ diuo Martino voti reus dicauerat: equū ingenti pecunia redimi cū fruſtra iuſſiſſet: nec moueri loco equus ſcopuli inſtar potuiſſet. aureos centū quos illa etas ſolidos appellabat priori precio adijci iubet. atqꝫ ita equo recepto: bonus inquit in negocijs adiutor Martinus eſt: ſed mercede carus.

Canaquarꝰ cameraci dominus.

¶Pacatis paululū rebus. canaquarus cameracus princeps inſequētis cauſa belli fuit. Erat em̄ petulans et multa libidine famoſus. Quibus vicijs (vt principibus fere contingit) pharo quidam aſſentator morem blandiſſime gerebat/ita vt nihil nō illi crederet canaquarus. Hanc rem proceribꝰ egre ferentibꝰ ad Clodoueū mittūt/ſuā pollicētes operā ſi effeminatū hominem principatu amoueret. Addūtqꝫ cū pugna iniret᷑ ſe ſimulata fuga dn̄m pugne tp̄e deſerturos. Clodoueus vt proceres conuenta ſeruarēt: erea fabrica-

Clodouei dolus.

tus arma eaq; maurata ita vt credi aurea poſſent proditoribus dono dat. Adulterina munera mox cum exercitu ſequit̃ Clodoueus. inſtructa vtrinq; acie conſertaq; fortiter manu: proditores ſimulant fugam duce deſerto: quẽ captũ occidi rex mandat vna cum eius fratre qui duci auxiliũ non tuliſſet. Necauit item et ꝓpinquos omnes: ne ſucceſſionis iure adducti principatũ canaquari vendicarent. Proditoribꝰ autẽ (cũ ſe falſis donis a rege circũuentos quererentur) reſpondit. Quibus inquiens premijs eſſe dignos eos putarent qui ſuũ ducem prodidiſſent? Satis illis ſupq; eſſe: ꝙ vita donati eſſent. atq; ita illos domũ dimiſit. Clodoueꝰ rebus geſtis plurimis clarus: poſt acceptã xp̄i fidem cũ annos .xxx. regnum adminiſtraſſet: quattuor ſupſtitibus liberis vita deceſſit. Regis mortem preceſſerat ingens apud viennam vrbem terre motus. quo concuſſe palatine edes vna cũ priuatoꝝ domicilijs / tẽpliſq; corruerunt. Nec Mamerto qui pontifex vrbis erat cauſa fuit inſtituende ſupplicationis que añ dominice aſcẽſionis diem feſtũ quotãnis p quaſq; eccleſias letanie noĩe celebratur. ¶ Conditus eſt ſepulchro Clodoueus quod etiã nũc Pariſijs viſitur in ede Petri a ſe edificata. Additum q; tumulo inſequens carmen autore Remigio: anno chriſtiano quĩgẽteſimo decimoquarto.

Prodigia.

Mamertus viẽnẽſis ep̄s

¶ Diues opum: virtute potens: claruſq; triumpho
Condidit hanc ſedem rex clodoueus. et idem
Patricius magno ſublimis fulſit honore
Plenus amore dei contempſit credere nullo
Lumina qui varijs horrent portenta figuris.
Mox purgatus aquis et chriſti fonte renatus
Fragrantem geſſit infuſo chriſmate crinem.
Exemplũq; dedit ſequitur quod plurima turba
Gentilis populi: ſpretoq; errore ſuorum
Doctorem cultura deum verumq; parentem;
His felix meritis ſuperauit geſta priorum.
Semper conſilio caſtris belliſq; tremendus
Hortatu dux ipſe bonus ac pectore fortis
Conſtructas acies firmauit in agmine primus.

¶ Eo regnante precibus beati Remigij frater ſueſſionum pontifex: vedaſtus attrebatium ⁊ Auitus nouiomẽſiũ eccleſijs preerant: arrianis magnopere contrarij.

Succedentes Clodoueo filij quos quattuor ex clotilde ſuſceperat: regnũ quadrifariã concordibꝰ animis (quod de imperio agitantibus raro euenit) partiti ſunt. Theodoricus mediomatricos qui ⁊ metenſes: Clodomirus genabũque aurelianus: Clotariꝰ ſueſſionẽ: Childebertꝰ pariſios obtinuit. Hi oẽs cũ ſeſe mutua amicitia colerent: regio noĩe ſeorſum aſſũpto: dani mettẽſem agrũ inuadũt predas facientes: in quos theobertũ filiũ cũ iuſtis copijs Theodoricus mittit. Fuſis danis: ad patrẽ cũ bono captiuoꝝ numero triumphãs Theobertus ſe recepit. ¶ Interea clotildis filios ad ſe pariſiũ conuenire mandat. Atq; (vt erat appetens vindicte femina) iniuriam illis apperit paterne necis. Ad ſe quidem burgũdi regni portionẽ pertinere: ſed gondobaldi potentia atq; crudelitate vtroq; parente orbatã ſe et hereditate priuatam eſſe. Quãobrem precari: vltionẽ parricide Gondobaldi pariter aſſumãt. Moti maternis precibus filij: cõtractis copijs burgũdis bellũ indicũt. Quos p idem tp̄s (Gondobaldo patre vita functo) ſigiſmũdus moderabatur. Qui delectu militũ habito: aduerſus francos ſe obijcit. Dimicatũ eſt acerrimis viribus. Sed inclinante ad Clodomirũ fortuna ſigiſmũdus in fuga capit̃. vinctuſq; aureliã miſſus eſt. quẽ nõ multo poſt clodomirus pariter cũ liberis interemptum in altiſſimũ puteũ deijci iubet. Sed inde tandem exemptos ad diui mauricij monaſteriũ qđ nõ longe ab octodoro ſabaudie vico ſymon ſigiſmũdi frater extruxerat efferri ibiq; ſepeliri ꝑmiſit. ¶ Huic clodomiri fortune aduerſa ſucceſſit. Nãq; cognito ꝙ gondeuallus burgũdionũ imperiũ vendicaret: bellũ redintegrat. Sed dum longe a ſuis clodomirus hoſtẽ ꝑſequit̃ a multis circũuentus (q̃q̃ furentibꝰ oculis ⁊ minaci vultu terrori eſſet) inimicis coniectis vndiq; telis appetitus: pugnaciſſimus rex temeritatis ſue penas luit. Amiſſo rege franci nihil pauentes dñi ſui mortem vlciſci ꝑſeuerant. Verſo in fugam burgũdione multis interẽptis: vicos agroſq; depopulant̃ atq; incendũt. ¶ Erant clodomiro liberi mares tres: Theodoaldus / Gontherus / ⁊ Clodoaldus. Quos a patris morte educandos apud ſe clotildis recepit. ¶ Clodomiri morte nũciata Clotarius atq; childebertus fraterne necis

Clotildis ad filios ſuos.

Bellũ i burgundos.

vltores coacto exercitu in burgũdiã pergunt. Fugato gondomaro / eiuſq; vxore in captiuitatẽ abducta: vniuerſa burgũdia potiũt̃. ¶ Hoc bellũ mox hyſpanienſe ſecutũ eſt. Cui amalricus cauſam dedit. Hic in extrema gallia q̃ ad pyreneũ ſpectat incolens. hyſpaniã cũ gothis tenebat. Mortuo vero clodoueo intactã antea regionis partẽ amalricus occupauit. Unde aĩos tollens: ad reges frãcos de ea re nũciũ mittit. petitq; eoꝝ amicitia frui liceat: atq; ex eorũ familia ducere vxorẽ. Nõ indigna petitio regibꝰ viſa eſt. Sororẽ virginẽ illi dãt. Quam regio faſtu ſuſceptã amalricus liberaliter primũ: mox cõtẽptiſſime habuit. Quippe q̃ arriano veneno imbutus recte fidei mulierẽ deſpuebat. adeũtẽq; ex more xp̄iano eccl'ias ꝯtumelijs ꝑſeq̃bat̃. Lutoq; p viã a pueris mãdabat ꝯtaminari. Hoc diu paſſa mulier regibꝰ p lr̃as ſignificat q̃ a viro ĩfideli toleraret: laturaq; eſſet: niſi amalrici petulãtiã temeritatẽq; cõpeſceret. Crebro mulieris q̃ſtu parciti reges cogũt exercitũ. At childebertꝰ ſublimi vir aĩo: nõ expectato clotario: militẽ ĩ amalricũ educit. Cognito q̃d ĩ eũ a childeberto parabat̃: magnam q̃ad põt manũ amalricus terra mariq; cogit: tueri ſe feſtinans. Aduenĩẽtibꝰ frãcis hoſtiliter occurrit. ⁊ q̃q̃ militũ nũero inferior eẽt: ĩ fortitudĩe tñ ſpẽ oẽm firmauerat: qua ꝑma eximiaq; ṽtute victoria ſepenũero viſa eſt ꝯpari. Pugnatũ eſt equis viribus diu acriterq;. Sed gothis cedẽtibꝰ / victoria penes childebertũ fuit. Fugientẽ amalricũ dũ aĩaduertit miles q̃daꝫ frãcꝰ: excitato calcaribꝰ eq̃: tyrãnũ lãcea ꝯfodit. Qua re cognita / rex frãcus mediã petẽs hyſpaniã gothos incredibili diligẽtia ꝑſeq̃t̃: donec tolletũ ad amnis tagi ripas munitiſſimã vrbẽ acceſſiſſet: quã obſeſſã: ⁊ a ciuibꝰ nõ ſegniter defẽſã capit: captã oĩbꝰ exactiſſime coaceruatis bõis ſpoliat. Atq; ita ſorore recepta: ⁊ mox morbo dũ reuertit aſſũpta ad pr̃is ſepulchrũ pariſijs collocat defũctã. Quos ṽo calices ⁊ vaſa ſacra tolleto exportauerat religioſis regni ſui ¶ locis diſtribuit.

Amalricus.

Tolletũ capitur.

Tagus.

His vt memorauimꝰ a childeberto geſtis nũciat̃ theodoricũ fratrẽ mõtẽclarũ aruernie ꝑmariã ciuitatẽ: quã ab eo childebertus abſtuliſſet recepiſſe ꝑſidio interfecto. Sꝫ re ĩtra paucos dies ꝯpoſita ꝯcordibꝰ animis reges ĩ hermofredũ thorĩgie pricipẽ bellũ mouẽt. ꝓpterea ꝙ ſuaſu amalberge vxoris duos q̃s hẽbat fratres bercariũ ⁊ baldricũ necauerat: delatos ꝙ regnũ affectaſſet. Thorigus re cognita: collecta magno nũero manu: dolo ĩtercipere frãcos ĩſtituit. Foſſã altã qua francus iter facturus erat lõgitudĩe magna ꝑduxit ceſpitibꝰ deſuꝑ cõiectꝭ: vt ſpẽ virẽtis herbe miles illuſus fraudẽ nõ ꝑciperet. Detecto ꝑ exploratores dolo: reges irritatiores facti hoſtẽ ferocius ꝑſequũt̃ donec effuſa fuga thorigi ad flumẽ qđ eoꝝ ligua oneſtrut vocãt ſe recipiũt. vbi ad flumĩs ripaꝫ reuocato ex fuga milite bellũ ĩſtaurãt. Sꝫ cedere coacti ĩ ꝓfluẽtũ ſe ꝓmiſcue cõmittũt. Factaq; eſt eoꝝ tãta ſtrages: vt occiſoꝝ cadaueribꝰ põtis loco frãcus vteret̃. Hermofredus tñ cũ paucis ĩ vrbẽ quãdã q̃ regi theodorico poſtea fuit ſe recepit. Ad quẽ dimiſſo nũcio theodoricus ſalutẽ pollicet̃ / ſi ad caſtellũ tulbiacũ qđ nõ ꝓcul erat ſe ꝯferre nõ pigritaret̃. Nũciãti fidẽ adhibẽs hermofredus ad theodoricũ ſe ꝯfert. Dũ vna ad pinnas caſtelli ĩambulãt ⁊ fabulant̃: theodoricꝰ hermofredũ cubito ĩpellẽs eũ e muro ꝑcipitat: q̃ lapſu interijt. Deide liberis eiꝰ necatis: oẽm regionẽ ĩ ꝑtãtẽ rex accepit. ibiq; ad tp̄s moratꝰ: lothariũ fratrẽ lꝫ auxiliaris illi ĩ hoc bello fuiſſet: clã ſuſpectũ habuit. ſiue ꝙ bñ geſti belli partẽ ad ſe verteret: ſiue q̃r (vt eſt humanus animꝰ) cãs q̃reret vſurpãdi fraterni regni q̃ finitimus eſſet: ⁊ ĩõ inuidie theodorico eſſet. Diſſimulato odio theodoricus ꝑcat̃ ꝑ nũcios fratrẽ ad ſe ĩ thoringiã veniat: hr̃e qđ ex vtriuſq; cõmodo ſit. Ad quẽ nihil a fratre doli metuẽs Clotariꝰ accedit. Occultos poſt tapetẽ in cenaculo milites theodoricus ĩ armis locauerat. Qđ cũ paulo altius pẽderet velum: Clotariꝰ cenaculũ ingreſſus: armatoꝝ pedes cõſpicatus: fraude deprehẽſa reſtitit. admonitiſq; quos ſecũ hẽbat clientibus: clam armari eos iubet. Theodoricus aĩaduerſum a fratre dolũ intelligens: ioco ſuſpitionẽ purgauit: habito deide cũ fratre colloquio argẽteo vaſe qđ peluim vocãt lothariũ donat. atq; ita diſceſſũ eſt. Verũ ſollicitatus ira theodoricus peluim a fratre ꝑ filiũ repetit: belli occaſionẽ meditãs ſi vas nõ redderet. Impetrat a patruele theodebertus adoleſcẽs: et vas ad patrẽ refert. Sꝫ tãdẽ in aptũ ſe theodorici ira ꝓdidit. Crebris incurſionibꝰ in alterutrũ factis: pax inter eos paucis poſt diebꝰ cõuenit. q̃ tñ ſuſurronũ delationibꝰ violata eſt: obſidibus q̃ apud theodoricum erant interfectis. Nihil eñ apud dominãdi cupidos ꝓbitatis aut fidei eſt. libidine eñ habendi reges ferũt̃ nec amicis nec generi indulgent ſuo. ¶ Interim dũ ſe fratres odijs agitãt Clotildis mater ex clodomiro nepotes diligẽter nõ ſecus ac ex ſe natos apud pariſios ꝓcurabat. Hac ſuſpitione ductus childebertus: q̃ſi illos regina ad regnandũ educaret: accerſito fratre clotario quid de matre nepotibuſq; penſitet aperit. Placuit viſendi eos cauſa: atq; cognoſcendi ſi illoꝝ etas diuiſa inter illos heredi

Bellum aduerſus Hermofreduꝫ q̃ ſuos fratres necauerat.

Dolus regis theodorici.

v15

A patruelibus nepotes occiduntur.

tate ad principandum idonea eſſet:ad ſe ꝑ archadium' quendam mitti. Leta nūcio clotildis dimiſſos nepotes patruelibꝰ cōmēdat. Quibꝰ ī cōſpectū adductis maiorē natu clotariꝰ mox terre allidit:enſe ꝑ ilia adoleſcentis proſtrati traiecto. Hinc ꝑterritus alter ad childebertuꝫ ſe ꝓripuit:orans vt ſe ꝓtegeret. Quiſiue miām ſimulās:ſiue reuera pueri miſereret:clotariū placare pergit. In quē indignabūdus rex.tu iquit huiꝰ auctor facinoris es:⁊ nūc penitet cōſilij:aut ergo illū ꝓijce abs te:aut mortem meis manibus obito. Ad hec verba dimiſſū puerū clotarius obtrūcat. Interim dū in nepotū nece intētos reges clodoaldus videt:auxilio ꝑcerū dilapſus:clericatū ꝓfeſſus eſt ⁊ ſacerdos effectus.vitā religioſiſſimā vixit. Scribūt quidā vna cū pueris nutrices quoqꝫ eē necatas. Huius ſceleris īmanitatē aliud nō minꝰ inhumanū preceſſiſſe tradūt. Ad priorē nūciū archadiū de pueris ad reges deducēdis vridanum quēdā aulicū ꝓtinus clotildē regio iuſſu adiuiſſe.eiqꝫ gladiū ⁊ forpicē obtuliſſe: ad anceps oblatū clotildē muſitaſſe:mox ex vridano queſiuiſſe q̄d hoc oblatū portēderet:illūqꝫ reſpondiſſe.gladiū necem forpicem ſacerdotū nepotibꝰ ominari:expectare ſeutrū regina eligeret. Demū heſitantē reginā negaſſe nepotes ſacerdotes fore.ſcꝫ de filijs regibꝰ ſecuram ꝙ īnocētibꝰ nullā vim inferēdā formidaret. Sed regnū ambiētibꝰ odioſa miſeratio eſt. Tā crudelem nepotū necē et ſi modeſtiſſime ferret clotildis:eā quoqꝫ inſequēs belli motꝰ miſera ſollicitudine confecit. ¶ Theodorico quē mettenſibus imperaſſe ſcripſi vita ſublato:theodebertꝰ paternū regnū ſuſcepit. Qui aduerſus clotariū in ſocietatē belli q̄d iā diu childebertꝰ pariſioꝝ rex aīo agitabat accitus vocanti childeberto auxilio fuit. Iunctis ergo pari fide exercitibus in clotariū ꝓficiſci cōſtituūt. Ea re clotildis cognita:relictis pariſijs:turonū abijt: diui martini edem lachrymās ingreditur. Orat religioſa mulier beatiſſimū confeſſorē preces eiꝰ exaudiat:neqꝫ ſinat fratres reges:filios ſuos inter ſe cōflictari:q̄ tametſi cōpluribꝰ eſſent inq̄nati flagitijs:occurrat tñ furētibꝰ ne inſania efferati fraternitatꝭ quoqꝫ obliuiſcāt. Clotildis ꝗ orōe ⁊ bn̄ de deo meriti pōtificis interuētu credi pōt in beniuolētiā fratres rediſſe. Nā cū acies nō ꝓcul ꝯſtitiſſēt:ortis imbribꝰ:tonāte ſupra modū celo:atqꝫ validiſſimo inſufflante vēto:tanta tēpeſtate childeberti theodebertiqꝫ copie attrite ſūt:vt nihil illis ſibi armoꝝ preter clipeum reliquū habuerit. Procūbētes humi milites laceris veſtibꝰ ⁊ ſagis diē illū vltimū ſibi certo eſſe credebāt:equis inſuꝑ ꝑ multa miliaria diffugientibꝰ rari recepti ſūt:quin ipſis regibꝰ celeſtis ignis q̄ crebro fulgure cōtinēter micabat:timorē incuſſit:ne cū tētorijs incēdio vna flagraret:cū huiꝰ tēpeſtatis nulla ꝓcella neqꝫ vlliꝰ pluuie gutta clotarij militē attigit.

Mirum.

Hoc terribili admodū ꝓdigio haud dubie intellexerūt reges recte in illos dei irā exerceri ꝙ innocētē fratrē bello ꝑdere cogitaſſēt. Miſſis ḡ ad clotariū legatis:pacē vltro pollicent:qua vtriqꝫ data diſceſſū eſt. Hec in agro aurelianenſi apud combrūvicū geſta fuiſſe cōperio.

Bellū in terracones a childeberto geſtum: Ceſarauguſta obſeſſa ē.

Poſt hec childebertus velut ad bellū natus eēt:breui requie militibꝰ ꝯceſſa comitātte fratre clotario ī terracones mouet. Cuius belli cauſā ab auctoribꝰ traditam nō inuenio. Credo eū prede et regnandi ſolū cupiditate affectū huic bello incubuiſſe. Prima huius expeditōnis caſtra ad ceſarauguſtā vrbē childebertus ſiſtit. Quā circūuallatā oppugnare iubet. Ciuibꝰ fortiſſime ſeſe ꝑmū tuētibꝰ:cū altera inſuꝑ oppugnatione premi expectarēt ad dei opē ꝯuerſi ſupplicationē decernūt.circūeūt ꝑ pomeriū ciuitatē reſonante diuinis hymnis clero. Quē concentuꝫ vbi aīaduertit childebertus cognoſcit ꝑ ruricolam quēdā ſupplicationē ritu xp̄iano a populo fieri:vt miſerto ciuitatꝭ deo in hoſtiū ꝑtātē nō veniāt. Ea re cognita/⁊ ꝙ xp̄iani eſſēt:childebertus ruſtico iperat loci pōtificē adeat:moneatqꝫ ad ſe in caſtra venire. Edoctꝰ a ruſtico pōtifex ad regē nihil veritus accedit. Quē affatus childebertus:qꝛ inquit:o preſul cōpertuꝫ nobis eſt vos xp̄i ſacris initiatos eē:eiqꝫ religioſe famulari:decretū nobis eſt parcere ciuitati:obſidionēqꝫ ſoluere:ſi modo de diui martyris vincētij ſupſtitibꝰ apud vos monumētis aliquid nobis ipartiemini.

Reliq̄e diui vincentij

Regis volūtate ad clerū relata:ſepulchrū martyris pōtifex adit:indeqꝫ ſuſceptā ſtolam et tunicā regi dono contulit. Que reliogioſiſſime ſuſcepta rex ꝑſācte aſſeruauit.

Monaſterium btī vincētij extructū.

Obſidione igiꝭ liberata ciuitate cū de ꝓuincia cū pōtifice nihil interueniſſet digrediens exercitus agrum ceſarauguſtanum vaſtauit:atqꝫ ita Pariſium adueniens edem diuo Vincentio dicat monachis ibidem inſtitutis quibus eas quas de martyre induuias habebat attribuit. Huic monaſterio diui Germani de pratis appellatio in hodiernum diem manet.

REbus in hyſpania vt premiſſum eſt geſtis: theodorici mors regi nūciata eſt. huic filius theodebertus qꝛ regno ſucceſſiſſet:iniquo animo childebertus tulit. Cōmunicato igitur cū fratre Clotario conſilio a theodeberto regnū ſurripere meditant.

Quorū ceptis rex prudēs occurrēs priuſqꝫ in apertū ꝓdiret dolus:inſurgētē in eū debita erga auunculos reges obſeruantia retardauit. Eā ob rē alios ſibi vultus effingens childebertus ſatius eſſe cēſet beniuolētia vti ꝙ nepotē regē eundemqꝫ potentē laceſcere quē facile ſuperare nō poſſet.vocatū igitur ad ſe theodebertū blande excepit:precioſiſqꝫ muneribus donatum a ſe dimittit. Adeo rara eſt inter principes amicitia.aut ei liuore ꝑculſi:aut imperij maieſtate feroces:aut(q̄d plerūqꝫ accidit)alioꝝ potētiā ſuſpectā habētes:occultis inter ſe dolis agere ſolēt. Interea ſenio morboqꝫ confecta clotildis mater moritur. Quā turono vrbe regia pompa elatā filij reges ad clodouei tumulū apponūt. Eodē ferme tp̄e theodebertuꝫ vltima fata abſumpſerūt:relicto filio theobaldo regni paterni herede. Clotario aūt iniqua iterū fortuna aduerſata eſt. Nā maribus liberis ſeptē ⁊ feminis duabus cum beatus hoīm opinione haberet crānus patri contumax extitit. A quo in aquitaniā miſſus premere populū vectigalibus cepit. Ea re cognita clotarius crānū domū reuocat. Qui cōtempto patris imperio ad childebertū quē nō bono ſatis in patrē aīo eſſe arbitrabat ſe contulit. Addit ad exulceratuꝫ childeberti aīm nouas indignatōes:iureqꝫ iurādo ſe ꝑſancte aſtringit oppugnaturū ꝑpetuo patrē. Securus igiꝭ accepte fidei a crāno childebertus bello ꝑſequi clotarium cōſtituit. Nā aduerſus crannū gōtrano atqꝫ ariberto in aquitaniā clotarij iuſſu mouentibus. Childebertus campaniā infeſto exercitu incurrit. Inde vaſtatis agris cuꝫ preda multa reuertentē poſt nonum ⁊ quadrageſimū regnandi annū mors occupat.anno ſalutis quingēteſimo quinquageſimo nono. Mortuo apud edem vincentij martiris ꝓxime pariſios ſepulchrū fuit. Childeberti morte qꝛ liberis careret omnia ad clotarium peruenerunt. Quo acceſſu francoruꝫ regnum magnum incrementum accepit.

¶ Eiuſdem compendij liber ſecundus.

CLotarius regno aſſumpto crānī alias cramiris(vtrūqꝫ ei ſcriptū inuenio)temeritatē vlciſci ꝑſeuerat:ratus plus audere in eū ceteros:ſi repugnantē filiū nō flecteret.habito igiꝭ delectu militū: in rebellē ꝓgrediꝭ. Quē venientē audiēs crānus ad conobaldū ſibi finitimū aq̄tanie regē ꝑgit:quo adiutore patrē prelio exciperet. Sꝫ conobaldus cū in ſacellū diui martini ſe clotariū fugiēs recepiſſet. Neqꝫ īīꝫ vllis pollicitatōibus educi poſſet:īmiſſo igni pariter cū ſacello cremat:q̄d nō multo poſt tp̄e rex iuſſit inſtaurari. Mox crānus nichil moratus ad britonū comitē cenabutū ſe ꝯtulit: vbi receptis ex fuga militibus cū terra mariqꝫ iuſtū exercitū coegiſſꝫ pio patri filiꝰ nocēs ⁊ armatꝰ occurrit. Ordinatis ad preliū alterutris copijs de pace ꝑ legatos tentatū ē. Negāte cōditōes pacis clotario:armis decertare cōuenit. Sꝫ nō ignarꝰ pater ꝙ dubius ſit belli exitus:dei añ oīa opē implorās. Iuſte deꝰ inq̄t aſpice:⁊ q̄d dauidi regi de filio abſalone iudiciū feciſti michi ipartito. Atqꝫ ita in preliū vtraqꝫ acies cōcurrit. Diu ſtetit dubia victorie ſpes:demū ad clotariū inclinauit. Fugati ꝓfligatiqꝫ ſunt hoſtes. Inter q̊s bona britonū ꝑs ceſa ē:crāno cū vxore ⁊ liberis intercepto. Quē in ſcāno ꝑ lictorē alligatum cremari cū vxore ⁊ liberis duobus rex iubet:huiuſcemōi ſupplicio crānus penas ſoluit cōcepte aduerſus patrē rebellionis. ¶ Crāno merita pena affecto pater accepti a deo bn̄ficij memor in franciā reuertēs ad diui martini ſepulchrū ſe cōtulit ibi de beneficijs deo gratias exhibens largiſſimiſqꝫ muneribus tēplo ditato petit preterite etatis ſibi offenſas remitti. Nec mora ſueſſionē repetit. Moxqꝫ(vt ē gallice nobilitatis vana cōſuetudo)ad feras venatu deprehēdēdas ſe cōuertit. vbi dū curſu clamoreqꝫ ſupra ꝙ rege dignum ē curioſus oblectatur morbū cōtrahit:quo languore cū annos vnū ⁊ quinquaginta imperaſſet abſumptus eſt:aſſiſtentibus q̄ttuor ſuperſtitibus ſibi liberis ariberto:gontrano:childerico atqꝫ ſigiberto. Qui funus ſueſſionē vſqꝫ ornatiſſimo comitatu perſecuti digno patre tumulo regem ſepelierunt.

Regni yuetoti p̄ncipiū

Sed priuſqꝫ a clotario diſcedo: illud non pretermittendum reor quod cum maxime cognitu dignū eſt mirari licet a nullo franco ſcriptore litteris fuiſſe commendatum. Fuit inter familiariſſimos clotharij aulicos galterus yuetotus caletus agri rothomagēſis apprime nobilis ⁊ qui regij cubiculi primarius cultor eēt. Huic ꝓ ſua integritate de clotario cū melius meliuſqꝫ in dies ꝓmereꝭ. reliqui aulici inuidēt deprauātes q̄libet a galtero geſtū.nec deſiſtunt donec irritatum illi clotariū peſſimis ſuſurris efficiūt. Quāobrem iurat rex ſe hominem necaturum:percepta clotarij indignatione:galterus pugnator illuſtris cedere regi irato conſtituit. Igitur derelicta francia:in militiam aduerſus religionis catholice inimicos pergit.vbi decē annos multis proſpere geſtis rebus: ratus clotarium ſimul cum tempore mitiorem effectuꝫ: romam in primis ad agapitum pontificem ſe cōtulit. A quo ad clotariuꝫ litteris impetratis ad eum ſueſſione agentē ſe protenus confert: veneris die que paraſceue dicitur: cogitans religioſam chriſtianis diem ad pietatem ſibi profuturā. Uerum litteris pontificis exceptis: cū galterum clotarius agnouit: vetere ira tanqꝫ recenti liuore parcitus rapto a proximo ſibi eqte gladio hominem ſtatim interimit. Tam indignam inſignis atqꝫ innocentis hominis necē religioſo loco ⁊ die ad chriſti paſſionem recolendam celebri pontifex inequanimiter ferens: confeſtim clotariū reprehendit: monetqꝫ iniquiſſimi facinoris rationem habere: ſe alioquin excōmunicatiōis ſententiaꝫ ſubiturum. Agapiti monita reueritus rex: capto cū prudētibus conſilio galteri heredes ⁊ qui yuetotum deinceps poſſiderent ab omni francorum regum ditione atqꝫ fide liberauit: liberoſqꝫ prorſus fore ſuo ſyngrapho ⁊ regijs ſcriptis cōfirmat. Ex quo factum eſt: vt eius pagi ⁊ terre poſſeſſor regē ſe yuetoti hactenus ſine cōtrouerſia nomiauerit. Id auteꝫ anno chriſtiane gratie quingēteſimo trigeſimosexto geſtum eſſe indubia fide inuenio. Naꝫ dominātibus longo poſt tempore in normānia anglis: ortaqꝫ inter iohānē hollandum anglū ⁊ yuetoti dominū queſtione quaſi ꝓuentuū eius terre ps fiſco regis anglorū quotānis obnoxia eſſet. calleti ꝓpretor anno ſalutis. M.cccc.xxviii. de rōne litis iudiciario ordine ſe inſtruens: id ſicut annotatum a me eſt comperiſſe iudicauit. Huius clotarij vxor fuit radegondus que per viri aſſenſum religionē ꝓfeſſa celitibus meruit aſcribi. Eius regis decreto diui medardi monaſteriū ſueſſione inchoatū eſt: ſꝫ a ſigiberto filio tandeꝫ abſolutum.

Clotario ſepulto. fratribus de partiēdo inter ſe regno conſulētibus: cū quiſqꝫ ſibi partē accipere merito ſperaret. chilpericus cui plus ingenij atqꝫ aſtutie inerat preter etatis legē pariſiū occupare contēdit. Paterniſqꝫ theſauris potitus mox francorū nobilitatē q̄uelociſſime poteſt ad ſe vocat. Quos partim in ſe ꝓcliues beniuolētia amiciores reddit. Alios quibus aduerſam in partē pēdere animum cōmodi expectatione cognouit: magnis admoduꝫ donis muneribuſqꝫ conciliat. Sed vt ē in gallico ꝓuerbio: ſollicitus ſui eſt: nec dormitat inimicus. Cognita chilperici perfidia: amicorū opera quos pariſij habebant fratres: inſcio chilperico in vrbem claꝫ admittunt. Inde fratre deturbato ne bello res agere chilperico renūciant: ſi pro lege patria diuidi inter ſe regnum volet liberum ſibi ad eos patere regreſſum. Hac cōditione propoſita chilpericus pariſiū reuertit. Ariberto ꝙ prior natu eſſet pariſiorū regnum. gontrāno aurelianorum. mettenſiū ſigiberto obuenit. Chilpericus ſueſſionē adeptus eſt. Suſcepto ſecundo ſeriem cognatōis pariſiorū gubernaculo Therebertus q̄ aribertus dict⁹ eſt nulla re inſignior fuit q̄ꝫ marcanoſe ⁊ meroſidis ſtupro: quas nigebrida eius vxor ſeruitio habebat. Quarū cōſuetudine rex ita deperijt: vt nigebrida dimiſſa eas in vxorū loco habuerit. Nec deſeruit: licꝫ a pōtifice germano admonitus eēt. verū paucis interiectis diebus vtraqꝫ vna cū filio quem altera ediderat repentino obitu petierūt. Sed nec diu ſuperſtes theobertus fuit. Gontrannus q̄ꝫ benignior natura fuerit: petulātia tn̄ atqꝫ libidine nō diſſimilis erat. Nā preter ꝓſtitutas a ſe virgines: alienas quoqꝫ nuptias ſpretis legitimis vxoribus inquinauit. Ab huiuſmodi fedis amoribus abhorrēs ſigibertus mettēſiū rex ad athanahildū hiſpanū regē miſſo legato gogone: brunechildē regis filiā vxorē accepit. Chilpericus vero fratris exēplo adductus alterā athanahildi filiā galſondā coniugē expetit. Cui cū fredegondis quedā forma inſigni puella inſeruiret inſolens tn̄ mulier, in chilperici ſe inſinuauit amorē regēqꝫ ita blanditijs deprauauit: vt odio habitā galſondā nō vxorie dignitatis: nō federis nuptiarū memor laqueo p̄ noctis ſilētiū ſtrāgularet ſupinducta andouera. Nichilomagis ꝯtinēs fuit. q̄ppe qui fredegōde voluptatis illecebrarūqꝫ amator cōſuetudie illectus tenebat. Nō poſſuꝫ quāuis breuitatē initio ſim ꝓfeſſus hui⁹ pellicis maliciā tacit⁹ p̄terire. In ſueſſiōib⁹ locor plebe humili nata ē in vico balēcurto ſpecie quidē egregia atqꝫ ingenio ſupra femine modū excellēti. Igit cū ſueuorū infeſta ſigiberto gēs bellū aduerſus eum ſuſcepiſſet: chilpericus fratri auxiliū tulit. Egredienti domo cura fuit andoueram coniugem grauidam fideli ſibi cuipiaꝫ cōmendare. Huic negocio idonea viſa eſt fredegonda atqꝫ ita profectus eſt. Pariendi cum tēpus aduenisset feminam regina parit: que priuſqꝫ baptiſmo ablueretur: conſilio ex fredegonda capto: quenam idonea ſatis mulier ad hoc ſacramentum teſtis hoc eſt commater adhiberetur. Nulla inquit fredegonda nobilior te eſt quam huic myſterio anteponas: vt quam carne puellam extuliſti: eam preterea ad ſpiritualem vitam regeneres. Sciebat enim ex chriſtiano inſtituto nephas eſſe virum mulieris concubitu potiri: que baptiſando filio cōmater extitiſſet: eo pacto chilpericum a regine conturbenio diſcluſum iri calidiſſima pellex ſperabat. Abluitur ex ſententia fredegonde filia: atqꝫ ei cui mater andouera erat: commater ſpirituali regeneratione efficitur childehindā ei nomen imponens. Regi domū bello exacto reuertenti gratulabunda pellex occurrit. Narrat que de nata ſibi filia cōtigerant. Sed dolere ſe ait: ꝙ regina teſtis et commater ablutionis filie eſſe voluerit. Hec loquenti fredegōde rex ſancte iurat ſi ita compertum haberet: ſe eam vxoris dignitate donaturū. Ingredienti palatium chilperico andouera filiam cōplexa ſalutem impartiri: deqꝫ nata ſibi filia gratificari feſtinat. At rex exulceratus animo: Ubi inquit in malā partē imprudens mulier que tua me inſipiētia a tuis nuptijs excluſiſti. Nec multo poſt tēp̄e rex pontificem qui ſacrum peregiſſet ire in exilium iubet. Andouerā vero vnacum filia intra eccleſie ſepta vitam apud cenomanos agere cōpellit: deſignatis q̄ꝫtum ad annuū alimentū ſatis eſſet prouentibus. Pellicem mox fredegondam in ſuis ambitioſus malis chipericus vxorē accepit. Adeo nichil vidētem hoiem reddit ceca libido: ⁊ petulās viuēdi licētia. Nec vno crimine irretit euꝫ quem deprauauit. Enī vero chilpericus legitimi cōtēptor thori: alieni quoqꝫ appetētiſſim⁹ fuit. Sigibertū fratrem ſuū perſecutus eſt (⁊ vt ꝑfidiorē dicas) graſſante in eum fortuna. Nam irruētibus in regnuꝫ eius infeſtis ſignis Lacano duce huius occupatiſſimoqꝫ in eo bello ſigiberto chilperic⁹ fraterne charitatis deſertor in remos ad ſigebertum pertinētes incurrit quos preſidio per fratris abſentiam deſtitutos in poteſtatem recepit. Uerum fugatis huius ſigebertus victor reuertens copias in ſueſſionēſium agrum dimittit: quē dedente ſe populo facile cepit. Theodebertū chilperici filium in vrbe deprehenſum abducit. Sed nō multis poſt diebus interceſſione patris liberatus eſt: chilperici fide interpoſita: ꝙ in ſigebertuꝫ nullo vnqꝫ tempore bellū moueret. Sꝫ fidifragus rex nichil moratus bellū redintegrat. Cuius illico penituit. Nam inferior factus compulſus eſt conditiones pacis quas ſigebertus voluiſſet accipere. Sed nec ſic q̄es facta. Clodoueus ex chilperici liberis burdegallā ſigiberti ditionis vrbē capit. Sꝫ a ſingulfo queꝫ ꝓuincie ſigibertus prefecerat mox exturbatus doloueus inſequente prefecto pariſiū ex fuga ſe recepit. Qua iniuria ꝓuocatus chilpericus theodeberto (quē dixim⁹ a ſigiberto liberatū) mandat: neuſtriam que poſtea normannia appellata eſt adoriatur. Eaꝫ q̄ ſigiberto parebat (receptis in ea plerijqꝫ inſignib⁹ locis) incurſiōib⁹ vaſtat. Eodē q̄qꝫ furore turonos pictauos lemouicas: ⁊ cadurcos: nō clero nō monachis: nō ſacris virgibus p̄cēs ꝑdit. Ei⁹ petulātiaꝫ cū gondoaldus pictauus q̄ ſigiberti partiū erat non parua iactura affeciſſet: ⁊ demū mouēte in eū ſigiberto fugatus interemptuſqꝫ fuiſſet: chilpericus iniquo animo filij mortem ferens: campaniā furibundo exercitu excurrit. remoſqꝫ iterū ſpoliat. in queꝫ reductis copijs ſigibertus hominis temeritatē corripere cōſtituit. Uerum intercedētibus vltro citroqꝫ legatis pax icta eſt. ¶ Rebus inter chilpericū ſigibertumqꝫ mature cōpoſitis in gontranni fratris burgundionibus imperātis exitiū: cōiurant. Belli cauſa a ſcriptoribus non traditur. Inuidiſſe illi fratres crediderim: ꝙ ad aurelianū gontrāni regnū: burgundionū quoqꝫ principatus acceſſiſſet. Utcunqꝫ res ſe habet: leuis exiſtimari poteſt que facilem habuit exitum. Cōſtitutis itaqꝫ ad pugnā apud viriacū: archiacūqꝫ copijs: breui momēto per legatos conuentum eſt: trecas campanie ciuitatem proficiſci reges: atqꝫ illic pacis conditiones dicturos. Quā in diui lupi templo reges interpoſito iureiurando poſtea firmauerunt. Abeūtibus inde regibus milites auſtraſij qui ſigiberto parebant queruntur ꝙ nichil ad ſe neqꝫ gratie neqꝫ honoris ſed neqꝫ predarum deferretur. eos omnibus prelijs primos adeſſe vltimos eſſe quibus aliq̄d mercedis a rege contingeret. Placere quidem cum gontranno pacem ſed chilpericum exoſum habere ꝙ preter regiā dignitatē ſpurce viueret: hac militū tumultuatione tradunt ſigibertuꝫ copias in fratrē nichil belli ab eo timentē immo etiā exercitu nudatū cōuertiſſe. Hac re per nuntiū accepta chilpericus ſuis rebus deſperās q̄ꝫ feſtinātiſſimis itineribus poteſt: tornacum vna cū fredegōda ⁊ liberis ſe recepit. Hinc repētino chilperici malo incōmodū aliud fortuna inuexit. Procedēti cū copijs ſigiberto magnus procer atqꝫ equitū nūerus q̄ a chilperico defecerāt: ad vitoriacū occurrit: quos iuramēto obſtrictos in exercitu admittit: preter anſelmū q̄ integra in ſuū regē fide negat ſe ſigiberto auditurū: atqꝫ ita dimiſſus āſelmus ad chilpericū migrat. ¶ Cognita fratris fuga ſigibertus fugientē inſeq̄ ꝑgit. Ciuitatē milite circundat. Eo metu fractuꝫ animo regem tum intellexit fredegōda audax facinus cogitat. Uocatos ad ſe clam duos quos ad negociū ꝓ̄ptiſſimos iudicabat: magnis pollicitationibus allicit in caſtra ſigiberti ſe cōferāt: regēqꝫ interimāt. Si ſalui ſe receperit fore vt preclaris fortunis abūdēt. Sin illuſtri facto oppetāt mortē: collaturam ſe templis atqꝫ ſacerdotibus do=

Gōtrān⁹ rex aurelianorū

Chilpericus ſueſſionum rex

Fredegōda.

Chilpericus in ſigibertū fratrē belluꝫ mouet

Bellū i ſigibertum.

ſupatur clodoueus

neuſtriā theodebertus incurſat

Theodebertus occidit

chilperi⁹ cāpaniā vaſtat

Tumult⁹ in caſtris ſigiberti

Bellū i chilpericum.

Chilpericus tornacuꝫ petit.

Anſelm⁹ in dn̄m fidelis.

Fredegōda ſigiberti necē procurat.

naria quibus saluti animarū suarū bene cōsulat deus. Recepto a fredegōda negocio securi sui satellites in familiā regis sigiberti se insinuāt. Sigibertū mox (cōuenienti eorū ceptis tempore) confodiunt. At regis necē tumultu per castra exorto: siccarii interficiunt. Cū clamor et strepitus in vrbē delatus esset: nec causaꝫ sciret chilpericus: fredegōda festinans regē securo animo esse orat: dicēs tumultuari ⁊ lamentari in castris milites. propterea ꝙ sigibertus morte essꝫ absumptus. Vix hec nunciāti vxori chilpericus credit. Sed multorū nuntio firmatus in castra contendit. Cui obuij primores exercitus regē consalutāt iurantqꝫ in verba chilperici. Quos liberaliter regieqꝫ primo habitos hortatur beniuolentiā in se fidemqꝫ seruent. Nō nullos tamen de se bene meritos minore ꝙ̄ sperauerant estimatione ⁊ gratia tractauit. Fraternum deinde funus more regio curauit. Extructo suessione in diui medardi ede sepulchro vbi iuxta clotharii tumulū appositus est postqꝫ annos tredecim regnasset. Fratris exequijs debita religione absolutis: chilpericus brunechildem sigiberti vxorē que filiū childebertuꝫ parisij habebat rothomagū exulare cogit recepta ingēti pecunia que penes eam erat. Causa exilij fuit: ꝙ childebertū filiū ne in chilperici potestatē veniret gondobaldi ducis ministerio fune per fenestrā demissū ad mettēses deferri mādauerat. ¶ Mox ad bituriges: ⁊ eas vrbes que ad ligerim fluuiū site sunt ne quid turbe molirent̄ meroueum filiū mittit: qui eas recipiat. Sed neglecto patris imperio meroueus cenomanū vbi dolo fredegonde mater eius andouera exulabat: diuertit. Deinde brunechildis vidue recordatus: rothomagū cōtendit: ibiqꝫ mulieris ingenio delectatꝰ ea duxit vxorē. Qua re indignatus chilpericus: veritus ne astu brunechildis in patrē filius armaretur: rothomagū citus ꝓficiscitur. Cognito eius aduētu noui coniuges in templū diui martini: quod pone vrbis muros firmissimo lapide constructū erat: se cōmittunt. Ex quo cum illos educi inultos per legē non liceret: solita ꝑfidia rex vsus sancte illis iurat si ad se veniant nunqꝫ illos a thoro separare. Egressi templo postqꝫ vno alteroqꝫ die apparatissimis cōuiuijs accepti a rege fuissēt: filiū renitentē a brunechilde parisium abducit. Quē paulopost ecclesie sacris addixit. Sed suasu gontrandi reiecto clericatu: ad secularem vitā reuersus est. Latuit inde metu patris in beati martini turonēsis templo. Inde cum eruere eū chilpericus quereret: sortibus meroueus egit quibus illa etas ad insequentem modum impune vtebatur. Dies tris apertis corā se sacris codicibus: pernoctās meroueus diuinū oraculū expectat: reuoluto codice: in librū regū oculos intendēs: ita legit. Quia reliquistis dn̄m deū vestrum tradidit vos in manus inimicorum vestrorum. Secundo dauid psalmos scrutanti mox illud occurrit. Deiecisti eos dum alleuarētur. Tertio ex christi euāgelio offendit. Scitis ꝙ post biduum pascha fiet. His tanqꝫ ad se diuinitus pertinētibus oraculis: confirmatus meroueus: templo egreditur comite gontrando. Inde sex ex omni numero seruis secum desumptis: per altisiodorum atqꝫ diuionem in campaniam migrat: vbi ab incolis deprehensus in desperationem venit: patrem maxime formidans. In eo mentis agone constitutus seruum orat gayldum: vt eum perimat. a quo mox percussus interijt. ¶ Interim dum hec aguntur: nunciatur chilperico campanos suessionem occupasse. quam mox paruo negocio recepit: interfectis ciuitatis primoribus qui cum campanis senserant. Eodem se re tempore ad turonos petragoriosqꝫ atqꝫ aginenses clodoueum filium cum exercitu legat: cui desiderium nobili ortum loco consiliarium attribuit. ¶ Per id tempus mommoleus a gontrando regioni prepositus: accepto francorum aduentu: contractis copijs in eos mouet. Commisso prelio mommoleus non sine suorum cede victoria potitus est. Nam ex suis quos in aciem mommoleus eduxerat milia quinquaginta desiderata sunt. cum ex clodouei exercitu viginti tantum milia cecidissent. ¶ Tam graui chilpericus incommodo affectus bello tamen non abstinuit. nunc hinc nunc illinc arma circūferens. Abstulerat chilpericus Varroco britonū regi vrbes quasdā. Quas ne repeteret veritus aduersus eū (si forte incautū intercipere posset) pictauis atqꝫ andegauēsibus mādat copias cogāt. de varrocū insidijs fallere tētent. Cuius rei gnarus factus Varrocus exercitū parat. intēpesta nocte hostē īuadit. funditqꝫ multis occisis. Sꝫ tertio post die chilpericꝰ cū britone paciscit̄. misso ad eū obside filio restitutisqꝫ q̄s occupauerat locis. q̄bus etiā addidit ⁊ vānas maritimā vrbē cōditōe ānue pēsionis apposita. Tot bellorꝝ turbinibus īpeditū regē fredegōda nichilominꝰ sollicitat: mulier ad discordiā nata. Erat p̄texatus rothomagorū archiflamē. hūc detulit regia cōsiliatorē nuptiarū brunechildis cū merouēo extitisse. eiqꝫ aduersus chilpericū cōsensisse. Brunechildis qꝫ cū p̄ciosiora bōa apd̄ se habuisset. ea mulieri (nesciēte rege) restituisse. Muneribꝰ p̄terea apud ppl'm egisse vt chilpericū occideret. q̄bus irritatus iā in p̄texatū regius aīmus. odio in

Chilpericus a militibꝰ sigiberti rex salutatur.

Meroueus pat̄ni mādati spretor:

meroueus a seruo occiditur

Mōmoleus

magna strages

Bellū aduersus britones

Fredegōda pretexatum. accusat.

dies magis torquebatur. At quia presuli manus inferre nō temere audebat: cōtrahit in petri apostoli tēplo episcoporū consilium. in eo presentē pretexatū insimulat eorū que supra a fredegōda suggesta fuisse rettulimus. Que nullo teste cū a rege tantū dicerētur: sanctior pōtificū sententia (quā sequebatur gregorius turonēsis) propitiari p̄texato videbatur. Pleriqꝫ in diuersam partē adducti chilperico scilicet assentabātur. Inter repugnātes igitur sentētias quādoquidē chilperico nō pateret via pretexatū dānandi: pauci qui partes eius tuebant̄ episcopis negociū chilpericus dat: pretexatū cōueniant. regis benignitatē patefaciāt. qui in humiles etiā crimine cōuictos indulgentissimus sit. Si culpam confessus ad misericordiam cōfugerit: asserant se p̄texato liberalissime oīa remissurum. Suasus ab episcopis pretexatus in cōsilium venit. aduolutusqꝫ ad pedes chilperici: maiestatē se regis quidē offendisse confitetur. sed piētissimum regē esse qui lapsis misereri nō neget. Ad hec pretexati verba sella regia exurgēs rex: mox in genua demissus: quasi humilitate simul et regia mansuetudine cōtionem flexurus esset. Vos inquit reuerēdissimi presules cōfitentē reū audiuistis. Rubore moti pōtifices ꝙ regē humi demissum intuerētur: eum erigunt. Quo vno tm̄ rex assentiri sibi patres interpretatꝰ: ad palatiū redit. inde missis ad cōsilium quibusdā pōtificij iuris canonibꝰ quibus iudicatos maioribus criminibꝰ sacerdotes dignitate exui mādabatur. Bertrandus in primis burdegalēsium ātistes ad pretexatū cōuersus: iādudum inquit episcope frater cōmercium tuuꝫ nō erubuimus. Nūc absqꝫ regis beniuolētia cōmunionē tuam admittere non possumus: atqꝫ ita pretexatus cōsilio extrusus est. Quē apprehēsum rex ergastulo seruari mādat. Inde cū liberatus ferme noctu euaderet: cōtumelia vulneribusqꝫ affectus tandē in insulam cōstātiane diocesis relegat̄. Ad hunc modū chilperico seuiente: cuꝫ nec suis parceret nec alieno abstineret. Gōtranus aurelie rex childebertū nepotē qui mettēsium regno preerat accersit. Eo apud pontē petreū coram posito: orbus inquit amātissime nepos sum liberis: nec sobolis michi spes per hāc etatē vlla relicta est. Te liberorū loco habere cōstitui: ita vt filius adoptione meus sis. Regni bonorumqꝫ heres esto: nec me secus ac patrem colito. Gontrano hec dicenti quia puer erat childebertus cum ample satis respōdere non posset vnus ex proceribus aulicis gratias copiosissime egit. Deinde muneribus vltro citroqꝫ datis atqꝫ acceptis de chilperico habita sunt verba. qui ambitione et armis terras ad gōtranum pertinētes occuparet. Eam ob rē ad chilpericum mittūt qui ablata recuperēt: alioquin bellum denunciēt. Quo nūcio indignatus rex supra ꝙ̄ solitus erat ira incanduit. Ad hāc quoqꝫ regis perturbationem alia a britonibus orta nunciant̄. Hi infesto agmine in agros redonicorum ingressi ad cornutū vsqꝫ vicum oīa populabātur. Quos vt ab incursionibus reuocaret domū bibolenuꝫ bello assuetum hominē chilpericus cum multis copijs in britones mittit. Quorū terre duce regio nauetū vsqꝫ vastate sunt: atqꝫ ita repetentes domū britones q̄ in redones grassabant̄: nō multo post francis britānia exeuntibus: hostis brito iterū cōuertitur. ¶ Interea inquies chilpericus pictauos qui theodeberto parebāt in potestatē accepit: fugato theodeberti prefecto. At quo magis regis huius efferatissimos mores stupeas. Cum dacus quidam falso nean vero crimīe delatus a soustrio duce in carcere chilperici iussu teneret̄: ꝙ scꝫ admisso ad se in carcerem sacerdote: peccatorū penitentiā (inconsulto rege) fecisset: necari protenus iubet. Nec finis erat malorū chilperici. Legē fert: singulos qui vineas vel possiderent vel colerent pendere quotānis in vsum regis vini vrceolū. i. amphorā. Cui tributo legēdo marcus quidā apud aq̄tanos questor positus dū pensionē superbe cōtumelioseqꝫ exigit a lemouicibus occiditur. Interim chilpericus feruēti febre maceratus est. Cōualuit tm̄. mox sanato patre: vnū ex liberis recētius natū morbus occupat: qui lauacro sacro postqꝫ ablutus est: dolore leuatur. Sed nec infantis salus fredegonde diu iucunda extitit. Maior natu qui erat ei filius ea pro fluuij pestilētia intabuit. qua omnis ferme chilperici cognatio velut aliquo desuper immisso contagio consumpta est. Tot igitur malis crebrisqꝫ doloribus admonita sui fredegonda regem adijt. Memorat dei beneficia quibus cum amplissime donati essent: ingratissimi tamē plurimis sceleribus se commaculauerunt. Nunc eorum que flagitiose perpetrassent vindiceꝫ adesse deum: qui liberis inquit nostris vno tempore egrotantibus. cognationis quoqꝫ nostre bona parte fato vltimo sublata: nos vlciscitur. Dum prospera nobis fortuna blandiretur: ferebamur elati ad omnem iniuriam. rapuimus aliena. subditis legum iniquitate grauatis nichil pepercimus. nec a genere nostro temperantes: alios opprobriis: alios carcere: atqꝫ alios exilio: nonnullos parte bonorum mulctauimus: plurimos vindice ira morte sustulimus. iam igitur sua nos deus iracundia vt resipiscamus pulsat: cuius patientiam longitu-

Pretexatus pōtifex ī exiliū mittitur.

Bellū in britones

crudelis chilpericus

Chilperici q̄stor a lemouicibus necat̄.

chilperici domus infortunium

Vexatio dat intellectum.

dine peccandi habuimus irritam. Execremur oro chilperice priorem illam vite conſuetudinem. et tentemus vera penitudine placare/quem tam multis flagitijs offendimus. Chilpericus hac fredegonde comploratione permotus. ſimul ꝙ tris ſibi filios breui temporis interuallo mors eripuiſſet benignior deinceps fuit. atqꝫ quā de vinearū cultoribus legem tulerat abrogauit. dei templa magnis donarijs cumulauit. inopes frequenti liberalitate cōſolatus. Filiū clodoueum altera vxore ſuſceptū quē impellente fredegōda vinctū in caſtello brēne habebat cū occidi imperaſſet cuſtodia eduxit. Adeo maxime potēs eſt reuocare ad bonā mentem inſanientiū aīos virtutum ſtimulus aduerſitas. Per id tēpus longobardi partē italie occupātes mauricio imperatori nō parebāt. Eos qꝛ id nec modeſte ferre nec exturbare hoſtē commode mauricius poſſet. tentat chilpericū pecunia. ſi forte aduerſus illos comparato exercitu italia expellat. Chilpericus mille auri pōdo ab imperatore miſſa accepit: ſtatimqꝫ in lōgobardos mouet. At illi cū in aciem prodire munitis locis defenſi nō auderent: chilpericꝰ grandi pecunia ab illis donatus: pace data in franciā reuertit. Ea re cognita mauricius ꝑ legatos chilpericū monet aut pecuniā reſtituat: aut veluti conuenerat hoſtē longobardū italia deturbet. Chilpericus qui parui (vt fere oēs) imperatorē haberet: nullo illum reſponſo dignatus eſt. Quē nichilominus res quā mox narrabimus: mitiorē fecit. Ingegonda chilperici ſoror hermegildo gotho nupta (qui hiſpanie cū patre hengildo imperabat) virū arriana impietate deceptū tum ſua tum leādri ſanctiſſimi viri opera ad rectā fidei regulā reuocauit. Qua re per gonſaldā ad regē hengildū delata virū ſuū hermegildū pater dñice reſurrectionis feſto die in ergaſtulo ſecuri trucidauit. Progreſſuſqꝫ ad maliciā multis perſecutionibꝰ affecit chriſtianos. Cuius vt ſeuitiā fugeret Ingegonda: hiſpania excedere et ad francos proficiſci tētauit. In itinere a militibꝰ biſantinis quos aduerſus gothos Mauricius imperator in armis habebat cū filio deprehenditur. Illa dū ad mauricium ducit: merore cōfecta mulier interijt. filius cōſtantinopolim ad mauriciū ductus eſt. Chilpericus ⁊ filij ⁊ ſororis acceptis iniurijs: grandi exercitu coacto in hēgildum perſecutionis autorē mouet. Fiūt vtrinqꝫ ⁊ prelia et cedes. Sed gothorū longe plures. Quibus abūde ſatiatus ex ingēti preda onuſtus chilpericus domū ſe cōtulit. Reuerſum mauricꝰ per legatos hortaꝛ longobardos ſicuti data fide cōuenerat italia expellat. Negociū chilpericus eo libētius ſuſcepit: quo ſororē filiūqꝫ facilꝰ ad ſe remitti ſperabat. Nam de ſororis morte nondum cognouerat. Ea expeditio irrita fuit. Orta eī ab alemanis qui chilperico auxiliares venerāt infrācos ſeditione regē arma ꝓmouere nō permiſit. Nec multo poſt chilpericꝰ cuius malitia in hoīes multis fraudibus perſpicua eſſet: in deū quoqꝫ īpietatem meditatꝰ eſt. de diuina ſiquidē trinitate ita credi voluit: vt non tres in illa diſcretas ꝑſonas: ſed vnā cōfiteretur quā patris interdum noīe: interdū filij: nōnunꝙ̄ ſpiritusſancti: ſacre littere deſignarēt. De qua etiā pernicioſiſſima hereſi ad pontificem atqꝫ in ꝑimis gregoriū turonēſeꝫ litteras dedit. Atqꝫ idoneos ſuo errori teſtes adhiberet: hylariū auguſtinūqꝫ prime inter xp̄ianos auctoritatis doctores in hac ꝑte eſſe cōfirmat. At gregorꝰ homo īprimis ſanctitate ſpectatus: regē admonet: caueat dei indignationē tāta impietate ꝓuocare: impiū maxime eſſe quod diceret: nec religioni catholice cōuenire. quietiam eos quos in teſtimoniū citabat tā irreligioſo dogmati repugnare. eoſqꝫ lōge ſecꝰ ſcripſiſſe ⁊ docuiſſe. Egerrime tulit chilpericꝰ gregorij reſpōſum: atqꝫ ira feruēs: a pōtifice igiꝛ inqͭ cōſilium de hac re capiemꝰ. Mox ad regē venīēti ſalino ambiañ. quodā ex aulicis ep̄o hereſim patefacit. ꝓducta etiā charta īpietateꝫ cōtinēte: eāqꝫ ad aures pōtificis ſecreto recitauit Sed tāetſi ſalinus animū in re ꝓ̄ſenti cōtinuit: vultus tñ indicio intellexit rex ſacerdotem ei nō aſtipulari. Et cū reliquos omēs idē facturos: repugnaturos quoqꝫ ſibi dubitaret: in ſentētia nō perſtitit. Tradūt auctores chilpericū: cuꝫ grece latineqꝫ eruditus mediocriter eſſet ad litteras noſtras tres inſuper grecas intuliſſe. que ⁊ in diplomatibꝰ atqꝫ chirographis eius de donatis eccleſie ꝓuentibus exſcriptis plurimo poſt tēpore ꝑmanſerunt. Interea lēdaſcus turonis a rege ꝓ̄poſitus comes: ꝙ populū durius infeſtaret: gregorioqꝫ antiſtiti ciuitatis irreuerēs atqꝫ infeſtus eſſet: magiſtratu remouetur. Nam per id tēpus regēdis ꝓuincijs comites preficiebātur nō ſecus ac magiſtratus quos balliuos ſeneſcalloſqꝫ nūc rex inſtituit. Hiqꝫ pro regis libidine dimouebātur. Qua inſignis ignominia lendaſcus gregoriū ꝓditionis inſimulat: ꝙ ſcilicet turonū vrbem gontrano prodere cogitaret: auſuſqꝫ eſſet reginam ſtupri cū bertrando burdegalle pōtifice cōſuetudine cōtaminare. Cuius laſciuie aſſertorē lēdaſcus effecerat quendam riculphuꝫ gregorio aliquando familiarē qui ſacerdoti obtrectās eum quatenus poterat maledictis perſequebatur. Ea re grauiter permotus rex: concilium

Mauricꝰ imperator.

Lōgobardi in italia.

Chilperici auaritia

Ingegonda gothoruꝫ cōtumelijs afficitur

Bellum ī hiſpania.

Chilperici īpietas ī deū

Lendaſcus comes

Quid comes

Accuſaꝛ grego. turoneñ.

---

epiſcoporum ad britānicum oppidum contrahit. In eo gregorius cū nullius in regē offenſe conſcium ſe diceret: ſimul ꝑ ſancte more maiorū tertio iuraſſet. Nihil eorū que ad regē de eo delata eſſent cōmiſiſſe. Ea aſſertione purgatū eſſe gregoriū concilium iudicat. Tūc corā introduci lendaſcū rex mandat. Sed cognito patrum iudicio ſibi timēs lēdaſcus perfugerat. In contumacē lata excōicationis ſentētia eſt. Qui diu ꝓfugus amicorū ope chilperico recōciliatus: cum reginam pacare ſperaret ad eam in ſacello orantē acceſſit: petitqꝫ humi pronꝰ remitti ſibi que peccaſſet. proſtratum ſacello excedens regina deſpexit. Sec nec ſic deſperās lendaſcus auaritie recordatus muliebris: muneribus reginā manſueſcere poſſe ſibi perſuadet. Ipſe ad nūmularios veniens dum precioſiora queqꝫ venalia perquirit: a regine ſatellitibus cū deprehenſus eſſet: vno illorū grauiter vulnerato elapſus: dum ad ſublitium pontem qui ſequanam iungit: altero pede inter duo male cōmiſſa tigna prolapſo crux fregit. quē vrbe exportatū ꝙ̄ꝙ̄ rex curari mandaret: regine tamen iuſſu gulā eius ſatellites infregerunt. Non facile obliuiſcitur ſui ſcelerū inſueta malitia. Fredegonda que filijs omnibus orbata penitentiam profiteri videbatur. Clodoueum quem diximus cuſtodia a patre emiſſum perſequi rurſus perſeuerat: ea maxime cauſa ꝙ illum chilperico ſucceſſurū heredem formidabat. Et ne hoc ſibi dolere monſtraret: fingit cauſas ꝙ̄obrem patri merito foret odioſus. Erat clodoueo cū ſcorto quodam voluptatis cōtubernium. Eiqꝫ ſcorto mater erat vetus. Vtraqꝫ ad reginā delata eſt: illa ꝙ multorū cauſa malorum eſſet. Hec ꝙ maga: ⁊ per maleficia demoniace artis fredegonde liberos ſuſtuliſſet. Deprehēſam igitur pellicem fredegōda palo transfigi añ clodouei edes mandat. Matrē longo cruciatu per tormenta examinatā crimen confiteri coegit et cōfeſſam cremari. Nec ceſſat cedis appetens mulier: donec clodoueum exterminet. Orat igitur regē penam de filio ſumere: cuius aſſenſu tris filios amiſiſſet. quiqꝫ regnuꝫ patre ſuperſtite affectaret. Chilpericus nichil mulieri negare aſſuetus: venatum proficiſcens clodoueum vna venire iubet. Dum ad ſiluā ventum eſt: ligatū filium ad fredegondā mittit pater. Illa coram poſitū rogat qui ſint proceres qui partes eius aduerſus chilpericū tueantur Clodoueus vt femine timorē ſuſpitionēqꝫ incuteret pleroſqꝫ ex fredegonde ſeruitio nomīat Mox cuſtodiendū militibus clodoueū tradit. imperās vt in coſtas eius traiecto gladio necent: relicto in vulnere mucrone quaſi mortem ſibi īpe cōſciuiſſet. Eius necem perfacile chilpericus tulit. Sepulchri tamē honore dignatus eſt: et ad matris tumulum humari. Hinc ad exhibēdos populo vetuſtiſſimo romanorū more ludos ſe cōuertit. inſtituto ſueſſione circo intra quem equites in girū curſitarent. Cauſa interea belli chilperico incidit. theodoro maſſilienſi antiſtite de ſede eiecto fortuniſqꝫ eius oībus autore dynāno direptis qui terre ꝓuincie ſub rege gontrano imperitabat. Hunc theodorum ad childebertū fugientem gontranus deprehendit. Ea re cognita childebertus cui ex dono gontrani dimidium vrbis maſſilie attinebat. gontranū legatis miſſis petit debitā ſibi partem reſtituat. Negat ſe gontranus regis iuſſa facturū. Quinimo omnibus aditis preſidium imponi iubet. ne aduenīēti childeberto pateant vie. Erat regi gōdeſillus ſummo genere natus perfamiliaris. Hunc ducem copijs prefectuꝫ maſſiliā childebertus mittit qui ciuitatē recipiat reſtituto theodoro. Accedenti gōdeſillo maſſiliam ingredi dynānus prohibuit. Qui non multo poſt verbis ſuaſus gondeſilli ad beati ſtephani templū: quod extra vrbē non procul a muro eſt venit. quem vnicū ad ſe admiſſum gōdeſillus de theodoro expulſo. deqꝫ rebꝰ male ab eo pactis arguit. Et nichilominꝰ mādat vocari ad ſe primores ciuitatis apud quos erat illi a childeberto mandatū negociū. Dynānus hac re territꝰ ſupplex orat id ne faciat. paratū ſe eſſe patefacere illis vrbē. Et deinceps iurare in verba childeberti theodoroqꝫ pariturū. Dimiſſus dynānus ꝓmiſſa īplet. Maſſilia igiꝛ recepta ⁊ theodoro reſtituto ad childebertū reductis copijs gōdeſillus reuertiꝛ. At dynānus abeūte gōdeſillo ad gōtranū mittit qui maſſiliā recuperet. Cui tñ cepto theodorꝰ obſtitit. Ex hac cauſa quecūqꝫ ſuꝑioribꝰ annis iter childebertū gōtranūqꝫ pacta conuētaqꝫ erāt irrita habita. Erat childebertꝰ chilperici ex fratre nepos. ꝗ gōtrano cū īfenſus eēt gillonem remorū ātiſtitē ꝗbuſdā ſibi ꝓceribꝰ attributis ad chilpericū mittit occaſione hic ſūpta vt ſuꝑioris āni fedus iter reges cōſtitutū fide ſcriptiſqꝫ firmareꝛ. ſed ꝓ̇maria legatōis mittēde cauſa fuit vt de gōtrano ꝗrereꝛ/cū quo nec fidē nec amicitiā cōſeruare potuiſſet. ꝙ̄obrem inqͭ gillo childebertꝰ tuꝰ o chilperice nepos te petit liceat iūctis copijs veſtris in gōtranum arma ſumere. vt ꝗ tibi atqꝫ illi ꝑfidus p̄ceps abſtulit recipiamꝰ. Letus aūt orōe chilpericꝰ cōuenta oīa grata habuit. Bellū inſuꝑ quod iādudum agitabat ab vtroqꝫ rege geri placere reſpōdit. Nec mora exercitus parātur. qui partitis agminibus incedētes bituriges inuadūt

Lēdaſcꝰ necatur.

Fredegōde ꝑtinax ī malitia animꝰ.

Clodoueus fredegonde iuſſu occidiꝛ

Cauſa belli ī chilpericū

Bellū in biturigibꝰ aduerſus gontranum.

partem copiarum deſiderius vir ſtrennuus ducebat. Huic ad mediolanū caſtellū cui nomen nunc eſt magdunū bituriges cum quindecim milibus armatorū occurrunt. Dum vtrinqꝫ pugnatur: reliqui duces beruſſus andegauorū prefectus: ⁊ bladaſcus obſidione vrbē cingunt. Gōtrano ſubſidium ſuis ferre feſtināti nunciatū eſt partē hoſtium e caſtris predatū abiſſe: eoſqꝫ nō ꝓcul abeſſe. Quo cognito gōtranus militem in armis paratū eſſe iubet. Inuentos mox predones nō magno labore fudit. Poſtqꝫ omnes regū copie quaſi ad pugnā inſtructe mutuo ſe cōſpectu intueri poſſent ſpectatiſſimi hoīes vt quiſqꝫ ſuo regi aſſiſtebat: metientes animo quid incōmodi ſi prelio decertaretur cōtingeret: vltro citroqꝫ cōmigrāt: ſi forte irritatos regū animos reducere ad beniuolentiā poſſent. Nec inanis fuit labor. Ita conſtituta eſt res vt ablata reſtituerent. Diſcedētibus copijs chilpericus ſuis imperat continere a preda et rapinis manus. Cuius rei preuaricatorē qui rothomagorū comes erat incandeſcens chilpericus gladio trāſfixit. Hoc exemplo reliqui abſterriti continētiores ibant.

Uidex chilpericus.

Dū hec geruntur theodorū quem fredegonda pepererat infantē mors rapuit. Eius interitū mater quorundā ſuaſu in momoleum cuius ſupra feci mentionē atqꝫ in quaſdā mulieres magas trāſfert. Mulieribus deprehēſis cognoſcit eas quidē cōplures intereniſſe. quorū cruor ad momolei ſalutem ꝓfuiſſet. Deinde theodorū quoqꝫ in ſimilem vſum fuiſſe necatū cōfitent. Sumptū eſt de illis ſuppliciū. Alie viue cremate: alie rotis circūacte. Momoleum cū chilpericus morte affecturus eſſet: a fredegōda rogatus dimiſit. Sed cū eſſet varijs tormētis toto corpore maceratus paulo poſt interijt.

Clotariꝰ ſecūdꝰ naſcit.

Hūc fredegōde maternum dolorē Clotarius qui ex ea non multo poſt natus eſt infans obliterauit. Cuius exortū tāta letitia chilpericus excepit: vt recludi ergaſtula et cuſtodias laxari emiſſis inde vinctis mandauerit. Sed (vt ſunt res humane) letitiam meror intercepit formidāte chilperico gōtrani aduerſum ſe atqꝫ childeberti cōfederationem. Eam ob rē theſaurum ſuum omnē et precioſiſſima queqꝫ exportari cameracum iubet. Quā vrbem ſcilicet munitiſſimā incolere et in ea ſe tueri ſtatuerat. Tātus illi metus a fratre nepoteqꝫ fuit: vt in agris tētoria nō ſecus ac in bello haberet in eiſqꝫ pernoctaret: militibus ad excubias vigilantibꝰ. Adeo meticuloſa eſt malorū teſtis cōſcientia. Ad oīa pauet dū nemini cōfidit. Interea tamē ad vicū callam qui a materna flumine non ꝓcul abeſt poſitus venationibus ſe oblectabat. Ad quas cū die quodā ſe paraſſet: in cubiculū fredegonde ingreſſus cū eam quietis cauſa decubantē vidit: tenui admodū quem gerebat baculo fredegondā a tergo ludēs percuſſit. Quo ictu in partē alterā vt ludētem cognoſceret ſe regina nō conuertit. Sed ſuſpicata landericū eſſe qui palatio preerat. lāderice inquit vt quid me ferire audes. Cuius landerici vxorē chilpericus ſtuprabat: quare fredegonde reſponſo ꝑculſus ſuſpectā de adulterio fredegondā habuit: atqꝫ ita leuandi meroris cauſa venatū pergit.

Fredegōde ī regē ſcelꝰ.

Fredegōda rege a ſe abeunte ſenſit verbo offenſum eſſe chilpericū quare verita id quod vero ſimile erat ne regis animo ſuſpitio ſtupri altius inſideret: mulier multis homicidijs īſignis auſa eſt ꝓmemorabile facinus tētare. Landericū clam ad ſe vocat: que ſibi contigerāt meminit. Monet non cubiculū ſed ſepulchrū cogitet. Haud dubium ſibi eſſe: regē pro confeſſo habere: landericum cū ea conſuetudinē feciſſe illiciti amoris. Turbatus aio landericus preſentē adeſſe ſibi mortem arbitrat. ſeqꝫ veluti iam captū rapi ad ſuppliciū putat. Quem ſupra qꝫ virilē animū decet cū videret fredegonda intabeſcere: vna inquit lāderice res eſt que nos a ꝑiculo eximat. Solet a venationibꝰ chilpericus nocte plurima domū reuerti. Age igit impigre et facinoroſos quoſuis hoīes et ſanguinarios pecunia muneribuſqꝫ ſollicita qui ꝑ noctis caliginē chilpericum ex equo deſcendentē citis vulneribus necent. Hoc pacto ⁊ mortē ſuperauerimus ⁊ regno potiemur. Regine cōſilium ſecutꝰ lādericus ſicarios in inſidijs locat. Hi vt conuenerant regē inter tenebras adoriūtur atqꝫ interimunt: atqꝫ noctis beneficio defenſi perpetrato homicidio exclamāt chilpericum interfectū eſſe: et quaſi homicidij expertes ipſi eſſent childebertū auctorem paricidij vociferant. Aulici aſcenſis equis huc atqꝫ illuc deprehēſuri fugiētes homicidas fruſtra diſcurrūt. Madulphus ſiluanectēſis preſul eo tempore aliquid negocij in curia habebat. Is rege ceſo ſepeliēdi officium exhibuit. atqꝫ naui impoſitū ſecundo flumine ad diui germani de pratis quam rex extruxerat edē extulit. vbi etiā nunc eiꝰ ſepulchrū viſitur. Tā miſero vite exitu chilpericus regnū reliquit homo īpudens arrogāſqꝫ qui cū amicum neminē obſeruaret nemo illi amicus fuit. Exſcripſerat neſcio quot libros incōdito verſu. alioſqꝫ non paucos. quos impiam ſcilicet rem continentes viri ſapientia probati deletos prorſus exterminauerūt. Sed iuuat me chilpericū a tergo relinquere. pauperū quidem abiectorem. ſacrarūqꝫ edium oſorem. irriſorē inſuper eccleſiaſtici ordinis qui pluris ſemper exiſtimauerit recenter ad fidem conuerſos: qꝫ eos quos diuturna religio cōmendabat: illis eccleſias attribuēs: his ꝑraro miniſtrans: vni tm̄ germano pariſioꝝ antiſtiti obſeruantiſſimꝰ fuit. Cuius ſepulchrū hoc a ſe edito epigrāmate dignatus eſt.

¶ Eccleſie ſpeculum: patrie vigor: ara reorum
Et pater et medicus paſtor amorqꝫ gregis
Germanus virtute/fide/corde/ore beatus:
Carne tenet tumulum: mentis honore polum.
Uir cui dura nihil nocuerunt fata ſepulchri:
Uiuit enim. nam mors quam tulit ipſa timet.
Creuit adhuc potius iuſtus poſt funera. Nā qui
Fictile vas fuerat gemma ſuperba micat
Huius opem ac meritum mutis data verba loquuntur
Redditus et cecis predicat ore dies.
Hunc vir apoſtolicus rapiens de carne tropheum
Iure triumphali conſidet arce throni.

¶ Chilperici igitur ingenium et mores execrari debebit quiſquis ad gerendam rēpublicam optimus accedet.

Nunc fredegonde reliquias ꝓſequamur. Interēpto chilperico fredegōda ſuis fortunis timens: ſe cū oībus opibus ad beate marie pariſienſis edem tāqꝫ ad aſyllū transfert. Quā liberaliter accepit loci antiſtes. Theſaurū q̄ penes chilpericū dum apud callam ageret quidam aulici auferentes ad childebertum ꝓtulerūt. At fredegonda rebus ſuis filioqꝫ tutius conſultū iri cupiens: gōtranū aurelie regem per nūcios orat: ſibi clotarioqꝫ tutor aſſit. Nec tardat gōtranus: venienti vrbe egreſſa fredegonda obuia ꝓgredit.

[illegible]

Gontranus Clotarij tutor.

¶ Suſcepta nepotis tutela per regni inſigniores vrbes circūferri clotariū infantem iubet. Qui clotarium circūferebāt ꝓceres vrbes gontrani noīe in fidem recipiūt. At gontranus popularis incōſtātie nō ignarus cum in ede diue marie eſſet: ingenſqꝫ populi turba aſtaret: facto ſilentio viri inquit pariſienſes qui huc cōueniſtis vos oro: ſeruate ſtabilius in me fidem qꝫ in fratrē habuiſtis: vt et meū nepotē ī pace educare et vos iuſticia moderari poſſim. ne (quod nolit deus) aut ille ſine tutore: aut vos ſine adminiſtratore periclitemini. Gōtrani oratione letus populus: principis humanitatē fidemqꝫ collaudat: deū precatus: vt illū ſaluū fauſtumqꝫ ſeruet. ¶ Fuere ꝑ id tp̄s motus quidā belli repetente gontrano loca q̄ childebertus occupabat. Sed ganeſcus pictauorum comes q̄ childeberti partes tuebat lemouicenſes ipſoſqꝫ pictauos in fide cōtinuit: turonos preterea tentauit. Sed repugnante vrbis antiſtite ciuitas in fide gontrani ꝑſtitit.

Gillo remenſis ad Gontranū legatus.

At non multo poſt childebertus quē poſt chilperici necē pariſiū aduenietē ciues nō admiſerāt: gillonem remenſem quibuſdā adiūctis ei illuſtribꝰ viris: ad gōtranū ire iubet. Admiſſis legatis/ gillo aſſentatione vſus ꝓincipio grās deo egit: qui gōtrano tā clementi et potētiſſimo regi pacē ſincerā tribuiſſet. Nec vltra tulit gontranus verba pōtificis: ſed dicere volētē intercipiens: non inquit peſſime preſul blanditijs iſtis libens (te maxime orāte) auditū exhibeo. Omniū enim qui ſūt cū ſis ꝑfidiſſimus: tu pretextu linee huius veſtis religionē pre te ferēs: fraude ꝓditōeqꝫ oēs fallis. Te em̄ ꝯſultore vrbes que ad me ꝑtinēt cōplures incēdio aſſūpte ſūt. Sic loquēti regi gillo nihil reſpōdit. Sed alter legatoꝝ q̄ a childeberto mādata erāt paucis ad īſequētem modū elocutus. Glorioſus īquit rex noſter childebertus nobis precepit repetere abs te paterni regni partē: quā tu illi gontrane ademiſti. Reſpōdit gōtranus iāpridē ad hec reſpōdiſſe: ſe nihil a childeberto preter cōuentoꝝ formā vſurpaſſe. Eapropter que legitime poſſideret ſe retenturū. Niſi tm̄ ea que vel gratia forte vel liberalitate donare decreuiſſet. Ergo cū intelligeret legatus fruſtra aduerſus regē ꝯtēdere: quādoqdē inquit legatio nr̄a nō procedit Reliquū eſt quod ad extremū ꝓ tua iuſticia impetremus. Eſt apud te fredegonda chilperici relicta que Sigibertum principis noſtri parētē ⁊ ſupra paucos dies chilpericū interemit: mulier digna affici multis ſupplicijs. Propterea petit childebertus hanc ad ſe dimitti. Cui ob ſcelerum immanitatē penas vt par eſt irroget. Legato gontranus reſpōdit: iniquū ſibi videri ad penas rapi mulierē regio nuptu inſignem: etꝰ quā nō putaret culpā cōtraxiſſe eorū q̄ illi obijcerent. Atqꝫ ita irrita legatione abeūtibꝰ legatis/ primarius ille locutor: gontrane inquit magne rex / poſtqꝫ pacem abnuis: ſcito iam ſecurim qua tuus frater interemptus eſt capiti quoqꝫ tuo imminere. Ad hec verba cōmotus rex extrudi palatio legatos iubet: eoſqꝫ luto cenoqꝫ ꝑ viam euntes contaminari.Hinc graues inter reges inimicitie conflate ſũt.Gõtranus poſt hec fredegondã in neuſtriã emittit:vbi nõ ꝓcul Rothomago incoleret. Ad quã ex francoꝝ nobilitate nõnulli ꝓfecti tanqꝫ fortune eius miſererentur operam illi ſuam pollicentur.¶At cognito ꝙ pꝛetexatus quem in cuſtodia Chilpericus habuerat a Gontrano liber factus eſſet:indoluit vehemẽter fredegonda:ꝙ ex faſtigio regie dignitatis delapſa / tam parui haberetur.Addebat ad doloꝛem bꝛunechildis pꝛeſens felicitas. quã ſe potentioꝛem ⁊ magis honoꝛatam iri conſpiceret.Quo liuoꝛe cruciata mulier:audacem quẽdam et cedibus aſſuetum hominem holdericum ſeoꝛſum vocat:magnis pollicitationibus ſatellitem onerat: ſi bꝛunechildem reginam necet.Conuentõne cedis facta/holdericus cum multis iam diebꝰ conſuetudinem familiaritatis apud reginam bꝛunechildem aſſentatiunculis blanditijſqꝫ cõparaſſet:blandioꝛ tamen indies viſus in ſuſpitionem venit.Depꝛehenſuſqꝫ ⁊ toꝛmentis affectus:crimen confitetur. Fuſtigatus deinde et ludibꝛio habitus ad Fredegondam dimiſſus eſt.Quem paulo poſt ſanguinaria mulier pedibus manibuſqꝫ trũcatum dimiſit : vel ꝙ deſidie eũ argueret:quia videlicet necande bꝛunechildis occaſionem vecoꝛs pꝛeteriſſet:vel ꝙ ſignificare volebat ſe nihil de homicidio ſatelliti mandaſſe.¶Cura dehinc Gontrano fuit chilperici necis autoꝛes perſequi:inter quos delatus eſt cherulphus: qui pꝛimarius Chilperico cubicularius fuerat:ad martini ſepulchꝛum effugit:vbi tandem Gontrani iuſſu a quodã claudio multis vulneribus interfectus eſt:publicatis eius bonis quoꝛum ditiſſimus erat. ¶Eadem tempeſtate Gondoaldus qui ſe Clotarij filium diu pꝛedicauerat: quãobꝛem conciliato ſibi procerum fauoꝛe:cum bonam in aquitania populi atqꝫ vrbium partem in ditionem ſuaꝫ recepiſſet:petragoꝛios /tholoſates/burdegalloſqꝫ non difficile conciliauit. Auctus imperij amplitudine Gondoaldus:litteras ad francos proceres dat:quas lignee tabelle mandatas et cera deſuper oblitas:duobus cadurcis ſacerdotibus proferendas cõmittit. Quibus in itinere a Gontrani aulicis depꝛehenſis ex litteris et ſacerdotum confeſſione cognitum eſt quid Gondoaldus animo concepiſſet.Nec moꝛam interponit gondoaldus ad gontranũ legatos mittere:quibus oliue ramos in manu geſtare iubet:quo ſigno quaſi pacis nũcij tuti ad regeꝫ peruenirent.Cum ad regem ventum eſſet:rogati nomen et gentem. A gondoaldo inquiũt venimus ad te qui cũ Clotarij patris tui filius ſit debitam ſibi paterne poſſeſſionis poꝛtionem petit.Quod ſi neges/armis hereditatem repetere decertabit.ex aquitania numeroſum exercitum iã habere.acceſſurũ inſuꝑ ſuis viribus a childeberto magnũ delectũ militũ. Gontranus legatos oppꝛobꝛio habitos: in equoꝝ doꝛſa diſtẽdi atqꝫ fuſtigari:pꝛeter ius legatiõis iꝫperat.Legati etenĩ nomen violare apud etiam barbaros nephas eſt.

Fredegõda iterũ necem cogitat

Cherulphꝰ occiditur.

Gõdoalduſ filium regis ſe appellat

PEr ſuperioꝛes dies conſtitutum inter Gontranum atqꝫ childebertum erat de cõuentu habendo. ad quem Gontrani edito Childebertus magno ſuoꝝ procerum comitatu venit.Ibi ante omnia Gondoaldi nũcijs introductis Gontranus dicere imperat que ſuperioꝛibus paucis diebus apud eum habuiſſent Poſtqꝫ cuncta oꝛdine enarraſſent.addũt gondoaldum rebus omnibus ſpoliaſſe rigondam chilperici filiam dũ eam ad hyſpaniã nuptiarum cauſa pater deſtinaret.Eius rei gnaros eſſe Childeberti ꝓceres.Dum hec nũcij ꝑoꝛaſſent: ſuſpicio moꝛ incidit regibus:eam cauſam eẽ quare aliquot ex nobilitate Childeberti cõcilio abeſſẽt. Nec propterea deſtitit gontranus rem animo conceptã patefacere.Accepta lancea extremũ eius ad childebertũ intendẽs:hoc inquit indiciũ tibi eſto care nepos:regni te mei heredẽ foꝛe.Et nũc quidẽ totius gentis atqꝫ vꝛbiũ tibi poteſtatẽ imperiũqꝫ cõmitto.Tu enĩ ⁊ alter meus nepos clotarius tñ ſupeſtis quibus hec optimo iure cõueniant.Hec cũ in conſpectu multitudinis dixiſſet:appꝛehenſũ dextera childebertũ ſeoꝛſum nõ longe a cõtione deduxit. Pꝛimo illũ monet:tacituſqꝫ que dicturus ſit ſeruet.deinde docet quos ad gerenda regni negocia ad mittat:quibuſve ꝯſultoꝛibꝰ vtatur:quos item reijciat:quibus etiã ſui cuſtodiã atqꝫ ſalutem credat.Caueat a bꝛunechilde matre:a gillone pꝛeterea remẽſi:qui eſſet ꝑfidus maxime.His ita inter ſe ꝓlocutis:ad rẽ cõmunẽ tractandã conſidũt.Quibus oĩbus q̃ ad reipublice cõmodum attinere videbanť et quoꝝ gratia contio habebať abſolutis:cõſiliũ dimittunt . Ad conuiuiũ deinde itur.Inter comeſſandũ gontranus circũſtantes ita proceres affatur.Viri franci et appꝛime nobiles quos mihi ſemꝑ ⁊ ꝑmoꝛes ⁊ caros habui.Hic eſt meus ille nepos quẽ heredem inſtitui.Colite illũ oꝛo:⁊ fide integra parete veſtro regi. De magnitudine etenĩ eiꝰ futura ſpem capio maximã:cũ iam imperio auctus ſit et virtute cõmendatus. Hec dicens ſimul reſtituit Childeberto ciuitates quas chilpericus abſtuliſſet.

Defectio a gontrano

Conuene ciuitas.

REbus ex regum vſu conſtitutis:Childebertus ad ſuos ꝓfectus eſt. Dum hec agerenť pꝛincipũ vnanimitate cognita:hi qui gondoaldo fauebant deſideriꝰ mõmolus blandaſcus atqꝫ ſagittarius ab eo defecerũt. ¶ Eſt trans gerondã flumen loco edito vꝛbs que cõuene appellať:ad quã gondoaldus ſe recepit. pꝛimo quidem ciuibus beniuolus:moꝛ ſimulato hoſtiuꝫ aduẽtu bonũ foꝛe ait ſi in arcem foꝛtunas ſuas ciues cõtrahant.Deinde cum ꝓpe adeſſe hoſtem diceret:oĩs in armis eſſe mandat:⁊ in hoſtẽ poꝛtis patefactis erũpere. Procedẽte ergo agmine cũ in planiciẽ veniſſent:exturbato vꝛbe antiſtite poꝛtas obſtruit.Ipſe cũ pꝛeſidio ſuoꝝ ciuitate potitus foꝛtunam quecũqꝫ futura eſſet illic expectare conſtituit.At Gontranus loci munitione cognita/cum inde gondoaldus erui facile nõ poſſet:litteras bꝛunechildis nomie ad eũ ꝑferri iubet.quibus hoꝛtabať eũ opes oĩs ſuas burdegallã cõferat: ibiqꝫ hiberna habeat.Paruit fraudulẽtis monitis gondoaldus/reſqꝫ oĩs et ingentem auri ſũmã burdegallam pꝛemittit.Cognito Gondoaldi diſceſſu milites gontrani qui iter eius exploꝛabant:gerõdam flumen enatant:depꝛehendũtqꝫ iumenta que ſarcinas gondoaldi veherent.Quibꝰ ſpoliatis ad locũ vbi gondoaldus ſe receperat contendunt.Lendegeſillus copijs pꝛefectus carros ad vꝛbis obſidionem ad hunc modũ excogitauerat.Intecti enĩ vndiqꝫ cratibꝰ atqꝫ tabulatis carri munimento erant his qui intra carros deliteſcebãt.quoꝝ negociũ erat cuniculis patefacere viam in vꝛbẽ.Comparata inde frequenti ex vicinis ſiluis materia: faſciũ ingẽtem numerũ in vallẽ cõijciũt.Oppidani cõtra non vecoꝛdes pꝛeacutis ſudibus ⁊ lapidũ molibꝰ igni quoqꝫ ac pice deſuꝑ iactis cũ materiam tum milites incendebant . Hac oppugnatione incaſſum ſuſcepta:lendegeſillus alia via obſeſſos itercipere ſtatuit.Mõmolũ igitur ad colloquiũ clam vocat:quẽ pꝛimo icrepitũ ꝙ a gontrano defeciſſet:ſecutuſqꝫ eſſet gondoaldum ſi operam nauet:vt ſuo aliquo facto ciuitas dedatur:ſe ſperare gontranũ qui benigniſſimus eſſet facile illi dimiſſurũ quicquid i eũ cõmiſiſſet.Mõmolus de ea re ſe conſideraturũ reſpõdit.Igitur mõmolus ſagittariũ ladaſcũqꝫ ⁊ valdonem ſibi arcta amicitia deuinctos conuenit.docet quid illis periculi ſi ciuitas expugnetur impendeat.Utile foꝛe ſaluti ſue conſulant Mommolo cũ oĩs acquieuiſſent:cõuenit in aliquot inſigne ciuitatis templũ ignẽ ſũmittere:ad quod incendiũ reſtinguendum omnibus concurrentibus facile factu lendegeſillũ i vꝛbem admittere.Ad hoc negociũ acceſito carulfo ditiſſimo homine apud quem et ipſi diuerſabanť:conſilij cõpotem facit. Poſtqꝫ de incendendo templo tradendaqꝫ hoſti ciuitate compoſitum inter eos eſt:ad Lendegeſillũ mommolus occultiſſime venit:monſtrat qua via ciuitas in poteſtatẽ gontrani dedi poſſit:ſi modo id quod de recõciliando ſibi rege lẽdegeſillus pollicebať re ipa efficeret.Lendegeſillus ſpe recuperande vꝛbis letus:iuſiurandũ mommolo dat nihil de cõuentis detracturũ.Quod ſi animũ regis ſe ad id deducturũ nõ poſſe intelligeret:daturũ illis tamen firmũ aliquod tẽplũ in quo tuto dum rex placari poſſet conſiſterẽt Re ita condita Mõmolus cõſilio incendendi templi omiſſo gondoaldum adit:memoꝛat q̃ integra in eum fide ſemper viſus ſit:q̃qꝫ item deinceps eſſe velit.Verũ eã eſſe rerũ conditionem vt multũ confidi non debeat.Propterea tentaſſe ſe lendegeſilli animũ:quẽ in ſe ⁊ ad cõcoꝛdiã pꝛocliuem inueniat:lẽdegeſillũ hoc vnũ nõ pꝛobare ꝙ tu de gontrano male exiſtimãs conſpectũ eius aufugis:nec de cognationis attinentia(cuius foꝛte dubius eſt)vllam rõnẽ cũ fratre ponis.Hoc tñ ſi facias:regemqꝫ cõuenias oĩa lendegeſillus ait ex vſu tuo fauſte ꝓceſſura.Sentio igitur his tot curis atqꝫ ꝑturbationibus te explices:⁊ nos vna tecũ ad Gontranum ꝓficiſcamur.Ad hunc modũ ſuadente mõmolo:ſenſit dolum gondoaldus/nec tamẽ cauit.Non enĩ facile eſſe videbat eoꝝ militie occurrere quoꝝ et fidei et tutele ſe tanto tempoꝛe credidiſſet.Hoꝛtatur tantũ:ſe nõ derelinquãt eũtem quo eum ducerẽt. Stabãt ꝓ poꝛtis hoſtes boſo ⁊ bolo biturigũ comites qui gondoaldũ a mõmolo exciperẽt. Foꝛibus patefactis gondoaldum in lendegeſilli poteſtatem mõmolus tradit:regreſſuſqꝫ inde in vꝛbem mommolus poꝛtas claudit.Erat inter ciuitatem et hoſtium caſtra cumulus terrenꝰ mediocriter editus.Ad huius ſũmũ cũ gondoaldus ſucceſſiſſet:bolo eũ pꝛecipitem deiecit.qui in caput pedeſqꝫ rote inſtar circũactus illiſo in caput eius a boſone ſaxo trucidatus eſt.Mõmolus autẽ quẽ in vꝛbẽ reuertiſſe diximus gondoaldi opibus direptis:in reliquã multitudinem graſſatus eſt.Poſtqꝫ nemini hominum neqꝫ ſacerdotibꝰ peperciſſet:incenſis edificijs in lendegeſilli caſtra ſe contulit.Lendegeſillus iã de regis in ꝓditoꝛes ſententia certioꝛ factus:mõmolum ad ſe venientẽ excedere tentoꝛio tantiſper iubet:donec tumultuantes in eum milites ſedet.Egredienti pꝛeſens moꝛs licet ante oculos(irruentibus in ſe militibus)verſareť foꝛtiter

Perfidia mõmoli i dominũ ſuum.

Inſueta hominis proceritas.

Signum ante Gontrani regis mortẽ.

quidem reſtitit: nõnullis ex hoſtibus vulneratis. Sed ſigno a lendegeſillo clam ſuis dato: circõuentus vndiqꝫ mõmolus: ꝓditionis penas pẽdit. Sagittario epiſcopo fuga ſalutẽ querẽti caput vnico gladij ictu a milite quodã amputatur. His rebus cognitis gontranus mommoli opes ad ſe deferri imperat. Erãt nũmi aurei mille pondo (beſantiũ franci vocãt) argẽti ducenta quinquaginta. id omne equabiliter gõtranus childebertuſqꝫ ſibi diſpartiti ſũt. Inter mõmoli ſpolia ad gontranũ deductus homo eſt terno pede ceteris hominibꝰ maior. Inciderũt ꝑ id tempus nũc in italia inde in hyſpania occaſiones nõnulle belli: quod qꝛ parum momẽti vel ꝓpter nimios imbres: vel ꝙ rebus mox cõpoſitis reditum eſt domũ volens pretereo: vnũ fuit aduerſus gothos duce boſſo: cui attributis a gontrano magnis copijs: ducis incuria male pugnatum eſt: fuſis ceſiſqꝫ ad magnũ numerũ frãcis. Cõmiſſũ preterea aduerſus britones nõ icruẽtũ preliũ. vbi pepolinus dux catharri dolo occiſus. Inter hec quaſi gõtrano celũ aduerſitatis nonnihil cõminaret̃: anno priore mortis eius luna ſupra q̃ in eclipſi ſolet obſcurior viſa. Ipſe vero poſt annũ trigeſimũ adepti regni moritur. et cabilonem burgundie ciuitatẽ elatus in monaſterio diui marci quod extructũ magnis ꝓuentibꝰ cumulauerat ſepultus eſt. Cuius ſi ſpectent̃ mores: dignus ꝓfecto q̇ prĩcipantibꝰ annumeret̃ bonis. In pauperes benigniſſimus: erga ſacerdotes ⁊ dei miniſtros obſeruantiſſimus.

Bellum aduerſus fredegondam.

Fredegõde aſtu victoria franci potiti ſunt.

Adepto gontrani regno childebertus animo reputans fredegonde in patrem et patruelem crudelitatem pena afficere mulierẽ meditat̃. Quãobrem godoaldũ ad ſe vocat: huicqꝫ exercitus curã imponit: mandãs incurſionibꝰ perdere ſueſſionenſiũ regnũ quod fredegonda tanq̃ ad filiũ clotariũ ꝑtinens moderabatur. Cognito hoſtiũ aduentu fredegonda regni ꝓceres in armis ad ſe ꝓficiſci q̃ velociſſime iubet. Quibus in conſiliũ admiſſis: fredegonda filiũ adhuc lactẽtem amplexa: viri inquit regni huius frãcie primores non parui vobis eſtimari debet rex ⁊ dñs veſter: q̃q̃ etate paruulus eſt: vt in cõſpectu pene veſtro regnũ vaſtari perdiqꝫ patiamini. Et reminiſci quidẽ vos decet fidei veſtre quã Rothomagi cum eſſem preſtitiſtis: nõ deſerturos vllo tp̄e filium hunc meũ regem veſtrũ: ſed eũ obſeruaturos vt paterni regni heredem. Per eã ipſam fidem vos oro ꝓceres: tueamini poſſeſſiones veſtras: quas hoſtis tã crudeliter infeſtat. Facile etenim factu eſt: q̃q̃ pauciores ſumus aduerſarios vincere. Neqꝫ animo fracta neqꝫ cõſilij inops rebus deero: ſi modo adiutores fueritis: neqꝫ bene rem gerentibus laus et premiũ negabit̃. Cedẽtes vero ignominia notabunt̃ eterna. Aſſentientibꝰ qui aderant: landericum fredegonda preficit. Cui ⁊ belli gerẽdi omnẽ poteſtatẽ ꝑmittit: iubetqꝫ id faciant quod a landerico fuerit eis imperatum. Ipſa vero animo erecta mulier: ab vberibꝰ pendentem clotariũ geſtans agmen anteibat. Ad ſiluam que haud ꝓcul a via erat (Cũ iam ſol occidiſſet) landericus exercitũ ſecedere iubet ipe ceſum ex arbore frondoſuꝫ ramũ: in eoqꝫ ſuſpenſam nolam (vt fieri animãtibus q̇ nemora paſcunt̃ ſolet) equi iube alligat. Ceteris vt idem faciant iuſſis. His ita ad landerici votum compoſitis noctu e ſilua mouens: ad caſtra hoſtiũ ſub lucem peruenit. Quos ex heſterno labore dormitantes adorit̃: atqꝫ compluribꝰ interfectis ceteri in fugam cõuertunt̃. Direptis mox hoſtiũ caſtris in campaniam que Remis adiacet ingreſſi: vicos incolaſqꝫ igni perdunt. Hanc inſignẽ victoriam ſuo aſtu fredegonda apud truecũ adepta eſt. ¶ Succeſſit alia i britones ducendi cauſa que a prioribꝰ non tradita ſcriptoribus neqꝫ a me ſcribi poteſt. In eo prelio grandem ſtragẽ factam eſſe traditum eſt.

Childebertus i longobardos

¶ Mox inſurgenti belli gerendi occaſione: childebertus in longobardos expeditionem parat: qui inſubres mediolanũqꝫ vexabant. Deligunt̃ ad id bellũ duo ⁊ viginti doctores qui negociũ gerant. Quoꝝ omniũ principes conſtituũtur andoaldus: oloqꝫ ⁊ codiueus. Superatis alpibus cũ in agrum hoſtiũ ventũ eſt: olo ad caſtellũ ꝓximũ accedens ſagitta traiectus interijt. Mediolanũ inde ꝓgreſſi vrbem obſidẽt. Ad quos mauritius biſantinus imꝑator miſſis legatis pollicetur ſuppetias francis ante ſeptimũ diem ſe deſtinaturũ: eius aduẽtu ſignũ fore ſi oppidũ in colle poſitũ ardere intuerent̃. in irritum cecidit imꝑatoris ꝓmiſſio: q̃obrẽ ſoluta obſidione franci caſtellis quibuſdam in poteſtatem receptis: prediſqꝫ actis: cum eſtiuo eſtu ⁊ alui ꝓfluuio toto exercitu laboraretur ad ſuos reuerterunt.

Childebertus vna cum vxore iterijt

Gregoriꝰ romanus pontifex.

Huni.

Fredegõda moritur

Lacus dunẽſis.

His paucis poſt aſſecutum burgũdionũ regnum geſtis: childebertus qui iunior appellatus eſt: vna cũ vxore non ſine veneni ſuſpitione moritur. Fuere childeberto iuniori liberi duo. Theodebertus maior natu mettenſe imperiũ cui auſtraſie appellatio fuit adeptus eſt. Quod campanie ſuperioris partem cõtinẽs: ad alemãnos vſqꝫ ꝓtendebat̃: ſic quidẽ vocitata ꝙ auſtracus rex/vel vt alijs placet auſter eã incoluiſſet. Theodorico burgundia obuenit. Hi ſunt reges duo ad quos ⁊ ad brunechildẽ eoꝝ aulam gregorium romanũ pontificem dũ auguſtinũ ad anglos fidei chriſtiane doctrina imbuẽdos mittit ſcripſiſſe legimus: legatũ apoſtolicũ cõmendantẽ. Eodẽ tp̄e auares id eſt huni ſedibus ſuis egreſſi: editis aduerſus francos aliquot prelijs: ingentibus tandẽ muneribus donati quietam franciã reliquerũt. At fredegonda regum hoſtis collecto grandi exercitu: clotariũ filiũ in bellũ cõtra illos excitat. Qua re cognita nõ ſegniores facti theodebertus et theodericus q̃q̃ tutela brunechildis agerent̃: magnis copijs occurrũt. pugna atrox lõgaqꝫ cõmittit̃. Fuſis deniqꝫ fugatiſqꝫ hoſtibus: clotarius victor a matre magnis plauſibus exceptus eſt. Que tñ non multo poſt cũ iã cõſenuiſſet: obijt mortẽ ⁊ chilperici regis viri ſui ſepulchro illata eſt. ¶ Per id tp̄s lacus dunenſis tãto feruore ebulliuit: vt cocti in eo piſces ad ripas in eſum venirẽt accolarum. At vero reges iniuriaꝝ quas a clotario acceperãt nõ obliti: ad arma brunechildis hortatu cõſurgũt. in quos clotarius mouẽs: poſitis apud fluuiũ aruennã caſtris: infelici prelio dimicauit. Nã ꝓfligato exercitu: tãta occumbẽtiũ ſtrage fluentũ oppletũ eſt: vt fluere velut obiecta mole deſierit. Eſt eñ in annalibus frãcis tria in eo cõflictu millia hominũ occubuiſſe. Clotarius aũt citus ꝑ meldunũ ad pariſios ſe recepit. Quẽ inſecuti reges pacis cõditiones quas ipi voluiſſent clotariũ recipere coegerũt. Formula pacis hec fuit: vt que inter ſequanã ligerimqꝫ atqꝫ yſaram loca ad occeanũ vſqꝫ continentur ea theodebertus poſſideret. Duodecim vero regiones que ſequane yſareqꝫ fluentis alluũtur clotarius haberet.

Iuna fluuius ꝓpe ſtampas.

Merouẽus capitur

Prothadiꝰ italus brunechildis familiaris.

¶ Rebus ad hanc formulã cõfectis: cũ Theodeberti iuſſu bertoaldus magne apud regem autoritatis bonam militũ manũ tuende neuſtrie cauſa accepiſſet. (Parebat eñ his diebus theodeberto neuſtria) Clotarius merouẽũ filiũ landericũqꝫ palatio prefectũ in bertoaldum cũ exercitu mittit. Ea re bertoaldo nũciata cũ imparẽ ſe militũ numero intelligeret aurelianũ ſe contulit. Quẽ landericus inſecutus: hominis fugã cũ hoſtiliter exprobrat: bertoaldus ex ciuitatis muro nõ inquit landerice qꝛ militũ multitudine me ſuperas virtute quoqꝫ ſuperiorẽ te eẽ putes. Sed ſi cõpertũ habere vis que cuiqꝫ nr̃m animi fortitudo ſit: ad ſingulare certamen te ꝓuoco. Quod cũ nõ admitteret landericus. Si ergo (inquit bertoaldus) tuus forte Clotarius manus cũ theodeberto conſeret: vis ne in ip̄o conflictu quid vter vtri preſtet experiamur. Excepta eſt a lãderico cõditio. Nec multo poſt duo reges ad iunam amnẽ q̇ ſtãpas alluit caſtra ponũt. At dũ clotharianus miles ãnem traijcit: theodebertus ne totis copijs clotarius pugnare poſſet: ſigno dato preliũ init: in quo multi vtriqꝫ ceciderũt. ſꝫ ex clotarij exercitu multo plurimi. Inter preliandũ bertoaldus qui landericũ ad ſingulare certamẽ ꝓuocauerat cũ landericũ ſepius fruſtra inclamaſſet non ignarus quid in eũ doli machinaret̃ brunechildis: i cõfertiſſimos hoſtes irrũpens vitã maluit fortiter pugnãdo amittere q̃ a magiſtratu (id qđ brunechildis maxime petebat) vt eius loco porthadiũ quẽdã ꝓmoueret turpiter dimoueri. In eo prelio merouẽus in hoſtiũ poteſtatẽ venit. Idem clotarius cũ landerico ſeſe fuga eripuit. Nec deſiſtit theodebertus ꝑſequi hoſtes donec pariſiũ vſqꝫ infeſto agmine eſtu ⁊ cede madens ꝑueniſſet. Nulla tñ alia re egregie geſta: domũ reuerſus eſt. Erat inter aulicos theoderici ꝓthadius quidã italus q̇ cũ brunechilde ſtupri cõſuetudinem (vt credebat̃) habebat. Quã ob cauſã brunechildis illũ apud theodoricum ⁊ dignitate ⁊ auctoritate plurimũ poſſe omni ſtudio adnitebat̃. Et poterat quidẽ. Nã italus cũ eſſet ingenio aſtuqꝫ ꝑditus: regi gratus habebat̃: ſed ꝓceribus oĩbus ꝓpter ſingularẽ pecunie auariciã exoſus. Hoc ergo ꝓthadio freta brunechildis ⁊ q̇ nõdũ bono aĩo in theodebertũ mettẽſiũ regẽ: q̇ eã ab ſe relegauerat eſſet: theoderico ſuadet illũ theſauros patris ad ſe ſuſtuliſſe: quoꝝ partim heres ipe eſſe debeat ſimulqꝫ theodebertũ ait ex alieno cõcubitu fuiſſe ſuſceptũ: atqꝫ ex hortolano ꝓgnatũ. Quãobrẽ mitteret ad theodebertũ legatos qui ſuã ⁊ patris pecuniã ſuplectilemqꝫ repetãt.

Bellũ a theodorico in theodebertũ mettenſium regem.

¶ Talibus frequenter aĩatus conſilijs theodericus: cũ fruſtra theodebertũ admonuiſſet: cõtracto plurimo exercitu: aduerſus theodebertũ ꝓfectus ad cariſiũ caſtrametatus eſt. A quo quia nõ ꝓcul abeſſet: theodebertus aciẽ iſtruit: poſtera die dimicaturus. At primores exercitus aĩo volutãtes q̃ turpe erat fratres inter ſe digladiari: nec minus ignari rerũ bellicarum quibus ⁊ imperia atteri ⁊ nõnũqꝫ peſſundari ſolent: regẽ adeũt. orãt ne fraternã pietatem temere violet: neve cõmittat quo ſua dignitas: fortuneqꝫ ſue deteriores ſint. At ꝓthadius in cõtrariã ſententiã regẽ inclinaturus: Minime inq̇t decet ex leui cauſa de pace repẽte agere. Sꝫ tẽtare oportere hoſtis animũ: ſi forte petitis acquieſcat. Quo v̄bo irritati ꝓceres: in cedem ꝓthadij ↄſpirãt: ꝓtenuſqꝫ tumultus exorit̃. Quẽ adhuc nõ in apertũ ꝓdeũtẽ cũ theodericus ad tentorij veſtibulũ ſtãs cõiectura aliqua ꝑcepiſſet: regem a ꝓthadio omnẽ iniuriã ꝓhibẽtẽ quidam ex conſpiratoribus (ne vltra ꝓgrederet̃)diſtinuerũt. Qui in ſententia nihilominus ꝑſeuerans:vocato ad ſe vſelino imperat indicere militibus ne prothadio noceãt. Vſelinus vero conſcius ꝙ̃to cũctis eſſet odio ꝓthadius:vbi ad cõiuratos venit rex inquit mãdat prothadiũ occidi.

Prothadiꝰ prohibente theoderico a militibꝰ occiditur.

Concurrũt igit̃ alacres milites:⁊ hoĩem alea cũ petro quodã medico ludẽtẽ interimũt. Qua re ꝑpetrata:oĩs ad regis tentoriũ cõuolant.orant ne iniquo aĩo ferat peſſimi hoĩs necem:quẽ ſcirent oĩs amicitie ⁊ pacis inimicũ. Ad hec theodericus recenti homicidio turbatus:cũ aduerſus ꝙ̃plurimos furendi via non eſſet:aĩos ponit:⁊ paci ſe accommodat. Qua priuſꝗ̃ armis decertaret̃ ex procerũ cõſilio conceſſa:diſceſſum eſt. Inde theodericus qui nullis ad id tp̃s legitimis nuptijs vſus eſſet:ſed duos ex concubina filios excepiſſet animũ ad matrimonij fedus cõuertit. Erat hyſpano regi deterico filia nubilis.

Nubit theoderico filia regis hyſpanie quã poſtea dimiſit.

Hanc ſibi a patre cõiugem dari ꝑ legatos poſtulat:fide preſtita illã ꝑpetuo ⁊ vxorẽ ⁊ reginã fore. Detericus mẽberge pater(id eñ erat filie nomẽ)genero letus:filiã theoderico deſponſat. Acceptã theodericus vnice diligit. Sed huius tam arcte caritatis inuida brunechildis:ita regis peruertit animũ.vt deſpreto vxoris thoro:eam cũ ijs que paterno dono exportauerat muneribus ad patrem remittit. Qua a theoderico ignominia affectus detericus:Clotariũ ꝑ nũcios ſollicitat recordari quid in eũ priore bello theodericus ꝯmiſerit:ſi ad vltionẽ exurgat: ſe qui inſignem a theoderico iniuriã accepiſſet illi auxilio fore. Excepit ꝑiocunde legatos clotariꝰ eoſꝗ̃ ad theodebertũ mittit tentaturos ſi forte ad belli ſocietatẽ iũgeret ſeſe. Qui idẽ quoꝗ̃ ſe facturũ legatis reſpondit. Inde ad lombardos profecti legati agonem regem adeũt. Memorant reges tris in theodericũ coniuraſſe:ſi ad eos quartus accedere velit adeſſe tempus: cũ ipi oĩs ob ſuperiores eis illatas moleſtias theodericũ vlciſci facile poſſint. Agon ſeſe regibus coniuncturũ ſpondet. His reſponſis exhylarati legati ad detericũ reuertũtur: Coniuratione regũ ad theodericũ ꝑlata rem grauiſſime tulit. At theodebertus ſperans ad bellum conuenturos coniuratos reges primus copias eduxit.

Bellum iter fratres.

Venientibus in mutuũ conſpectum regibus:nihil armis tentatũ eſt. Sed vltro citroꝗ̃ eũtibus legatis:dies apud ſaleſiam caſtellũ de cõcordia cõponenda dictus eſt. Quo theodericus cũ decem hominũ milibus ſe contulit. Theodebertus longe maiore ꝓcerũ numero ꝓfectus eſt:aĩo oĩa diſperdendi ſi frater a cõuentis reſiliret. Territus numero fraterne gentis theodericus:nihil repugnat pacem recipere quãcũꝗ̃ theodebertus voluiſſet.

Pax ꝯponitur.

Conuentum inter reges extitit:vt comitatus duos turonie atꝗ̃ cãpanie quaſi ad ſe hereditario iure pertinentes perpetuo theodebertus reciperet. Rebus ad huiuſmodi formam confirmatis:vale ſibi dixerunt reges.

¶ Verum non ita pacato animo theodericus muſſitabundus ſepe cogitabat qua ratione fratrẽ bello vexaret: a quo ⁊ bello fuiſſet impetitus et bona parte regni mulctatus. Conſilio cum prudentioribus aulicis accepto:ſibi conducere ratus ſi Clotariũ amicum faceret ne theodeberto iungeret̃: ad eũ legatos ire iubet:quibus mandat regi dicere quibus ſe calamitatibus theodebertus preſſiſſet:adempta ſibi grandi terre poſſeſſione. Ideo cõſtituiſſe repetere ab eo que iniquiſſime rapuiſſet:ſi clotarius fidem det ſe non ſuppetiaturũ fratri. Audiuit per ſũmam beniuolentiam legatos clotarius. Et que regis ſui noĩe petebant conceſſit. Erat eñ colũbanus eo tempore ſanctitatis noĩe preclarus.hic clotariũ admonuerat:ne fratrũ bello ſe inſereret:fore poſt aliquot dies:vt illoꝝ heres eſſet. Cognito clotarij reſpõſo:theodoricus ad lingonas copias cogit:inde verdunũ q̃ ciuitas ꝑ id tp̃s primũ edificabat̃ preteriẽs tullũ petit:quo ⁊ ipe theodebertus ex auſtraſia educto milite caſtra poſuerat in eo loco acerrime pugnatũ eſt:cadẽtibꝰ ex vtroꝗ̃ exercitu ꝑmultis. Sed inclinante in theodericũ fortuna theodebertus ꝑ mettẽſes fugiẽs tandẽ coloniã ſe recepit. Ibiꝗ̃ reparatis viribꝰ:nõ multo poſt theodericũ infeſto agmine nõ tñ meliore fortuna/aggredit̃. Nã tãetſi nõ ignauiter pugnaret: tñ poſtꝗ̃ videt; ſuos ſuperari:deſerto prelio:fuge ſe mãdat:inſequẽtibꝰ eũ auſtraſijs:quoꝝ magna pars fugiẽs occiſa fuit. Traditũ eſt tã cõfertos milites in ſeſe eo prelio cõcurriſſe: vt qui in equis ſedẽtes vulneribus ꝯfecti erãt delabi ab equis turba digladiantiũ ipediẽte nõ poſſet.

Theodebertus fugit.

Theodericus cognita fratris fuga:cũ illũ hoſtiliter inſeq̃ret̃:oĩa qua iter agebat ꝑdẽs:regionis incole illũ cõuenientes orant ne ob vnius hoĩs culpã innocẽtẽ ppl̃m exterminet:eos q̃dẽ cũ oĩ ꝓuicia quã armis ꝯparaſſet ſuos eẽ:nec iperata vnꝗ̃ negaturos. Quibꝰ rex reſpõdit ſe q̃dẽ illis veniam daturũ ſi fratris caput ad illũ ꝑferãt. Igit̃ qui venerant reſpõſo accepto coloniã ſine mora ꝓficiſcũtur:theodebertũꝗ̃ his vbis alloquũt̃. Frater tuus theodericus bello abſtinebit ſi partẽ theſauroꝝ quos ex patris ſucceſſione poſſides illi diſtributã eẽ voles. Propterea tibi nobiſꝗ̃ cõſule:⁊ tuũ fratrẽ patere cõſortẽ eẽ paterne ſupellectilis. Credidit loquentibus theodebertus ſtatimꝗ̃ in reconditorium vbi theſaurus aſſeruabatur vna ſecum turbã admittit. Interim vero dũ ſecũ reputat quid fratri impꝑtiat:vnus ex populo diſtricto in theodebertum gladio caput illius ãputauit: nec cunctat̃ ꝑ ciuitatis muros ad theodericuʒ caput proijcere.

Theodeberti amputatũ ab vno de turba caput ad theodericuʒ fratrẽ defertur.

Morte fratris cognita:theodericus coloniã ĩgredit̃. Regnũꝗ̃ auſtraſie qđ theodeberti fuerat ſuſcepit. Mox rebus ex ſua ſentẽtia cõpoſitis:duos theodeberti filios cũ ſorore formoſiſſima puella metti repetẽs duxit. Cui occurrẽs brunechildis cõſpectis nepotibus furẽs mulier innocẽtes ꝓtenus interemit.

¶ Theodericus aũt parta victoria ducatũ ſicuti cõuenerat clotario reſtituit.deinde cũ ſpecie illectus neptis quã colonia abduxerat eã ſibi deſpõſare et vxorẽ accipere oĩno contẽderet:brunechildis impediuit:dicẽs nefariũ eẽ ducere vxorẽ q̃ ꝓximo ſibi generis gradu attĩeret.

Brunechildis crudelitas.

Cui theodoricus reſpondẽs. O inq̃t ꝑfida ⁊ odioſa multis femina:nũquid michi ꝑſuaſeras:theodebertũ adulterino cõcubitu prognatũ meũ fratrẽ nõ eſſe:quare me ⁊ fratrẽ ⁊ ꝓximũ meũ ꝑſequi atꝗ̃ ꝑimere cõpuliſti? Hec loquẽs theodericꝰ brunechildẽ occidere tentauit. ſʒ ope aulicoruʒ ꝓtecta cenaculo ſe ꝓripuit. Nec differt crudelis mulier vltionẽ. potionẽ letiferã cõficit:quã theodorico ꝑ miniſtros quos ad id idoneos iſtructoſꝗ̃ reddiderat bibendã dũ balneo egrederet̃ offert. Veneno epoto rex balnei calore eſtuans:repẽte interijt. Sũt tñ q̃ ſcribãt ꝓfluuio alui interijſſe:poſtꝗ̃ ãnos decẽ ⁊ octo regnauerat:anno dñice ſalutis ſexcenteſimo decimo octauo.

Aliud brunechildis parricidium.

¶ Eiuſdem compendij liber tertius.

Regibus vt premiſſuʒ eſt interẽptis vnus ex clodouei cognatione tantum clotarius ſuperat:ad quẽ regnũ ꝑtineret. Sʒ brunechildis pluriorum cede audax: ſigibertũ theoderici nothũ auſtraſie regno preficere cõtendebat. Cuius ceptis repugnãt auſtraſij ꝓceres:qꝛ crudelis femine mores execrarent̃. Igitur ad clotariũ duos ex numero eoruʒ longe nobiliſſimos arnoldũ pipinũꝗ̃ mittũt oratũ venire ad eos feſtinet ad caſtellũ cui capthomarũ nomẽ erat. Audita legatione clotarius ea q̃ ꝓceres velle intelligit impigre cõplet. Caſtello qđ ꝓxime diximus agenti clotario:brunechildis cũ nõ longe abeſſet(nã vuarmacie q̃ vangionum caput eſt ad vlteriorem rheni ripam agebat)mandat finibus regni auſtraſie abeat: quod ſigiberto filio theodebertus pater reliquiſſet. Ad hec clotarius brunechildi nũciare iubet. Moris eſſe feminã leges viris nõ ponere:neꝗ̃ de diſtribuẽdis regnis:inuitis ꝓceribꝰ agere. Quos ſi in cõtionẽ vocatos velit:nõ repugnare ſe:q̃n ipſis diffiniẽtibus:vel ſigiberto vl' ſibi auſtraſia cedat. Accepto clotarij rñſo:brunechildis germanos ad belli ſocietatẽ accerſit. Nec ſegnius ex oĩ auſtraſia ꝙ̃ marias copias põt cogit. Erat inter legatos a brunechilde in germaniã miſſos garnerius:quẽ ſecus ac iuſſus eſſet rẽ geſturũ ſuſpicata:ad albonẽ garnerij in legatiõe collegã litteras de occidẽdo garnerio dat. Litteras cũ legiſſet albõ laceras a ſe abijcit. Quarũ fragmẽta vnus ex garnerij amicis cogẽs: excerptã inde diligẽter ſententiã garnerio patefecit. Re diſſimulata:garnerius clã ſuadet germanis:brunechildis ꝑtes ne ſequãtur.deiñ ad brunechildẽ reuerſus in burgũdiã:vna cũ brunechilde iter facit. Vbi ſeorſuʒ q̃ſꝗ̃ ꝓceres cõueniẽs: eos in ſententiã ſuã eo facilius vertit ꝙ brunechildis tyrãnidẽ horroret̃ haberent. His igit̃ ſic ſe hñtibus garnerius clotario nũciat:ſi ſe ad eũ tuto cõferre poſſit:velle ad ipʒ ꝓficiſci. Nõ difficile fore vt mettenſiũ burgũdionũꝗ̃ regno adiutore ſeſe potiatur. Garnerij cognita volũtate clotarius cũ certior factus eſſet:q̃s ad rẽ cõficiendã modus garnerio ſatis ꝑſpectus haberet̃: cõtracto rapti exercitu:in cãpaniã cathalaunẽſeʒ mouet quo ſigibertũ iã caſtra poſuiſſe cõſtabat. Defecerãt ꝑ id tẽpus a ſigiberto ad clotariũ nõnulli ex auſtraſia apprime nobiles arturus. Rucco. Sigoldus. ⁊ Euulanꝰ Inſtructis ad pugnã copijs priuſꝗ̃ manus cõſerant: cõmilitonibus ſignũ dat garnerius de quo inter illos conuenerat. Ipſe ſenſim acie excedẽs:ceteros ſui cõſilij cõſcios comites educit. Quos lẽto agmĩe ad flumen vſꝗ̃ ſagonã(quẽ veteres ararim nominabãt)ꝑſequẽte clotario:cũ ſigibertus infeſtis copijs ad eũ locũ veniſſet:ipſe cũ duobus fratribus corbo ⁊ meroueo in poteſtatem clotarij venit. Sigibertus aũt eq̃ ꝑnicitate ſaluus:nullo poſtea tp̃e cõparuit.

Sigibertus vincitur.

Victori mox clotario brunechildis captiua offert̃ vna cũ eudelina theodorici ſorore quas in caſtris hoſtiuʒ garnerius deprehenderat. Nec tardat rex preſente ſigiberto corbum necare: ſeruato meroueo quem ex lauacro chriſtiani baptiſmatis filiolum habebat cuius ⁊ ipſe diligentem curam deinceps habuit.

Brunechildis vltimum ſupplicium.

¶ Exultans tanta rerum felicitate clotarius: accitis ad contionem diuerſe gentis qui cum eo militauerãt ꝓceribus de brunechilde caſtigãda conſiliũ capit. Receſitiſꝗ̃ mulieris flagitijs: ⁊ ꝙ eſſet decē regū: aliorūq; multorū cedibus rea: rogat quo ſupplicio digne plecti poſſet. Acclamātibus cūctis crudelē feminā viliſſima aliqua morte affici debere: priuſq; i cōſpectū cōtionis rex eā introducere mādaret: quarto fuſtigatā: tandē deduci ad ſe iubꝫ. in quā poſtq; diu aſpereq; inuectus eſſet: inſidentē equo mulierē ꝑ totū exercitū circūferri imperat. Inde a capillis ⁊ lacertis: ferocientis eq̄ caude alligatā: reliquo corpe humi ꝓſtrato lictor diſtrahit. De cuius nece vaticiniū ſybillinū eſſe nōnulli aſſeuerāt. id qꝛ minime cōpertū habeo aſſeuerare nō auſim. vatū ſiquidē enigmatibus atq; obſcuritatibus interpretationē adhibere diuinantiū ē. ¶ Ne tn̄ ſua laude brunechildē fraudemus: cōplura ſacerdotū collegia ⁊ monachorū apud burgūdos auſtraſioſq; extruxit inter q̄ apud lugdunū ꝓ muris adhuc viſit̄ diui vincētij cenobiū. Apud heduos quoq; alterū. vbi aſſentiēte clotario ſepulta eſt. ⁊ alia diuerſis locis tēpla diuo martino cui deuotiſſima erat dicauit. Ita vt ſi impenſaꝫ cū brunechildis fortunis cōferas: mireris ſane tot vno ſeculo tēpla: aſſignatis cuiq; ꝓuētibus: mulierē exedificaſſe potuiſſe. Eius etate Etherius lugduni: apud heduos ſiagrius: viēne deſiderius: antiſſiodori annari⁹: auſterius aurelie: lup⁹ ⁊ colūban⁹ apud ſenonas mira ſctītate claruerunt.

Brunechildis laus

Clotarius ꝓuicias diſtribuit.

Reductis ad vnius regis imperiū quattuor regnis: clotarius palatio prefectū garneriū (cuius opera vſus maxīe fuiſſet) cōſtituit. burgundiā harponi cōmēdat. Auſtraſijs rado prepoſitus ē. Et ne liberalitatis quicq; clotarius pretermitteret: garneriū imprimis ſui palatij prefectū: ꝯplurimos deinde burgūdie ditiōis ꝓceres: antiſtiteſq; ⁊ q̄ aliq̄d pēſi haberēt ciues ad ſe vocat. Vocatos ampliſſimis queq; muneribus ad cōciliandū eorū ſibi beniuolētiā impartit. Nā ꝑter ſummā humanitatē atq; modeſtiā q̄bus illū natura inſtituerat: religionē quoq; venerabat̄ ⁊ qđ rarū eſt pietatē colēti: bello optimus atq; ſtrennuus erat. Longobardis qui annuum frācis a gontrāno ad ipm vſq; clotariū pēſum duodecī auri pōdo quotānis ſoluebāt tributū abrogauit. ¶ Dū hec agerent̄ natus ē clotario ex bergedruda vxore dagobertus: quē litteris erudiendū arnulpho mettenſiū pſuli cōmiſit. Bergedruda vero nō multis poſt ānis morit̄ in cuius loco ſichildē clotarius accepit q̄ halbertū enixa ē. ¶ Dagobertus aūt poſtq; ſibi ꝑ etatē licuit feras indagare ⁊ venari vt gallis mos eſt ꝑgit. Excitato ceruo cū longo iam curſu laſſus q̄etis locū q̄rit: vicū quē catulianū vocāt ꝓfugit. In eo vico ſacellū erat vbi condita humoꝛ lapide inſtrata corpora beatorū dyonisij ruſtici ⁊ eleutherij a ſuſcepto ꝓ fide xp̄i martyrio ꝑ annos triginta ſupra quingētos religioſe colebant̄. Eo (cū patēs ſacellum eſſet) ſe ceruus ꝓripit: ſoloq; decūbens q̄eti ſe mādat. inſequētibus crebris latratibus ceruū canib⁹ cū ad ſacellū veniſſent: ceruo cōſpecto frequētiore latratu ꝑſtrepētes: nulla eis ſꝫ nec ipſis venatoribus in ſacellū irrūpendi facultas fuit: ſuā edē tuētibus viris ſctītate ſpectatiſſimis. Ea re ꝑ vicina loca ꝑlata locū veneratiorē fecit ⁊ dagoberto admirationē ſimul ⁊ pietatē cumulauit. ¶ Mortua ꝑ id tēpus bergedruda clotarius ſichildē accepit vnde ꝓceſſit vt ꝓxime ſcripſi halbertus. At dagobertus cū preceptorē q̄ eū ſecularibus ornatū redderet inſtitutis a patre accepiſſet quē aq̄tanie ducatu pater donauerat: intellexit nō rudis adoleſcēs quantum ſadrageſillus (id enī nomē erat pedagogo) ꝓpter acceptā a patre dignitatē ſupbiret: ita vt euꝫ neq; ſatis reuereret̄ neq; obſeruaret: vocatū ad cōuiuiū ſadrageſillū: cū e regione dagoberti velut par illi aſſediſſet: poculūq; tanq; ex equalis manu deſumpſiſſet: iubet eum virgis cedi. Qua accepta iīuria: ad clotariū ſadrageſillus fere lachrimās ꝓcurrit. Eā rē pater furēte aīo excepit. Dagobertūq; ꝓtenus ad ſe venire iubet. Exaſperatū patrē qꝛ adoleſcēs ꝑtimeſceret nō aliū fuge locū q̄ ſacellū quo a canibus tutus fuerat ceruus ſecū reputās eo ſe cōfert: non minus preſidij ſibi a ſanctis cōferri arbitratus: q̄ belue cōtuliſſent. Cognito filij ꝓfugio: clotarius dagobertū inde extrudi: ⁊ ad ſe deduci ferociter imperat. Id, vt facerēt abeūtibus ſeruis: cū ꝓpe ad ſacellū minus miliari cōſtitiſſent: tā fixi ſtupēteſq; heſerunt: vt vltra ꝓcedere minīe poſſent: q̄q; ꝓgredi maxīe conarent̄. Igit̄ reuerſi q̄d illis obtigiſſet pr̄i renūciāt. Credidit clotarius fabulamētū eē qđ narrarēt ſerui: veriti ne dagobertū offenderēt. Scđis q̄ preceptū exequerent̄ miſſis par accidit. Nec ſic ab ira tēꝑari potuit ferox pr̄: niſi ⁊ ipe miraculū experiret̄. In ſacello dū ſopori ſe mādaſſet dagobert⁹: vidit ꝑ quietē tris reuerēdiſſimos viros ſeſe affari. Adoleſcēs iquiūt hi martyres ſum⁹ q̄s multo ſupra tpe ꝓ fidei veritate mactatos hoc loco catula ſepeliuit. Qui locus q̄nquidē nō ſatis cultus decoratuſq; eſt: minore nos dignatione populus colit. Quare ſi ad te receperis digniore apparatu tumulos nobis extruere cum tibi ſecuritatem tuꝫ placatū pr̄eꝫ reſtituem⁹. Et ne ſomnio te illud exiſtimes: ſi terrā vbi deliteſcimus effodies: optimis caracteribus ſuo queq; noīe ꝯperies eſſe ſignatū. Huiuſmodi viſione cōfidentior factus adoleſcēs: ſe q̄ diui martyres petijſſent impleturū religioſe ꝓmittit. Ad filiū pater cū indignabūdus cōtenderet: eodē quo ſerui ſtupore ⁊ miraculo ꝑculſus: filio parcit. Eūq; nō multo poſt regni conſortio donatū auſtraſie prefecit: ꝑter ea q̄ citra arduennā ſiluā ad remos ſpectāt.

Lōgobardi tributo liberati

Dagobertus naſcitur. et Halbertus.

Miraculū d̄ ceruo.

Dagobertus pedagogum ſuū virgis cedere iubet.

reuelatio ſanctorū dioniſij ſociorūq; eius dagoberto facta.

¶ Auſtraſiorū ſuſcepto gubernaculo dagobertus cōſobrine chicildis apud chippiacū pariſiorū vicū nubit. vixq; a nuptijs dies tertius agebat̄: cū patrem cōueniēs dagobertus petit ea ſibi oīa dimitti: q̄ auſtraſiorꝫ regni eſſent: nec inde ſibi pater quicq; vſurparet. De qua re vbi inter patrē filiūq; diu diſceptat̄ placuit tandē ad arbitros de ꝯtrouerſia referre. Hi fuere ſelecti prudētes duodecī in q̄bus fuit arnulphus mettēſiū preſul: magna vir ſanctitatis opinione clarus. Ex eorꝫ ſentētia clotarius filio dat quecūq; ad auſtraſie potētatū veteri iure ꝑtinebant: hoc adiecto ne arduennā pretergrederet̄: vbi limitē Dagoberto dudū poſuiſſet. Repetēti auſtraſiā dagoberto ſaxones q̄ vltra rhenū incolūt (qꝛ potentiā vicini ſibi regis ſuſpectā haberēt) bellū duce berthauldo inferūt. In quos ⁊ ipſe dagobertus traiecto rheno nō ip̄igre copias ducit. Dum vtraq; acies magnis aīs atq; viribus pugnat: dagobertus caſſide ictu gladij diuulſa graue vulnus capite excepit: ita vt a vertice pars oſſis vna cū multo crine cōſciſſa deciderit. Quo vulnere humo delapſus in hoſtiū ꝑtātem facile veniſſet: niſi mox opē tuliſſet ex regis ſeruis vnus attila. Quē ꝓtenus ad patrem clotarius mittit. Is tū nō ꝓcul arduēna agebat. Cognito filij periculo feſtiat pater magnis itineribus ſuppetias filio ferre. vbi ad flumē cui vuiſera nomē eſt cōuenerūt: reciproca militū ſalutatōe clamor ſublat⁹ ad hoſtiū caſtra defert̄. Quod miratus berthauldus rogat q̄d id leticie q̄d in caſtris francorū audiret. Reſpōdenti cuidā clotariū cū ingēti exercitu aduenſſe: mētiris inquit. Nā ⁊ clotariū iampridē mortē obijſſe accepiſti. Cū nō ꝓcul a ſe caſtra diſtarēt: loquētis berthauldi vocē clotarius exaudiuit: q̄ vt ſui aduentus fidē hoſti faceret galea nudauit caput canicie iā candidū. Quo ſigno agnitū regē berthauldus barbara voce inclamans. O peruetus inquit ⁊ canū iumentū huc ne ades? Eo verbo idignatus rex: non expectato exercitu flumen tranat: nec berthauldū mox fugientē ꝑſequi deſtitit: donec obtrūcatū hoſti caput ad ſuos ipſe defert. Nec finē belli gerēdi facit. In ſaxones vſq; penetrat. Vbi memorabilē edidit ſtragē: nemini maſculini generis parcēs q̄ gladij ſui lōgitudinē excederet: inde vaſtatis agris ⁊ vicis incēſis: victor clotarius in frāciā demigrauit.

Arduēna ſilua.

Cōtentio de regno inter patrē ⁊ filiuꝫ

Attila fidelis ſeruus

Victoria de ſaxonibus

¶ Reuerſo cura fuit godini nobilis burgundi temeritatē vlciſci: q̄ deſpretis maiorū inſtitutis: patris relictā vxorē coniugem ſibi deſumpſiſſet. Sꝫ interueniēte dagoberto dimiſſa nouerca godinus clotario ꝯciliatus eſt. Sꝫ cōtempta a godino mulier: regē adit. ⁊ cōcepte in regē necis hoīeꝫ inſimulat. Ille iuſſu regis apud ſanctū medardū: deinde apud ſanctū vincentiū de pratis tactis ſacroſanctis altaribus accuſationē iureiurādo cū diluiſſet: deniq; vt idē apud diuū martinū turonēſem faceret: dum carnuti diuerſatus cenat: miſſis ſatellitibus iꝑio clotarij (vt pleriq; putāt) necat̄. Regibus ei q̄nquidē licētia vt volūt viuēdi ꝑmiſſa eſt: vite quoq; ⁊ necis ꝑtāte ad ſe traducta: nūc hos nūc illos ꝓ ſuo arbitrio occidere: fas eſſe videtur. ¶ Bellis iā plurimis feliciter geſtis: clotarius poſteritati ſue cōſulens: conſiliū procerū ex burgūdia trecas cōtrahit. Rogat eos quem ſibi maxime principē poſt ſe optēt. Reſpōdent aliū preter ſe neminē cupere. eū eſſe q̄ et pace fouere: ⁊ bello eos tueri poſſit. Procerū reſpōſo letus rex eos monet fidē in eū ſeruēt: ſeq; et regni iura tueant̄ atq; eos ita domū dimittit. Mox prelatorū quoq; cōuentū apud cypiacū habuit. Vbi dū de his q̄ ad regni cōmoditates eſſent: cōſulitur: haymarus inter nobiles primarius: q̄ ariberto datus fuerat a rege inſtitutor: iuſſu agniani ſaxonis occiſus nunciat̄. Quā obrem ſeditio fere inter aulicos ſtudio diuerſarū partiū orta eſt. Sꝫ regis modeſtia ab armis tēperatū. Atq; interea clotarius āno regni ſui. xliiii. ſalutis vero chriſtiane ſexcēteſimo. xxxi. moritur: rex nō mediocriter litteratus: patiēs admodū: erga deū timoratus: ad inopes liberalis: clero populoq; acceptus. Cui apud ſanctū germanū de pratis ſepulto: qꝛ alter clotarius preceſſerat: ſecūdi appellatio fuit. Huius clotarij etate fiacrius venit ſcot⁹ in bꝛtā: q̄ dū ſolitariū ſibi locū q̄rit: a ſctō farone meldēſiū pōtifice ſuſceptus: ⁊ loco vbi nūc ob ſanctitatis merita religioſe colit̄ donatus ē. In cuius ſacellū femina nō ingredit̄. q̄ enī aliq̄n ingredi temere tentauit in rabiē verſa eſt. De hoc ſancto heremita quidā hoc diſticon cōpoſuit. Femina q̄ leſit blaſphemo murmure ſanctum. Fecit ꝙ ſancti non intrat femina templum.

Accuſat̄ godinus a relicta vxore

Haymar⁹ occiditur.

Sanctus fiacrius ſcotus

paruū tēplū

n3

Dagobertus in auſtraſia agēs: de morte patris nūcio accepto: ne q̄s a nouarū rerū ſtudioſis tumultus orret̄: ⁊ in burgundiā ⁊ in franciā exercituꝫ diſpertit̄: mox in franciam profecturus. Sed cum apud remos agit: veniunt ad eum ex francia atq; burgundia legati: qui nouo regi debitum honorem fidemq; preſtarent. Erat dagoberto ex

Dagobertuſ portionē regni ariberto fratri diſtribuit

patre frater aribertus: cui cū regni pars iure optimo deberetur: auūculi ſui brunulphi ſtudio nixuqꝫ patris regnū habere cōtendebat. Sed cōuenit inter fratres vt in aq̄tania tholoſam ⁊ alias vrbes q̄ infra pyreneos mōtes ⁊ ligeri continent: aribertus reciperet: neqꝫ poſt hac in reliquis regnis quicqꝫ vēdicaret: aut ad ius ſuū ſpectare vllo pacto arbitraret. Aribertus ꝑte hereditatis ſibi attributa: regni ſui primariā ſedez tholoſe inſtituit. Quarto deiñ anno belli occaſione captata: vaſcones in deditionē accepit.

Eccleſia ſancti dyoniſij edificatur: ⁊ argento tegitur

¶ Pacatis vndiqꝫ rebꝰ: dagobertus voti nō immemor: quo diuis martiribus dyonyſio eiuſqꝫ collegis obnoxiū ſe fecerat catulicū vicum petit: ⁊ ſacroſancta corpa īñ exhumari iubet. Inſcripti erāt tituli cuiqꝫ mauſoleo: q̄bus alter ab altero ſine cōtrouerſia erat deſignatꝰ. Ea in cōditorio qd fabrefieri rex mandauerat reponi ad tp̄s īperat. Tādē magno ſumptu cū templū exedificaſſet (qd ⁊ ſolido argēto tectū erat) eo transferri corpa inſtituit: cōdito ad eū vſuz aureo feretro: additiſqꝫ ad decorē multis varijſqꝫ gēmis. Annuis inſup ꝓuentibus ad ſacerdotū ⁊ miniſtrorū tēpli alimoniā deſignatis. Et ne minus ornamenti interiꝰ locus haberet: tapetes quoqꝫ vnionibus ⁊ gēmis varijs intextos: q̄bus īterior paries tegeret attribuit. Adeo gratiſſimꝰ diuis martyribus patronis ſuis dagobertus fuit. Inopū p̄terea curā nō omittēs recōditoriū ꝓxime arā maiorē tēpli argenteū apponit. Ubi q̄ diuis donaria martyribus offerrent repoſita ſacerdotes egenis impartirent.

Brunulphꝰ iuſſu dagoberti occidit

¶ Hec dū religioſus princeps diligēter curat: nō minus īpigre cetera q̄ regie ſollicitudini impendebāt exequebat. Nā ⁊ auſtraſiā atqꝫ burgundiā vbi gertrudis regia agebat reuiſit: ius cuiqꝫ poſtulāti dicēs: ita vt cibo interdū ꝑceret: ne q̄d a ſe p̄termiſſuz eſſe videret. Pergēti ex lingonibus cabilonē: apd daterrā cū balneas peteret: brunulphi memoria illi incidit quē ſupradiximus ariberto dū regni partē peteret: fauiſſe. Quāobrez accitis quos ad id ydoneos nouerat amalgar arnobertūqꝫ ⁊ vuillebaldū his īperat brunulphū tollāt necentqꝫ Qui mox impata ꝑficiūt.

Dagoberti fama.

¶ Cū heduos antiſſidoreſqꝫ inuiſiſſet ꝑ ſenonū vrbē pariſiū ſe cōtulit. Iā eni dagobertus gertrudē ꝙ ſterilis eſſet reliq̄rat. Altera ſupinducta virgine cui nāthildi nomē fuit: vſus ē potiſſimū arnulphi mettēſis atqꝫ pipini cōſilio. Arnulpho fato abſumpto cōbertū coloniēſem pontificē in emortui locū ſuffecit his cōſultoribus ad p̄ſentes regis mores cōgruētibus iuſticie illius atqꝫ eq̄tatis tāta fama etiā apud exteros ꝑcrebuit: vt ex ea gente q̄ thurcis ſclauonibuſqꝫ finitia eſt nōnulli dagoberti examē ad ſuas cōtrouerſias depoſcerēt. Aſſeuerātibus inſup ſclauonibus ſi ad eos aliq̄n cōmearet ſe illi vt ſuo regi parituros

Sigibertus naſcitur.

Miraculuz

¶ Regi cū deeſſent ꝓpter vxorū ſterilitatē liberi: cōcubitu virginis raguetrūde filiū marē ſuſcepit Cui aribertꝰ dagoberti fratrer q̄ ꝑ id tp̄s aurelie erat nom̄ dedit appellatuſqꝫ ē ſigibertus. Hic inter ſacroſancti lauacri quas ſacerdos amādus enūciat oratōes dū nemo de more chriſtiano amē reſpōderet: infans ipſe q̄ tm̄ dies quadraginta natus eſſet: cūctis tacentibus amē expedito ſermone ꝑſonuit. Quod diuinitus factū eſſe q̄s nō credat?

Dagobertuſ pictauoſ ſpoliat.

¶ Iā de hominū inſtabili cōditione q̄ri poſſemus ſi lex hyſtorie ꝑmitteret. Dagobertus quez initio principatus preclariſſime virtutes cōmendabāt trāſuerſo aīo eſſe cepit. Quippe q̄ miniſtrādi iuris ſpecie frācie regni vrbes ꝓuinciaſqꝫ cū viſitaret: quoſqꝫ vi adhibita ſpoliabat. Et tanq̄ diui dyonyſij obſequijs oīa deberent eneas ingēti pōdere valuas. Lauacrū īſup vbi baptiſmatis meſteriū ſacerdotes explebāt vna cū diui hylarij corpe: nulla ꝯpenſatōe ſacrilegij facta ad diuū dyoniſiū mari ex pictauis trāſtulit. Nec tm̄ tota p̄da potitus eſt. Altera enī portarū duz naui ꝑ oceanū exportāda cōmittit in fluctus delapſa ꝑpetuo latuit. Uerū q̄r male agētibus occaſio aliqua peccādi in prōptu ſuffragat: cauſaz ſacrilegij eſſe dicūt: pictauoꝝ rebellionē: quos vt cōpeſceret dagobertus oīa ad ſe belli iure ꝑtinere ratus: poſtq̄ agros ꝑuaſiſſet vrbē quoqꝫ depopulatus eſſet: menibus oībus dirutis ſolū ararē in eo ſalē diſſeminare ad inducendam ſterilitatē iubet. Sacrilegio comes libido nō defuit.

de sto Amando.

Libidinoſꝰ dagobertus

¶ Amādus aūt ꝑ id tēpus vita vir ſpectatiſſimus ⁊ doctrīa cū peccāti dagoberto verbū ſalutis p̄dicat regno extrudit. Sz tandē reſipiſcēte dagoberto: amādus gratus regi factus eſt. Comitabant dagobertū quocūqꝫ ꝑgeret pellicū caterue: p̄ter eas quas cōpluribus locis cōptas ⁊ reginarū inſtar ornatas alebat Obnitebat tm̄ regis turpibus factis pipinꝰ q̄ palatio preerat. Nec vſqꝫquaqꝫ ſinebat regē ꝑ tot vicia libere defluere. Cuius etiā optimis cōſilijs adiutor accedebat egnauus hō nobilis ⁊ nō mediocriter prudēs. Quorū ꝑſeuerāti cohortatione tandē dagobertus ſanior effectus ē

aribertꝰ tholoſe rex moritur: ⁊ eiꝰ filiꝰ chilpericus.

Interea aribertus tholozates dagoberti frater relicto filio chilperico: vita defungitur. Quē filius nō multo poſt ſecutus eſt. Quāobrē tholozatium regnum dagobertus recepit.

Tributuz ſaxonibus remittitur

¶ Sed omni fere humane felicitati pediſſequa eſt aduerſitas. Sclauones in thoringiam irrumpere nunciant. Selectis copijs cū ad rhenū dagobertus venit ſaxones ad eū mittunt oratū vt tributo qd patri filioqꝫ hactenus pepediſſent leuarētur (id enī tm̄ q̄ngentorū boū erat) Si id ab rege impetrarēt ſuis ſe īpenſis atqꝫ armis ſclauones debellaturos ſpōdent. Conditione admiſſa pēſuz ſaxonibus remiſſuz eſt.

Ludouicus ſeu clodoueus naſcit dagoberto

¶ Interi dū hec gerunt dagobertus ſigiberto filio auſtraſiam dimittit: dyademate illi īpoſito attributoqꝫ cōberto colonie pōtifice: ⁊ comite palatino adalgiſo quorū moderatōe regnū adminiſtraretur. Eodē tēpore natus eſt dagoberto clodoueus quē pleriqꝫ ludouicū appellāt ex nanthilde vxore. Quo adulto: diſſidij cauſam fratribꝰ auferre dagobertus ſtuduit diſtributa cuiqꝫ portiōe hereditatis. Sigiberto enī oīs auſtraſia ludouico burgūdia neuſtriaqꝫ ceſſit.

Nūdine ſcti dyoniſij q̄s lenditum vocant.

¶ Dehinc ad diuos martyres cōuerſus inter multas q̄s illis donatōes largitōeſqꝫ attribuit: emporiū annuū mēſe iunio in cāpo non ꝓcul a baſilica ſanctorū inſtituit. trāſlata ad miniſtros eccleſie oī ditione. Id lenditū vulgus appellat: corrupto vt ipſe iudico vocabulo. Nā edictū dici crediderī. Propterea ꝙ ad eas nūdinas mercatores ſuas vndiqꝫ merces edicto regio tanq̄ ad cōez regni mercatū ꝯferre deberēt.

vaſcones rebellant.

¶ Uaſcones ariberto mortuo a dagoberto deficiūt. Qui primū francorū cōgreſſuz egre ferentes: multis ceſis: fugatiſqꝫ alij in mōtes alij in ſiluas ſeſe abdiderūt. Sz cū ex fuga ſe recepiſſent: miſſis ad dominū nuncijs quo duce bellū gerebat: imperata facturos ſe eſſe pollicent. Ita ſaluus exercitus in franciā reuertit: preter aribertū et paucos quos negligēter agentes inter anguſtias rōcheuallis vaſcones interemerūt.

Nidicabil britonuz rex fidez preſtat dagoberto

¶ Uaſconibus in ptātez redactis: dagobertus iniuriarū nō oblitus quas in frācos ſuꝑiore āno britones cōmiſiſſent. Legatis apud nidicabilez britonū principē agens: bellū (niſi offenſaz purget) cōminat. Quo metu ꝑculſus nidicabil ad dagobertū venit. Quē clypiaci agentē magnis muneribus placauit: ſe cū oī gēte ſua ⁊ regno dagoberto dedens: nō alio aīo: q̄ illa oīa ſub dagoberti frācorūqꝫ ꝑpetua ditione tenere confeſſus. Cū in verba regis iuraſſet: nidicabil a rege dimiſſus eſt.

Eccleſia ſancti dyoniſij a xp̄o dedicatur.

113

¶ Per id tp̄s epīs apud diuū dioniſiū dedicāde eccleſie grā a dagoberto cōuocatis: duz .vi. kal. martij myſteriū abſoluere ſtatuiſſent: pridie ipſarū kalendarū homo lepra admodū deformis ab edituis impetrat ī ede ꝑnoctare. Ubi dū vigil in oratiōe ꝑſeuerat: videt ꝑſpicue chriſtū comitātibus cū petro pauloqꝫ vna cū diuis martiribus dyonyſio ruſtico ⁊ eleutherio ꝑ feneſtrā in baſilicā aduentare. Qui cādida veſte amictus dedicatōis ſacrū munus abſoluit. Indeqꝫ ad lepra cōtaminatū ꝓgreſſꝰ xp̄s. Tu inq̄t hō: dicito pōtificibꝰ cū craſtia luce ad hāc edē ſe ꝯferēt: eā a me cōſecratā eē. Cuiꝰ rei fidē fecit īfirmi hoīs cura. Nā cōtacta hoīs facie leprā oēz xp̄s auferēs eā ꝓxio lapidi glutīauit. q̄ ad hūc vſqꝫ diē ꝑ ſummā admirationē viſit. Quo miraculo attoniti preſules dedicatōe abſtinuerūt. hec cā eſt quāobrē frequēs admodū populus ad eccleſiā ipſaz .vi. kal. martij cōueniat: firmiſſime credēs id a chriſto deo fuiſſe ꝑpetratū.

Dagoberti teſtamentuz

¶ Tā multis rebus a dagoberto preclare geſtis: rerū p̄ſentiū ſollicitus: nec minus ꝓuidus futurarū ex regno francorū pōtifices ꝓcereſqꝫ bigargiū ad cōſiliū vocat. Ubi throno inſidēs aureo: duobus ſibi aſſidentibus regibus filijs: inter multa q̄ de breui ⁊ miſeria hoīm vita locutus eſt: filios ad mutuam charitatē cohortatus: teſtamentū cōdidit Quo in primis q̄ xp̄i ſacerdotibus donaſſet rata eſſe mādat: cōfectis inde quattuor vno tenore ſyngraphis: vnū lugduni. alterū mettis: tertiuz pariſij: quartū apud ſe in archiuis ꝑpetuo reponi imperat. Sacerdotes vero id ē pontifices q̄ regis beneficijs donati eſſent aſtrictos facit dū de ipſius morte nunciū acceperit: tribus cōtinuis a morte annis rē diuinā q̄ſqꝫ in ſuis locis ter ꝑ ſingulas ebdomadas faciāt. Eius teſtamenti curatores ſigibertū ludouicūqꝫ filios inſtituit. Hec rex cū dixiſſet: oēs q̄ aderant teſtamentū ſubſcriptione ⁊ ſigillis firmāt. Cū dimiſſa cōtione: domū quiqꝫ diſceſſerūt.

legati britonuz metu regis ad eccleſiaz ſcti dyoniſij ꝯfugiūt

Eodē ferme tēpore vaſcones duce hermāno īpleturi q̄ a domino cōuenta erāt cū ꝓxime cypiacū aduētaſſent: cōmiſſe in regē rebellionis cōſciētia admoniti: ad diui dyonyſij cenobium velut ad aſilum ſalutis confugerūt. Que illis cā fuit a dagoberto miſericordiā cōſequēdi. Itaqꝫ in fidez recepti abierūt.

Uiſuz ī morte dagoberti

¶ Paucis deinde exactis diebus: rex alui ꝓfluuio afflictus: apud ſpinogilū in agro pariſienſi cū decubuiſſet: ad diui dyonyſij edē ſe trāſferri iubet. Illic q̄a morbo non leuaretur ſpe ſalutis deſtitutus: againū cuius fides ꝓbitaſqꝫ ſpectata ſibi eſſet accerſit. Uxorē nāthildē illi filiūqꝫ clodoueū cōmēdat: vt eiꝰ ꝓuidētia regnū admiſtraret. Proceres q̄qꝫ palatinos q̄ aderāt adiurat: regine filioqꝫ obſecūdēt Morbo tādez extenuatꝰ rex āno regni ſui xiiij. dñi aūt xp̄i .dc.xlv. kal. feb. vitā morte cōmutauit. Latūqꝫ cadauer eiꝰ ē vniuerſis cōlachrimātibꝰ: ⁊ in tēplo martyrū regio apparatu ſepulchrū. ¶ De cuiꝰ vltio exitu anſoaldū pictauenſium antiſtitē (q̄ paulo ante dagoberti mortē ad ſiciliā legatus fuerat) hec retuliſſe litteris mandata ſunt. Iohānes erat inſulanus anachorita vite ſctitate famatiſſimus. Ad hunc ex itinere diuertēs anſoaldus: ſalutaribus vite ſp̄ualis cōfabulatōibus vltro citroqꝫ habitis

Nō

mba c parua naui

cognito ꝙ francus eſſet: iohãnes hoīem rogat quiſnã eſſet dagobertus rex: ⁊ quibus aliquãdo moꝛibus vixiſſet. Cui anſoaldo vitã regis per oꝛdinẽ enarrante: referã inquit anachoꝛita ſanctitati tue quenã michi per quietẽ de ipſo dagoberto viſa accepi: ꝓcumbenti michi quietis cauſa quidã multa canicie reuerendus me excitauit atq; admonuit oꝛare ꝓ anime dagoberti ſalute qui eadẽ ferme hoꝛa vita erat defunctus. Duȝ expergiſcoꝛ iuſſa ſenis impleturus: ecce in medio mari turbã demonũ conſpicio: qui animã regis cymba deuehentes ad penas rapiebant. Sȝ dagobertus aduerſus ſeuiẽtes in ſe demones frequẽter triũ beatoꝛuȝ hominũ opem inclamabat: martini dico mauricij ⁊ dyoniſij martyris. Ad cuius preces mox ꝓcella cum fulgure atq; crebꝛis imbꝛibus exoꝛta viri quos a dagoberto imploꝛatos dixi cãdidis oꝛnati veſtimẽtis ad me ſe conferẽtes: ſe eos eſſe ꝓfitentur qui opitulaturi dagoberto aduenirent. Nec moꝛa ſupplicis aiãȝ regis toꝛmẽtis eximẽtes ſecũ in celũ rettulerũt: ſine intermiſſione hoc dauiticũ repetẽtes. Beatus quẽ elegiſti ⁊ aſſumpſiſti in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: ſanctũ eſt templũ tuũ mirabile in eqtate. Hec diligẽter ex iohãne cognita anſoaldus in frãciã reuerſus multis cũ fideliter enarraſſet: audoenus rothomagẽſis antiſtes et dagoberti cancellarius qui pꝛopter ſanctitatem ⁊ vite merita in numero ſanctoꝛum poſtea relatus eſt: litteris aſcripſit.

CLodoueus a gaino tutoꝛe francoꝛũ atq; burgundionũ regna ſuſcipiẽs: tertia paterne ſuppellectilis parte nãthildi matri attributa reliqua cũ fratre ſigiberto ex equo diuidit. Inde duce matre aureliã ꝓfectus eſt. Ubi ad ſe ex burgundia veniẽtes ꝓceres in ſua verba iurare fecit: ꝯſtituto illis pꝛincipe palatino flaucato qui ⁊ burgũdus erat Cui vxoꝛẽ ei deſponſat ranobertã nãthildis neptem qui ſcilicet virum in officio ⁊ fide erga regẽ contineret. Sed inuidẽs flaucato vuilebaldus magne apud burgũdos pꝛãtis: hoīs deſpiciebat imperiũ. Quod poſtq; regi innotuit vuilebaldũ ad ſe auguſtudunũ vocat. Quo cũ aduenire collecta iuuenũ manu nõ detrectaret: pꝛemittit agelulfum valentinũ pontificẽ: ⁊ vuiſconẽ comitem exploꝛare que eſſet de illo apud aulicos ſentẽtia. At ingreſſis heduũ nuncijs: flaucatus poꝛtas claudit: ⁊ copias in vuilebaldum ociſſime mouet. Inito pꝛelio vuilebaldus occidit: ⁊ flaucatus graui vulnere ſauciatus eſt. Cuius filius aubedo patris periculo excitus multã hoſtiũ cedẽ fecit. Nãthilde nõ multo poſt moꝛtẽ obeunte (que eodẽ quo dagobertus humanus ſepulchꝛo condita eſt) clodoueus moderari rempublicaȝ ſolus cepit. Cuius quarto regni anno tanta annone caritas fuit: vt fame atq; inedia populus abſq; modo deperiret. Cui malo rex occurrens: tectũ quod argenteũ erat a templo martyrũ auferri ⁊ per loci abbatẽ agulphũ indigẽtibus ⁊ peregrinis ſine vlla pꝛecij diminutiõe diſtribuere iubet. Mox a landerico pariſioꝛũ antiſtite impetrat: liberos ab eiꝰ poteſtate dimitti miniſtros qui monaſterio deputati erãt: vt omni libertate donati ſine moleſtia deo inſeruirent. ¶ Huiuſmodi religioſis operibus cũ maxime operã daret clodoueus: neq; vllis agitaretur bellis: aperto diui dyoniſij feretro bꝛachij partẽ inde abſtulit Quod tametſi reuerẽter haberet ꝯtenus tñ mente cõſternatus humi cõcidit: ſecuteq; ſunt per dyoniſianũ templũ tenebꝛe: ⁊ rerum omniũ obſcuritas: vt qui illic aderãt pauitãtes citiſſime inde aufugerẽt. Rex ⁊ ſi inſano non diſſimilis eſſet: bꝛachij partẽ ablatã auro circundatam ⁊ gemmis multis decoꝛatã beato coꝛpoꝛi reſtituit. ſimulq; donaria monaſterio attribuit: quibus melioꝛẽ ſibi mentẽ recipere poſſet. Qui ⁊ ſi paulo meliuſculus extiterit: pꝛe ſe tñ tulit inſanie veſtigiũ. Quo annos duos afflictus tandeȝ interijt expleto regni ſui anno decio ſexto: chꝛiſti ſexcẽteſimo ſexageſimo ſecũdo. Appoſituſq; eſt ad patris monumẽtũ. Cui nulla ſane virtus aſſignari poteſt. Nã inter gulã libidineſq; ⁊ ſummã auariciã (quibus clodoueus culpabatur) nemo recte eſtimauerit virtutẽ diuerſari. Reliquit ex batilde ſaxonuȝ genere illuſtri liberos tres: clotariũ: childericũ: atq; theodericũ. Hec eſt batildis q̃ calenſe monaſterium a clotilde regina diuo geoꝛgio dicatum: qꝛ anguſtũ erat dirutũ ampliauit. vbi cũ virginibus ſacris monialis facta religioſe cõuerſa eſt. ¶ Clotario paterna poſſeſſio obtigit: q̃ autoꝛe matre dũ adoleſceret regno pꝛefuit: ꝯſtituto pꝛimario palatij ebꝛoyno. Hic ille eſt ebꝛoynus qui diuo leodegario ſancto heduoꝛũ antiſtiti oculos euulſit. Clotario poſt quartum imperij annũ defuncto franci theodericũ minoꝛẽ natu in regẽ aſſumpſerũt: miſſo in auſtraſiã ad vulphanum childerico qui eũ aĩo leuem inſtitueret. Per theoderici incuriã atq; ſecoꝛdiaȝ res francoꝛũ deterioꝛ facta eſt. quippe cũ reſpublica cubicularijs regijs ⁊ pꝛefecto palatij libere crederetur: regi vero per inertiã mos inoleuit: palatio niſi ad kalendas maij non egredi moderationem omnẽ alijs permittere. oſtendere ſe populo vno dumtaxat die. A quo ſaluta-

Nota cõtẽtiõnẽ int᷑ duos burgundos.

Regina nanthildis moritur.

Caritas ãnone ꝑ franciaȝ

Nota regis caſum.

Theodericꝰ ignarus rex.

tus ⁊ muneribus donatus: cum ⁊ ipſe recipꝛoca populo dona exhibuiſſet domũ abire: ibiq; toto anno incolere. In hoc tã inerti ocio ebꝛoynus occaſionem nactus: oppꝛimere ⁊ vexare cõplures cepit: rem omnẽ in theodericũ transferẽs. Unde indignati ꝓceres theodericuȝ monaſterio includũt: ⁊ ebꝛoynũ maloꝝ omniũ principem cõpꝛehẽſum ad luxouiũ cenobiũ mittũt. Inde childericũ ex auſtraſia cũ vulphano reuocatũ regem appellant. Cuius facti ſtatim eos penituit. Nam childericus malis moꝛibus iuuenis: cũ plurimos peſſundaret: quẽdã bolidũ ſupꝛeme nobilitatis hoīem innocentẽ deligatum palo crudeliſſime verberibus affici iubet. Quo dimiſſo: reliqui ꝓceres cũ eo cõiurant. Cuius cõiurationis pꝛimarij fuerũt ingebertus ⁊ amãbertus. Hi igitur childericũ in ſilua venantẽ circũſiſtũt atq; occidũt. vna cũ vlcide regina pꝛegnante. Vulphano aũt (rege interfecto) cura fuit auſtraſiã repetendi. At franci autoꝛe leodegario heduo lendeſillũ palatio pꝛeficientes: theodericũ acciſcũt. In quẽ ebꝛoynus contẽpto cenobio egreſſus: collecta ꝑditoꝝ hoīm manu bellũ mouet. Fugatq; baccauillã vſq;. vbi direptis theoderici theſauris: cũ creciacũ rex ſe recepiſſet: rebus ꝯpoſitis: ebꝛoyno palatij magiſtratũ reſtituit. Qui ebꝛoynus veniẽtẽ ad ſe poſt fidẽ interpoſitam lendeſillũ occidit. Cõplures preterea pꝛeſules relegauit: theoderico illi oĩa ꝑmittẽte. ¶ Cognito q̃d apud frãcos ꝑ ebꝛoynũ cõmitteret: martinus ⁊ pepinus cui puſillo ꝓpter coꝛpoꝛis bꝛeuitatem cognomen fuit/ exercitũ cogũt. Apud bicophalũ pꝛeliũ atrox cõmiſſum eſt: ita vt multis vtrinq; cadentibus: Theoderico tandẽ hoſtis ceſſit: pepino in auſtraſiam: martino vo Laudunũ fugiente. Sed martinũ ad ſe per inducias ſecũdo accerſitũ ebꝛoynus necat. At cũ finẽ ebꝛoynus ꝑſequẽdi q̃plurimos nõ faceret: inſidijs hermefredi tãdem interfectus eſt. ¶ Moꝛtuo ebꝛoyno franci garaconẽ palatio pꝛefecerunt quẽ nõ multo poſt gillemarus eius filius a magiſtratu deiecit. Hic poſt bella aduerſus pepinũ geſta cũ repentina moꝛte interijſſet: garacon pater dignitatẽ pꝛefecture recepit. Sed eo nõ multo poſt defuncto: anceps inter frãcos queſtio fuit quẽ in demoꝛtui locũ oꝛdinarẽt: in bechariũ tandẽ cõuenerũt parui [illegible] hoīem nec tanto magiſtratu dignũ. ¶ Francoꝝ diſcidio cognito pepinus arma capere inſtituit: caſtraq; apud textriciũ locat. Ibi theodericus fuſo exercitu fuga ſalutem petit: bercharius auteȝ inſidijs ſuoꝝ occiſus eſt. Pace tandẽ cũ theoderico cõpoſita pepinus magiſtratũ palatij ſuſcepit. Qui ꝓpterea ꝙ in auſtraſiã ꝓfecturus erat nordobertum in magiſtratu ſibi ſubſtituit. ¶ Per id ferme tp̃s theodericus cum annos decem ⁊ nouẽ regnaſſet moꝛte interceptꝰ perijt. relictis ex clotilde vxoꝛe liberis duobꝰ clodoueo ⁊ childeberto. Sed clodoueus anno regni ſui tercio moꝛtuus eſt: childeberto ei ſuccedẽte. De cuius rebus geſtis non ſecus acſi nihil pꝛeclarũ edidiſſet quicq; ſcriptũ nõ extat. Sepultus eſt apud diuũ ſtephanũ in oppido cauciaco. Filio quẽ reliquerat dagoberto qui ſecũdus appellatus eſt regni gubernaculũ permiſſum eſt ſub tutela plentrude pepini vxoꝛis ⁊ theudoaldi pꝛefecti palatij. ¶ Erat pepino puſillo martellus filius quẽ plẽtruda nouerca ꝑſecuta compꝛehenſum in cuſtodia colonie habuit. Oꝛta deinde inter ꝓceres ꝓpter theudoaldi violentiam ſeditione: cũ diu digladiatum eſſet: dagoberti foꝛtuna deterioꝛ facta eſt. Unde pulſo magiſtratu theudoaldo franci rangafredũ pꝛincipem palatij noīauerũt. Qui mox excitato ad rem foꝛtiter gerendã Dagoberto ꝑ carbonariã ſiluã ad moſam flumen vſq; copias ꝓmouit vaſtatis vndiq; atq; incenſis agris. Quo tp̃e martellus cuſtodia elapſus eſt: ⁊ dagobertum moꝛs occupauit. Eodẽ ꝓpe tp̃e Anbertus abꝛicenſis pontifex in colle altiſſimo ſancti michaelis cenobiũ exedificauit cũ ageret annus ſalutis ſeptingenteſimusnonus. Erat ſacerdos q̃ daniel appellabatur q̃ cũ bone eſtimationis eſſet hunc aſſumptũ palatio ꝑponũt: ꝑmiſſo impꝛimis vt ceſaries illi barbaq; adoleſceret quã ꝑ ſacerdotij legem tondere ſepius opoꝛtebat. Capillo adulto regem ꝓceres conſalutant: appellantq; pꝛo daniele chilpericũ. Martellus libertate adepta: pepini patris magiſtratum hoc eſt palatij pꝛefecturam recuperare omni ſtudio contendit: clotariũq; in dagoberti locum cõſtituit. Qui cum militum delectũ iã haberet: chilpericus accito ranfredo ⁊ friſonum duce qui amicitiã cũ chilperico inierat ad moſam fluentũ caſtra ꝓmouit. Poſt atrociſſimũ cõflictum martellus i fugam ſeuertit. Sed receptis ex fuga copijs pꝛeliũ cũ ſepe redintegraſſet pugnatũq; varia vtrinq; foꝛtuna diu fuiſſet: tandem apud ablauũ chilpericus ſuperatur. Verũ cũ ex fuga ſe recepiſſet: bellũ iterũ mouet. Cui auxilio fuit vaſconũ pꝛinceps eudo. Sed benignioꝛe foꝛtuna vſus martellus. hoſtẽ fudit in agro cameracenſi in loco qui vinoſus appellatur. At eudo aſſumpto fuge comite chilperico: ſublatiſq; regis theſauris aureliã inde in vaſconiã ꝓfectus eſt. Fugientem vero: martellus aſſequi non potuit. Sed rangafredũ andegauiã petentem vna cum ciuitate in poteſtatem recepit. Clementia tamen vſus martel-

Ebꝛoynus.

Theodericꝰ rex toꝛpens monachꝰ efficitur.

Bolidus a childerico iniurijs afficit᷑.

Childericus a ꝯiuratꝭ dũ venat᷑ occidit᷑ cum vlcide vxoꝛe.

Ebꝛoynꝰ bellũ mouet.

Pepinꝰ puſillus.

A filio pater magiſtratu deijcitur.

Theodericꝰ fugatur.

Pepinꝰ palatio ꝑfectꝰ.

Mors theoderici regis.

Seditio in francis.

lus hoſtem libertate ⁊ ciuitate donauit. Anno mox inſequenti miſſis ad eudonem legatis: receptoq; chilperico: vaſconi pepcit. Interea clotarius obijt mortem. Reſtitutuſq; in regnum chilpericus nō diu ſupuixit. Cui ſucceſſorem fecere franci ex martelli cōſilio theodoricū Dagoberti filiū: quē calle apud moniales virgines educatū autores tradūt.

¶ Ad hunc moduꝫ martellus recepta palatij prefectura: grandem exercitum contrahit. Inde rheno traiecto ꝑ deuictos ſueuos ad baugarenſes vſq; q̃ vltra danubiū incolūt ducit. quibus fuſis ſuperatiſq; poſtq; maximā germanie partem in ditionē recepit: preda ſpolijſq; impeditus in franciā victor regredit̄. Ubi cū de eudonis vaſconis defectione nūciū accepiſſet: ꝓtinus ī eū expeditōnem parat. Sed martelli aduentum eudo nō ſuſtinens in penitiores regionis locos ſe abdidit: quē anxie queſitū neq; inuentū martellus reducto in franciā exercitu dimiſit. Eodem tēpore deficientibus a fide ſueuis: martellus leufredū alemānie ducem fudit: eāq; regionē cū ipſis ſueuis ſubiugauit. His tot victorijs clarus domū ſe recepit. Tali ꝓfecto principe opus eo tp̄e erat: cū inſurgentibus vndiq; bellis francia quateret̄.

Abidiramus rex gothꝰ hyſpanus ī galliam venit.

¶ Eudo nāq; ꝑfidus vaſco vindicte appetens ad hyſpanos ꝓfectus: abidiramū regem religioni xp̄iane infeſtiſſimum hoſtem magna victorie ſpe allicit: francos petat. Ille non magno labore ꝑſuaſus adeo grandeꝫ exercitū cogit: vt nō vincere modo galliā: ſed in ea ꝑpetuas ſedes habere ſtatuiſſet. Nā cum innumerabili militū manu vxores vna ⁊ cū vniuerſis fortunis liberos eduxit. Poſitis apud burdegallam caſtris ciuitatem expugnat: templis direptis incenſiſq;. Paribꝰ deide calamitatibꝰ pictauos ꝑſecutus: cōcremata diui hylarij ede: turonū adoritur. Sed hoſti occurrens martellus magnā ſtragem edidit: ferūt em̄ in eo prelio tricenta octogintaquinq; milia hoſtium occubuiſſe: cū tñ ex martelli exercitu mille tantū quingenti cecidiſſent. Eius victorie cauſa cognomentū martello fuiſſe quidā autores tradūt. Nam carolo nomen illi erat ex pellice nato quā pepinus in delicijs habuerat. Queadmodū em̄ ferrū martello obtunditur ita hoſtiū ferocia martelli egregia virtute contrita eſt. Re bene geſta: cōlectis in vnū locū ſpolijs: martellus militi predam diſtribuit.

¶ Ipſe vero ꝑ tot bella cenſu pecuniaq; extenuatus: cuꝫ cōpertū haberet ꝓceres egregiā operam reipublice nauauiſſe: fortuniſq; ſuis deſtitutos eſſe: decimas que cleri erant nō diſſētiētibꝰ ep̄is: ꝓceribꝰ dū bellū aduerſus xp̄iane religionis hoſtes gererēt ꝑcipiendas attribuit: ꝑſancte iurās ſi vitā diu viueret ſe oīa ⁊ multo maiora ſacerdotibꝰ repēſurū. Eius ſacrilegij penas luere apud inferos martellū eutherius arelateñ. pontifex ſe ꝑ quietē vidiſſe diuulgauit.

Decias martellus ꝓceribus francis aſſignat.

¶ Poſt hec eudo: quo auctore abidiramus in franciā demigraſſet: in gratiam martelli deſtitutus: magnā cladē ex his q̃ ſuperāt hoſtibus fecit. Ego illud ſeculum fato aliquo infelix putauerim: in quo vix quietis momentū franco militi cōceſſum eſt.

¶ Deinceps em̄ abidiramo ſuperato: noui a burgūdia motus nūciantur. Quo ſe cōferens martellus: burgūdiones nō difficillime cōpeſcuit. preſidijs omibus locis impoſitis. Mox autē eudonis morte cognita: in vaſconiā magnis itineribꝰ ꝓficiſcitur. Quā omnē ꝓuinciā cū recepiſſet: in franciā conuerſus eſt.

Motus belli in burgundia.

Bellum ī friſones.

¶ A vaſconibus aduerſus friſones dimicanduꝫ fuit. Id bellum claſſe cōparata cōfectū eſt. Sunt em̄ friſones ad ſeptētrionē maritimi rhenū qua parte oceanū influit attingentes. Cū radbodo gentis eius duce ad flumen burdonam pugna cōgreſſus martellus hoſtē falſa deorum religione deceptum fudit: ⁊ occidit anno ſalutis ſeptingenteſimo trigeſimoquinto. Per id tempus Uuandali ſedibus ſuis relictis: cū finitimos ſibi ppl̄os vexaſſent: in franciā crudeli agmine ad ſenones vſq; irruperūt. Sed ipetu in eos facto vrbis antiſtes obbo obſidione liberata ciuitate hoſtē in fugam vertit. Huius gentis Uuandaloꝝ origo ſicut ⁊ gothorū atq; hunoꝝ a ſcithis eē traditur. Qui patria a gothis pulſi: indeq; ad danubiū fugientes cū illic ſedes longo ſatis tp̄e hubuiſſet: gimerith gothorū rex eos a danubio exturbat. Coacti igitur romanorū legibus audire: a cōſtantino ipetrant locū ad incolendū ſibi dari. Pānoniāq; annos ſexaginta obtinuerūt. Donec ſtilico aduerſus archadiū honoriūq; imperiū affectans. Uuandalos ad belli ſocietatē acciuit. Qua occaſione excitati barbari: ꝑ gallias primū diu graſſantes: ⁊ inde a gothis depulſi in hyſpaniam tranſgreſſi yſpalim ciuitatem obtinuere. Cuius omnē late regionē Uuandaluſiā a nomine gentis appellauerūt. Sed cū honorio doleret gothos italiā vaſtare: hyſpaniā illis permittit. vnde non multo poſt Uuandalos deiectos affricā petere cōpulerunt. Ubi ad beliſarij tp̄a incolentes iuſtiniani edicto ꝑ beliſariū: regnū ⁊ gentē amiſerūt. Sed rem ceptam repetamus. Orta deinde in burgūdia ſeditione lugdunū ire martellus feſtinat: cuius aliquot ciues defectionis auctores pena afficit. Inde pretergreſſus: arelate alijſq; munitioribus locis impoſitꝭ p̄ſidijs: domū redijt: Nec quies feſſo pricipi. Rheni accolas frācoꝝ ꝯtinuos hoſtes

Uuandali in ſenones.

Uuandaloꝝ origo.

armis iterū ꝑdomuit. Nec defuit tot incōmodis auinio: ꝓuincie munitiſſima ad rhodanū ciuitas. Eam gothi ex hyſpania/duce maranco irruentes occupauerant. Quā mox martellꝰ obſidione cinctā ꝑ childebertū fratrē oppugnat. Qua re cognita/reguli gothi ſuppetias maranco ferūt: opē p̄terea ꝯferēte amero rege: nō ignobili gotho. Aduerſum quos mari delatos martellus cū exercitū duxiſſet: regulos fudit: reliquis fugā capiētibꝰ. Rurſus repetētibꝰ bellū gothis: cū narbonēſem agrū incurſionibꝰ arelatēq; vaſtarēt: accito luprando lōgobardoꝝ rege: graſſantē hoſtē martellus exturbauit.

Auinio ciuitas.

Fuſi gothi

¶ Redeūtē inde martellū morbus inuaſit. Qua re admonitus filijs hereditatē diſtribuit. Carlomano auſtraſiā: ſueuiā alemāniāq; ⁊ thoringiā: pipino frāciā relinquēs: griffone derelicto: q̃ oīm infimus natu erat. Que cā fuit inſurgētis poſtea belli.

¶ Inter hec childericus velut belua nihil cogitans: tp̄s ocio ⁊ voluptatibus exigebat. At pepinus futuris ꝓuidēs in burgūdiā q̃ ſibi a martello relicta eſſet irrūpēs: eam cū feſtinatiōe occupat. Interim ingraueſcēte morbo martellus morte extinguit̄ annis adminiſtratiōis eius. xxv. exactis. Cuius ſepulchrū ex alabaſtro apud diuū dyoniſiū ꝓxime maiorē templi aram ad hoc vſq; tp̄s viſitur.

¶ Griffoni quē minimū natu diximus erat mater ſunahildis odolonis baioarie ducis neptis: mulier cordata. Que iniquo aīo ferens griffoneꝫ a patre teſtamēto p̄teritū: filiū excitat hereditatis portionem ex fratribus repetere. Nec mora laudunū plenus ſpei iuuenis occupat: bellūq; fratribus ſeorſum indicit. Quem lauduni obſeſſum fratres vltro ad ſe venietē capiūt. Carlomanus ne interim dū melioribꝰ regni rebus aīm intendit: rebus nouis griffo ſtuderet: in nouo caſtello qđ nō ꝓcul ab arduenna ſilua erat in cuſtodia aſſeruari iubet. Inde aduerſus aq̄tanos expeditionē carlomanus pepinuſq; ꝓmouentes (duce hunauldo ſupato) ꝓuinciā ſubiugarūt. Cū aūt pictauie caſtra haberēt: regnum qđ antea cōi cōſortio poſſederāt inter ſe partiti ſūt. Sed redeunti carlomano cognita alemānoꝝ defectione: ducto in eos exercitu: agros incēdit: atq; ita dirutis ad ſolū cōpluribꝰ locis: cū frācos repeteret: odilonē baioarie ducē arma agitare ⁊ bellū aduerſus reges parare nūciat̄. Cuiꝰ temeritatē facile reges cōpreſſerūt. Nec mora: in ſaxones bellū inſurgit. Quos carlomanus ſe ſolo (ductis aduerſus rebellē copijs) ꝑdomuit. Hic carlomanus cui ſecūdorū negocioꝝ turba odioſa maxime eſſet pepino regni adminiſtratione attributa romā ꝓficiſcit̄. Atq; a zacharia tūc romano pontifice religionis habitū ꝓfeſſioneq; recipiēs: deo militauit in cenobio qđ ſuis impēſis ī mōte ſoracte extruxerat. Eo cū ſe cōplures ex nobilitate francorū eius viſitandi gratia crebro cōuenirēt: ad montē caſſinū demigrauit.

Carlomanꝰ religionē ꝓfitetur.

Mons ſoracte ī tuſcia.

¶ At longe alio aīo griffo ꝑmoleſte ferebat pepino ſubijci. Libertatē igit̄ nactus ad ſaxones ſe recipit. Ibi collecto (vt ip̄e arbitrabat̄) iuſto exercitu: aduenieti pipino occurrere ad onacrā amnē: loco quē orhemū incole vocant nō formidat. Pipinus aūt ad fluuiū muſſabā in vico ſtrahūgo caſtra fecit. Nullo tñ ꝑlio cōmiſſo: in colloquiū ventū eſt: atq; ita re infecta diſceſſum. Griffo quidem cognitā ſaxonū ꝑfidiā hn̄s in baioariā cōtēdit. Ubi allectis in ſuā beniuolētiā ꝑmultis proceribꝰ frācis: ducē taſſillonē hoſpitē ducatu exturbat. Ea re cognita pipinus cū magnis copijs in griffonē ꝓgreſſus: deꝓhenſo griffone taſſillonē reſtituit. Griffonē aūt ſex vel vt a nonnullis ſcribit̄ duodecim comitatibꝰ apud frācos donauit. Quibꝰ nō cōtētus eo ip̄o āno quo hec geſta ſūt ad gayfirū aq̄tanie ducē defecit.

Griffo hoſpitē ſuū taſſillonē poſſeſſione ext̄bat.

¶ Pipinus regū francie inertia ꝑſpecta: cū domi deliteſcerēt nec reipublice ꝓcuratione vllā ſuſciperēt zachariā romanū antiſtitē ꝑ archiep̄m bituriceñ. rurchardū: ⁊ furadū ip̄ius pipini domeſticū ſacerdotē cōſuluit: vter ad rēpublicam gerendā potiſſimū ydoneus ex regibꝰ eēt: is ne qui ocio domi tp̄s cōtereret nihil agens: nihilq; oīno curās: an q̃ induſtria virtuteq; publica negocia moderaret̄ intentus atq; ſollicitus. Ad pipini conſulta reſpondit zacharias: eū regni gubernaculo dignū eē q̃ prudētia ſpectatꝰ rēpublicā diligenter curioſeq; cōponeret. Quo rñſo adducti ꝓceres: pipinū ſibi deligūt regē ⁊ ex zacharie ſententia atq; auctoritate illū cōfirmāt: quē bonifacius (q̃ cathalogo ſanctorū aſcribit̄) ſueſſione more regio vnxit. At childericus hō vecors detonſo capillo monaſterio deputat̄. anno dñi ſeptīgēteſimo quinquageſimo. Eodē anno quo regni diadema pipinus ſuſcepit: ſaxones bellū mouēt. Quos ad vuiſurā flumē prelio iterū victos rex in ſuā ꝑtātē accepit.

Pipinus zachariā pontificem romanū conſulit.

¶ Frāciā inde repetēti: griffonē quē ad gayfirū aq̄tanie ducē defeciſſe cōmemorauimus interemptū fuiſſe nūciat̄. Curauit preterea religioſus princeps auctore remigio rothomagorū antiſtite: emēdatiora facere q̃ antea rudia ⁊ inculta in eccleſiaſticis officijs cātabāt̄. Per id tp̄s ſtephanus ſcõs pontifex romanus vrbe egreſſus cariſiacū ad pipinū ſe contulit. Pipinūq; in regē francoꝝ ſacrauit. Cauſa ꝓfectionis fuit. Aiſtulphus longobardorū rex grauiore tributo romanos p̄mebat: indicto cuiq; romano capitali cenſu atq; annuo. Pontifici

Griffo necatur.

Stephanus ſecūdus papa pipino ⁊ eius poſteritati bñdixit.

Stephanus propterea ſuppetias ferre pipinus pollicetur. Stephanus aūt vt regi gratificaret pipino benedixit: ⁊ poſteritati eius atqꝫ q̄ temeritate aliqua aduerſus francos bella mouerent cōione xp̄iana interdixit. ❡Primo inſequētivere pipinus in lōgobardos exercitū ducit. Cui ad alpiū anguſtias occurrēs alſtulphus: trāſitu francos ꝓhibere ꝯtendit. Sed irruētiū in ſe francoꝝ impetū nō ſuſtinēs papiā ſe recepit. Ibi milite frāco circūuallatus: obſides quadragita pipino dat. Iuratqꝫ romano pontifici q̄cūqꝫ abſtuliſſet reſtituere. Atqꝫ ita attributis ſtephano militū firmiſſimis copiis pōtificē in ſedē pipinus reſtituit.

Alſtulphꝰ a pipino vicit.

❡Cognito pipini in franciam abſeſſu: Alſtulphus neqꝫ obſidū neqꝫ iuriſiurādi curā hñs: nullis ſe ꝓmiſſis abſoluit. Eā ob rem pipinus ſupatis iterū alpibꝰ: alſtulphū papie obſidet. Obſidione preſſus alſtulphus rauēnā pipino cū aliis quas pōtifici abſtulerat aliquot vrbibꝰ q̄ in exarcatu erāt reſtituit. Receptas pipinus ſtephano aſſignat. Ipe v̄o alſtulphus nō multum poſt equo forte delapſus ceruicē fregit.

Legati iperatoris ad Pipinum.

❡Eodē tp̄e pipino apud cōpēdiū agentevenere ad eū ex cōſtantinopoli legati. Eiqꝫ imperatorio noie miri opis organa dono dedere. Eius legationis nulla cā lr̄is mandata eſt. Credo pipini fama iperatorē adductū fuiſſe. Ideoqꝫ nouo pn̄cipi gratulari voluiſſe amicitiāqꝫ eius experiuiſſe.

Taſſillo bauarie dux

Venit ꝑterea magna ꝓcerū ſuoꝝ nobilitate comitatus dux baioarie taſſillo qui in v̄ba regis iurās illi ſe ⁊ gentē fortunaſqꝫ oēs ſuas ꝑpetuo ſummiſit. Saxones vero quibꝰ odio ſp̄ fuerat frācoꝝ nomē ꝓficiſcētē in ſaxoniā Pipinū aditu intercludere conati ſūt. Sed irruptiōe facta pipinus hoſtē retro abire cōpellit.

Saxonibus tributū iponitur.

Victos deniqꝫ ānua trecētoꝝ validiſſimoꝝ equoꝝ penſione pipinus mulctauit. quos ad ſe quotānis in frāciā parlamenti tp̄e deduceret. Sic eñ publicū ad iuſticiā miniſtrādā ꝯuētū frācivocāt. Cuiꝰ inſtituēdi autor ab hyſtoricis nō tradit. Id eñ cuiuſqꝫ anni definito tp̄e loco quē rex deſignaſſet habebat. Verū q̄nquidē hec ḡnalis ex toto regno coitio ipēſis ⁊ laboribꝰ cōuenientes afficiebat: obſeruatū poſtea eſt vt ex maioribꝰ ciuitatibus ⁊ ꝓuīciis periti iudicioꝝ ⁊ ꝯſuetudinis hoies ad id munus delecti ius cuiqꝫ ꝑ ꝓuocationē litiganti dicerent.

Inſtitutio parlamenti.

Que inſtitutio cū vaga interdū incertaqꝫ ꝯmutatis ſedibus eſſet: decreta eſt parlamēto apud pariſios curia ⁊ ſedes in qua iudices deſignati ſe iugiter ſiſterēt ꝑpetui ꝓuocationū definitores. Qui octogita ſunt annua ex regis fiſco ſtipēdia capiētes. Et hi quidē ꝑ quattuor curias diſtributi ſeorſū conſidūt: ſuoſqꝫ preſidētes hñt. In ꝑ̄ma quā frāci camerā vocāt preſidētes quattuor: ⁊ cōſiliarii triginta cauſas ⁊ lites audiūt. dilationes ⁊ q̄ ad iuris cognitionē attinēt cōſtituūt. Leuiora q̄dā ⁊ tēporanea finiētes. In reliquis ſingulis duabꝰ cameris decē⁊octo inquiſitiōibꝰ preſunt: q̄ enqueſtaꝝ.i.inquiſitionū cōſiliarii dicūtur q̄bus preſidētes quattuor preficiūt. Horū oīm pars ex clero: parſqꝫ ex laycis cōſtituit. Sentētias dictāt. Quā ſtatutis diebꝰ alter preſidentiū in prima curia palā enūciat. Idqꝫ arreſtū id ē fixū ⁊ firmatū vocāt: a quo videlicet nemo ꝓuocare poſſit. Qui vero reus ſententiā in ſe excipit ſexaginta libraꝝ turoneñ. mulcta afficitur. Si q̄s tñ in iudicio error admiſſus reo eē videbit: errorē ꝓponēdi ⁊ in iudiciū eiuſdem curie deducēdi ptātē habet: nec priꝰ audit: q̄ȝ duplicatā mulctā depoſuerit. Quarta curia eſt eoꝝ quos requeſtarū.i.ſupplicationū palatii magiſtros vocant. Apud quos cā eoꝝ tantum agit q̄ regis obſequiis deputati: vel priuilegio donati ſūt. Et ab his quidē iudicibꝰ q̄ ſex ſūt ꝓuocare ad parlamentū licet. At cū in decidendis iudiciis nodus aliq̄s ⁊ anceps in cā difficultas ſurgit: oīm curiaꝝ et camerarū cōſiliariis ꝯuenientibꝰ ſentētia fertur. Eius parlamēti tanta fuit ſemꝑ apud francos autoritas: vt que rex ipe de republica deqꝫ iure ⁊ ꝓuētibus regni ſtatuerit ea ſine huius ſenatus decreto nō ꝓcedāt. Sūt preterea ipius parlamēti cōiudices dū adeſſe volūt franci pares: de q̄bus poſtea ſcribendū nobis eſt. Atqꝫ vt huius ſacroſācte cōtionis regē autorē eē certū ſit: regia ſingulis q̄buſqꝫ annis reſcripta edūtur: q̄bus ad diui martini diē feſtū.i. ſcdo idus nouēbris parlamētū incoādi iudicibus a rege autoritas dat Ad hoc ꝑterea parlamētū ſpectāt octo alii ſupplicationū magiſtri: q̄ regii hoſpitii peculiari noie appellant: q̄ regi frequētius aſſiſtūt cancellariā ſectantes. Et hi poſt prime curie preſidētes oīm primi ſedēt. His ergo cū frācie paribus ꝯprehēſis: centū oīno ſunt: quibꝰ appellationū cognitio: regaliarū quoqꝫ ⁊ pariū cauſe cōmittūt incōmutabili ſententia terminādē. Iā ad pipinū redeamus.

Pipinus ꝓ cleri libertate gayfiro aq̄tanoꝝ duci bellū indicit

❡Vix hac in ſaxones expeditione liberato pipino: gayfirus aq̄tanus defertur: ſacerdotū ꝓuētus ſibi vſurpare. Quāobrē miſſis ad eū legatis: rex iubet ab hac temeritate tēperet: ablataqꝫ ſacerdotibꝰ reſtituat. Sȝ cū imperata facere negaret: pipinꝰ apud childoacū caſtra habuit. Cognito regis aduentu gayfirus beniuolētiam ſimulās: miſſis ad pipinū algario atqꝫ ytharo obſidibꝰ reſarciturū ſe oia ꝓmittit. Exceptis obſidibꝰ rex i frāciā reuertit. At gayfirus incōmodoꝝ q̄ a pipino ꝑtuliſſet memor cabillonē burgūdie vrbem

copias mittit: que ⁊ vrbē ⁊ late circūpoſitū agrū populent. Agebat tum in pu blico cōuentu apud duriā pipinus. Perfidia gayfiri cognita: vlciſci iuriſiurādi ꝯtēptorē ꝑgit. Caſtellis cō pluribꝰ ſolo tenus dirutis: borboniū chantellā atqꝫ claromōtē recepit. Inde cū lemouicas ꝑueniſſet oibus igne ferroqꝫ cōſūptis exercitū in frāciā hybernatū mittit. Eiꝰ belli aduerſus gayfirū finem cū pipinus maxime optaret: crebras expeditiōes in aquitaniā duxit: quā infeſtiſſimis incurſionibusvexat. Et q̄uis hoſtiliter ꝑ omnē regionē frequēter miles frācus graſſaret gayfirus tñ nec in aciē ꝓdire: nec apto prelio decertare auſus eſt.

Gayfirus a ſuis necat.

Excurſa aquitania: deficiētibuſqꝫ ad pipinū plurimis vrbibus: gayfirus a ſuis necat. Erant in ſupellectili gayfiri manuū integumēta: q̄ nūc chirotece appellant: q̄ ex vnionibꝰ aliiſqꝫ ꝑcioſioribꝰ gēmis itexta erāt ad ornamētū feſtis diebꝰ gayfiro erāt. Hec recepta pipinus in templo diui dyoniſii appendi iubet. Que cruci auree q̄ ſupra aram maiorē extat appenſa diu viſa ſūt. ❡Bello aquitanico exacto ⁊ gayfiro apud petragoricos necato: xātonas pipinus petit. Ibi cōtracta iſirmitate/mox turonū: deinde pariſiū ſe cōtulit: vbi paucos poſt dies vita deceſſit. elatuſqꝫ ē funebri pompa: ⁊ cōi oīm luctu in monumētū q̄d in diui dyoniſii ede illi extructū erat ſepultus Anno xp̄iane gratie ſeptingenteſimo ſexageſimooctauo.

❡Eiuſdem compendii Liber quartus.

PIpino duo fuere ex Bertha liberi ſuperſtites carolus ⁊ carlomanus. Qui ambo ex ſententia ꝓcerū reges appellati: partito inter ſe equabili portione paterno regno. Carlomanus ſueſſione: Vuarmacie carolus dyadema ſuſcepit. Sed carlomano breuior vita fuit. Hinc auctior factus carolus: toti ſine intercıſiōe regno dñari cepit. Moxqꝫ hermenaldo ſibi familiari antiſiodorū dono dedit: eumqꝫ comitem appellauit. Nec mora interpoſita: cū accepiſſet hunuldū aq̄tanie vrbes q̄s pipinꝰ ſubegerat ad defectionē ſollicitare: cōparato exercitu aduerſus rebellē ꝓgredit. Quē in fugā verſū: ⁊ ad lupū vaſconū ducē ſe recipiētē mira celeritate carolus ꝑſeq̄t. Sȝ priuſqꝫ i lupū moueret: ad eū legatos mittit: q̄ dedi ſibi hoſtē petāt. alioquin belli oēm molē i ſeſe excepturū. Lupo cōſiliū fuit nō hunuldū modo ſed ſe q̄qꝫ cū oi vaſconia caroli ptāti cōmittendi. Recepta vtraqꝫ ꝓuīcia carolus cū in franciā veniſſet adriani primi romani pontificis legatos audiuit. His mandatū erat petere a carolo auxiliū aduerſus deſideriū lōbardie regē: quo oppreſſore multa oppida vi: multa ſpōtanea deditione a romana eccleſia defecerant. Legatis carolus reſpondet ſe id curaturū: ſubuenturumqꝫ beato pontifici. Igit miſſis ad deſideriū nūciis: petit ab iniuriis deſiſtat: Reſtituatqꝫ ſummo ſacerdoti q̄ abſtuliſſet. Atqꝫ vt imperata recuſanti deſiderio carolus paratiſſimus occurreret: collecto celeriter exercitu interim dū legati mādata peragūt oīa que ad bellū cōueniebant cōparat.

Carolꝰ i deſideriū mouet.

Redeuntibus legatis: cognoſcit carolus deſideriū oīa hoſtiliter agere: paratū eē diſcrimen experiri. Non cunctatus igitur copias ad alpes ꝓgredi iubet. Occupauerat deſiderius anguſtias mōtiū fortiſſimis preſidiis. Sed cognito regis aduentu: in plana mox hoſtis ſe recepit Superatis iugis: poſtqꝫ taurinū carolus ꝑuenit: certior factus deſideriū vercellas cū grandi exercitu ꝓfectū eſſe: cōuerſo in illū agmine: carolus vercellas petit. Ubi dimicandi poteſtate facta: fuſos ſuos cū videret deſiderius: papiā fuga ſe ꝓripuit.

Mortaria i lombardia.
Amilius et Amicus.

Locū vbi pugnatum eſt propter interfectoꝝ ſtragem mortariā incole appellauerūt: vbi ſacella duo: vnū beato petro: alterū diuo euſebio dicata ſunt: in illo Amilius: in hoc amicus ſepultus eſt. Qui tanta forme ſimilitudine equales fuiſſe tradunt: vt alter ab altero haud facile diſcerni poſſet. Et hi quideȝ in caroli exercitu militantes apud mortariā occubuerūt.

Rex deſiderīꝰ papie obſeſſus.

❡Fugientem deſideriū celeriter ꝑſecutus carolus: cū vrbē prima oppugnatione capere nō potuiſſet: eā circūſiſtit: ne qua pateret deſiderio effugiendi via. Sed vbi cognouit deſideriū plurima tentaturū priuſqꝫ ſe dederet: carolus relictis quibuſdam ad cōtinuandū obſidionē fortiſſimis et belli nō ignaris ꝓceribus: romā viſendi adriani cauſa ꝓfectus eſt. Inde papiam conuerſus ciuitatem deſideriūqꝫ vna cum vxore ⁊ liberis in poteſtatē accepit. Hic eſt deſiderius regū longobardoꝝ vltimꝰ A quo recuperatas quas romano preſuli abſtulerat vrbes eccleſie carolus reſtituit. Addidit his ſpoletū atqꝫ beneuentum. Quibus beneficiis vt pontifex gratie aliq̄d repēderet: caroluȝ multis ornauit priuilegiis. Quoꝝ illud maximū fuit donare eccleſias ydoneis ſacerdotibus poſſe: id a ſacerdotibus inueſtitura vulgo appellatur: qua ſine eccleſiam vel vt nunc loq̄mur beneficium nemo poſſidebat. Recipiebat eñ a rege qui beneficiū adepturus eēt annulū vel

Nº

Priuilegiū iueſtiture eccleſiarū ⁊ inſtituendi romanū pontificem.

ſimile quippiã:argumentū ſcilicet regie in eū gratitudinis. Intereſt em̄ regū noſſe:qui maiores maxime eccleſias adminiſtrent:quarū ipſi tutoꝛes ſunt. Adiectū priuilegio eſt Romanū quoqꝫ pontificem ſine caroli iuſſu eligi nō debere:idqꝫ in ſynodo aſſidentibus rome centum quinquagintatribus ep̄is atqꝫ abbatibus firmatū eſt. Rebus in italia ex caroli ſentētia preclare cōfectis:in franciã reuerti rex maturat. Nã rebellantibus iterū ſaxonibus bellū indicere iãdiu aīo conceperat:ꝓpterea ꝙ ſepenumero victi nec acceptas leges nec cōuenta ſeruarent. Sed cum falſis deoꝝ religionibus inſeruirent:francos xp̄i cultoꝛes maxime oderant q̄bus erant finitimi. Aduerſus illos ducto exercitu:varijs prelijs vt opoꝛtune carolus poterat certatū eſt. Duobus tãtū locis:apud onacrū ſemel:iterū apud heſam fluuiū totis copijs pugna fuit. Poſterioꝛe attriti ſaxones:in deditionē venere. His mandatū eſt xp̄i religionem inſtitutaqꝫ ꝓfiteri. Ex omni ſaxonū turba multis obſidibus acceptis milia decē carolus in frãciã trãſlata varijs aſſignari locis iubet. Ex his ꝓgnatos brabantinos flamingoſqꝫ ſatis conſtat:quoꝝ etiam nūc ferociam ⁊ ſeditioſos moꝛes pre ſe ferūt.

Bellū in hyſpania.

Saxonibꝰ tandē poſt eiꝰ belli initiū trigeſimo anno ſuperatis:cū ex hyſpania belli motus fieri nūciarent̄ ab ijs q̄ aduerſe religionis erant. Carolus fidei xp̄iane caritate adductus exercitū in hyſpaniã ducit.

Parium frãcie origo.

Nº

Prius tamen ꝙ expeditionem ꝓduceret:rē tanto principe dignam oꝛdinat. Ex omni precipua francoꝛum nobilitate duodecim ſelegit:quos ſecum in militiã perduceret:eos pares appellans:quia ſcilicet equali inter ſe dignitate regi conſtantes ꝑpetuo eſſent:neqꝫ cuiuſqꝫ niſi parlamenti tantum ſenatus iudicio obnoxij tenerentur.qui conſeruandis item coꝛonãdiſqꝫ frãcoꝝ regibus adeſſent. Hi etiam nūc inſequentibus noībus deſignantur. Remenſis archiep̄s Laudunenſis atqꝫ Lingonenſis pontifices duces. Bellouacus: Nouiomenſis:atqꝫ Cathalaunenſis ep̄i comites ſunt appellati. Ex ſeculi principibus: Burgundus: Noꝛmannus:⁊ Aquitanus ducatus dignitatem: Flandrenſis autē: Tholoſanus:et Campanus comitatus prerogatiuam obtinuere. Atqꝫ ita ꝓfectus pampilonam in ſaltu pyreneo vrbem:deinde ibnalarbi opera qui eo loci imperitabat ceſarauguſtã carolus capit. Inde poſtqꝫ magnã agri hyſpanienſis partem ferro igneqꝫ vaſtaſſet in franciam maturãs pãpilone muros ſolo equauit.

Proditio in caſtris frãcorū a ganelone.

At cū ad anguſtias pyrenei iugi q̄ ad vaſconiã ſpectant peruentū eſt:vaſcones ex inſidijs in poſtremã francoꝛum aciem tela conijciūt. Atqꝫ ita arctiſſimis faucibus incluſus miles cū nec retrocedere nec in iugum euadere poſſet magna clade affectus eſt. Interemptis anſelino atqꝫ egeſibardo egregijs belli ducibus. Rolandū quoqꝫ caroli ex ſoroꝛe nepotem foꝛtiſſimū virum illic perijſſe autoꝛes tradūt. Cuius illuſtria plurima geſta poſteritas celebrauit. Sed huius ꝑfidie penas interfectis paulopoſt eoꝝ regulis incenſiſqꝫ late agris vaſcones exſoluerunt. Nec a ganelone qui marſillo infideli regi extremã francoꝝ aciem pecunia coꝛruptꝰ ꝓdidit:clades illata eſt. Sed ꝓditoꝛem pena nō deſeruit. Carolus em̄ ganelonem apprehenſū aquiſgranū duci:ibiqꝫ equis ferociſſimis quattuoꝛ:pedibus manibuſqꝫ diſtractū mēbratim diſſipari iubet.

Britones

¶ A ſaxonibus in britones caroli arma conuerſa ſunt qui a francis defecerãt. Venere tandem in caroli poteſtatem.

Bauari.

¶ Per idem tempus beneuentum duce araiſo Caroli imperata abiurant:atqꝫ grauiſſimos motus belli excitaſſent:niſi caroli diligentia preueniſſet. Admoto enim ad capuam incredibili celeritate exercitu:vix caſtris locatis de pace cōuenit.perterrito hoſte qui tantam in rege celeritatem admiraret̄. Re confecta franciam Carolus repetit. Ibi nūciū accepit Taſſillonem baioarie ducem quē ad Pipinum veniſſe ſupra memoꝛauimus:vxoꝛis querelis agitatum arma parare: finitimoſqꝫ populos ſibi ad ſocietatē belli acciſcere:vt frãcis incōmodaret. Erat taſſilloni vxoꝛ deſiderij filia:cui dolebat maxime patris foꝛtuna:quē franci ⁊ regno ⁊ vita priuauerant:vxoꝛe liberiſqꝫ abductis. Ea re cognita:carolus nulla moꝛa interpoſita:in taſſillonem ꝓgredit̄. Cum non ꝓcul baioaria peruenisset:legatis mandat taſſillonem adeant:atqꝫ admoneãt:pluris habeat francoꝝ manſuetudinem:ꝙ arma experiri. Quibus mãdatis ꝑterritus taſſillo nihil cunctatus carolo ſe dedit Datqꝫ theonem filiū cū alijs compluribus ſūma eius gentis nobilitate obſidem.

Abdoꝛiti.

¶ Interea cū hec agerent̄: Abdoꝛiti vetuſtiſſima amicitia frãcis iūcti:qꝛ a finitimis pp̄lis bello īpeterent̄ auxiliū petitū ad carolū mittūt. Ab oceano ſinus eſt qui oꝛientē verſus cētū(vt fama eſt)milibꝰ paſſuū excurrit. Nūc ad vtrãqꝫ ripã abdoꝛiti velatabi atqꝫ noꝛmãni īcolebãt. Abdoꝛitorū legatꝭ carolus opē pollicet̄. Nec cūctat̄ copias illo ꝓmouere.hoſtē ex ſocioꝝ finibꝰ pellere pulſos adigere iuramēto:ne vltra abdoꝛitis:ſꝫ nec alijs pp̄lis bellū ſe incōſulto inferant.

Huni victi ⁊ mirū in modū attenuati ſuis foꝛtunis.

Supererãt huni:qui a ſcithis atqꝫ inde a meotide palude olim mouentes in pãnoniã demigrarant. Hi et opibus et populi multitudine ſocijſqꝫ potentes: atqꝫ aduerſus ſaxones de regionū limitibus contendentes:francos parui habere ceperunt. Igitur aduerſus validiſſimam gentē:delectiſſimū ⁊ numero ⁊ viribus exercitum carolus cōparauit. Octauo tandem anno multis varijſqꝫ prelijs bellū confectum eſt. Victoꝛia de hunis habita:franci quicquid apud hoſtem diuitiarū inuentum fuit in franciam expoꝛtauerunt. Eo bello adeo attrita gens hunoꝛū eſt: vt de ſummis opibus ⁊ beata quadã felicitate delapſi nullum fere prioꝛis foꝛtune ſplendoꝛē retinuerint. Sunt qui memoꝛie prodiderint Adelgiſum deſiderij regis filiū qui biſantium ad imperatoꝛem profugerat eodem tempoꝛe coacto exercitu in italiam veniſſe recuperandi paterni regni cauſa Cuius inanes conatus miſſis prefectis carolus facile fregit adegiſo ſupplicio affecto. ¶ Bohemicū deinde atqꝫ lemouicum bellum per carolū filiū iunioꝛem cōfecta eſſe:quo egregio facto filius indicium paterne virtutis a qua nō degeneraret dedit.

Abdoꝛiti cōtra noꝛmannos.

¶ Necqꝫ diu poſt de noꝛmãnis abdoꝛiti queſtionem carolo afferunt. A quibus affecti maximis iniurijs duce gotofrido eſſent. Indignatus igitur carolus ꝙ victi ſemel noꝛmanni bellum redintegraſſent. claſſe inſtructa illo militem mittit:ipſe terreſtri itinere ꝓficiſcitur. Iam enim tam elato animo gotofridus ſuperbiebat:vt aquiſgrani vbi caroli regia erat ſe caſtra poſiturum iactitaret. Sed non longus laboꝛ carolo fuit. Gothofridus enim a ſuo quodam ſatellite necatur. Moꝛtuo duce:noꝛmanni imperata facturos ſe eſſe promittunt. ¶ Ad hec tã crebꝛo ingruentia carolo bella addere quoſdam autoꝛes non ignoꝛo expeditionem quam religionis cauſa:atqꝫ biſantini imperatoꝛis ſuaſu hieroſolymam carolus duxerit. Cuius rei fidem nō facile admiſerim Nã cum vel in italia:vel in hyſpania:in germania iteꝫ aduerſus ſaxones plurimis locis:in vaſconia rurſus atqꝫ aquitania cōtinēter bella nulla quiete data geſta ſint nullū fuiſſe tempus videtur quo tam longinquum aſſumere bellum potuit. Nec illud afferri poteſt. Poſt acceptū a leone tertio pontifice romano imperij nomen hieroſolimam mouiſſe: tum propter conſtantinopolitanū imperatoꝛem qui emulum imperij ſuſpectuꝫ haberet. Nec conſtat carolū italie aut germanie fines a ſuſcepto imperio preterijſſe. Is quoqꝫ qui vitam et geſta diui ſeruacij memoꝛie prodidit:negat carolū vllaꝫ in ſarracenos expeditionem duxiſſe. Ego vero cū tolleti eſſem: carolūqꝫ magnū magnuꝫ magnis laudibus efferrem:ꝙ hyſpanie bonam partē ad ipſum vſqꝫ tolletū ſubiugaſſet: perlatus eſt ad me liber qui preconia hyſpanie inſcribit̄:vbi hec q̄ de Carolo memoꝛabam eius libꝛi autoꝛis maximo ſtudio ⁊ nixu refelluntur. Quamobꝛem inter tot repugnantes ſententias:quã maxime ſequi opoꝛteat nō diffinio. Tantū illis aſſentioꝛ qui hieroſolimitanã expeditionē nō admittunt.

Quare imperij dignitate Carolus donatus eſt

Nº

¶ Quibus autem cauſis ad imperium carolus ſit ꝓuectus nunc enarrabo. Oꝛta apud romanos ſeditione:q̄dam magna auctoꝛitate ꝓceres in leonē pontificē coniuratione facta:vrbe eū expellūt. Qua iniuria ꝑ legatos ad carolū relata:vltū ſe ire pōtificis iniuriã rex reſpōdit: ratus ad dignitatem ſuã ꝑtinere romanã ſedē tueri Nulla igitur interiecta moꝛa in italiã contēdit. Eius aduētu cōpoſita res eſt:cōiuratis ſupplicio affectis atqꝫ ita carolus pōtificē reſtituit. Reſtitutori gratificaturus leo tertius:ſacerdotū habito cōſilio:carolū.viij.kalē.ianuarias cū frãcoꝛuꝫ regnū tris ⁊.xxx.annos adminiſtraſſet:auguſtū appellat gratū nomē romanis:nec minus italis oībus acceptū. Supꝛa eni trecentos ⁊.xxx.annos cū imperij nomen(gothis oīa fere occupantibus)inſuetū pene eſſet:ad Carolū delatū eſſe nemo nō letabatur:qui ⁊ virtute ⁊ rebus geſtis imperio ydoneus oīm iudicio erat. Imperij aūt appellatio tametſi diu militare officium in bello fuiſſet:cōſuetudine tm̄ inductū ē:vt ij q̄ reipublice gubernacula ſoli inibãt:impatoꝛiuꝫ nomē ad dignitatē trãſtulerit.regio noīe reiecto:qđ poſt exactos reges odio romanis habebat̄. ¶ Imperatoꝛia dignitate decoꝛatus carolus in franciã reuertēs:oībus qua iter habebat locis magna oīm leticia excipit̄. Geſta ſunt a carolo pleraqꝫ alia bella:q̄ ꝑ prefectos vl̄ filios ꝓſpere adminiſtrauit. Sicut illud quod aduerſus britōes ꝑ andulfum geſſit.dū vuarmacie cōtra ſaxones ageret. Hi em̄ britones a britãnis oꝛti cū aliqñ a ſaxonibus britãnia occuparetur in venetoꝛū atqꝫ coꝛoſolitoꝛū terras vbi nunc incolunt cōmigrauerant francis exinde tributū quotannis exſoluētes. Quod cum per id tēpus detrectarēt:ãdulphus caroli iuſſu ſubiugauit acceptis obſidibus quos vuarmaciã ad regē adduxit. Que vero a turpino remenſi pluria ꝓduntur:ea permultū audacie grecanice habere michi vident̄. Figmētis enim ſimilia per poeſim excogitata eſſe crediderim. Cuiuſmodi illud eſt:pampilone muros tubarum concentu coꝛruiſſe. haſtas militum iam diu aridas terre noctu affixas nō longe a tolleto:altera die viruiſſe. Carolū taꝫ valido lacerto eſſe.vt equi complures ſoleas ferreas ſimul ſoluere poſſet. Inſidentem equo armatum militem vno gladij ictu medium diuidere:mucrone in tergum equi adacto. Fuit nichilominus carolo cum ſpecie coꝛpoꝛis valitudo et robur ingenium inſuper excellens: grauitas atqꝫ inceſſus dignitati regie non diſcors. Liberalibus diſciplinis animum excoluit preceptore primũ petro piſano deinde alcuino ãglo viro apprime diuinis humaniſqꝫ artibus erudito quem gloſe in bibliam quam ordinariam vocant autorem antonius florentinus prodit.

Inſtitutio ſchole pariſienſis.

Quo autore pariſienſis ſchola (quam vniuerſitatem vocant) hac occaſione cepit. Delati naue ex ſcotia claudius ⁊ iohãnes: rabanus quoqꝫ ⁊ alcuinus ex venerabilis bede diſcipulis. In galliam cũ veniſſent: nec quicq̃ preter bonas diſciplinas patria exportaſſent: ſe ſapientiã profiteri: eamqꝫ venalẽ habere conclamãt: qua re ad carolum perlata illos ad ſe vocat: vocati libere profitentur ſapientiã illis eſſe quam adipiſci cupientes gratis edocerent ſi vita locuſqꝫ tantuz eis preberetur. Intellexit imperator ingenuã hominũ mentẽ eoſqꝫ cũ aliquot dies apud ſe tenuiſſet. Claudiũ cui nomen erat clemens pariſijs conuerſari: ⁊ generoſos adoleſcentes bonis diſciplinis inſtituere iubet. Johannem vero papiam miſit. Hoc initium habuit parienſis ſchola celebre mox philoſophis atqꝫ theologis gymnaſium. vnde prodiere inſigni doctrina ⁊ eruditione viri: qui nõ ſecus atqꝫ illuminatiſſime faces mirum chriſtiane religioni fulgorem diffuderunt. Ita vt non ab re bonorum ſtudiorum parens (non quidẽ annis: ſed liberalibus religioſiſqꝫ diſciplinis) antiqua a pleriſqꝫ nominetur. Bononienſis etenim ſchola que theodoſio imperãte initiũ cepit: eſt etate ſuperior collegiorũ vero ⁊ doctorum hominũ numero longe inferior. Eloquentie preterea ſtudioſiſſimus carolus fuit cui addidit etiam litterarũ grecarum non paruã cognitionem. Nec vernacula modo lingua: ſed peregrinis inſuper eloqui ſtuduit. Tabellis ceratis carolus vtebatur vt que vel excogitaret per ſe agens: aut inter occurrẽtes curas ſe agenda preſentarent ea ſcriptis mãdaret. ❡ Venientes ad ſe legatos veſte aurea indutus ⁊ gladio precioſis gemmis decoro cinctus ſedens audiebat. Frequẽtiſſimis venationibus gallorũ more delectabatur: exercebaturqꝫ. Balneas crebro petebat admiſſis dicaciſſimis quibuſqꝫ quorum confabulationibus recreabatur. Matre bertha heraclij bizantini imperatoris filia natus eſt. quã mira pietate coluit. Sed ⁊ omnẽ familiã incredibili charitate diligebat. Manſuetiſſimus ad omnia in iure dicendo equitatem: in gerenda republica moderantiam obſeruauit. Religionis in primis reuerentiſſimus cultor ſacerdotes ⁊ clerũ omnem venerabatur. Quod in primis teſtantur ſynodi quinqꝫ per galliam eius precepto habite: maguntie vna: Remis altera: tertia turonis. Cabilone quarta. Quinta arelate. In quib⁹ clero leges: ⁊ debiti ritus ordinati fuere.

Nota de officijs eccleſiaſticis

Cũ vero de rebus diuinis ⁊ vario canẽdi genere ſacerdotes diſceptare audiret: propterea ꝙ ambroſianum illo tempore atqꝫ gregorianum morẽ ꝓmiſcue clerus obſeruabat: obtinuit vt gregoriano reliquus orbis: ambroſiano mediolanẽſis eccleſia vteretur. Pluria templa extruxit ⁊ ditauit ⁊ que diruta cognouiſſet ea mandauit per locorũ ſacerdotes reſtitui atqꝫ inſtaurari. Edes ⁊ palatia complura magno ſumptu iactis fundamentis condidit: que teſtimonio ſunt regijs quibus ornatus erat virtutibus. Et cum in omnes tuz in pauperes liberaliſſimus habebatur. Fuerunt Carolo multe vxores que illũ prole felicẽ reddiderũt. Prima que deſiderij filia erat dimiſſa. Hildegardam nobiliſſimã ex ſuauorum gente virginem accepit. Ex ea nati ſunt Carolus: Pipinus: Ludouicus ⁊ totidem filie. Pipino italiã: carolo citeriorẽ galliam: pater adhuc viuẽs attribuerat. Pipinus venetias inuaſit partemqꝫ inſularuz quibus venetiarum ciuitas conſtat vſqꝫ ad riuum altum occupauit quẽ cũ ex cõiunctis dolijs ponte facto oppugnare cepiſſet: aduerſa tempeſtate ⁊ venetorũ eruptione pons diſſipatus eſt. Cauſa in venetos belli fuit: qꝛ contra concordie prius cum nicephoro habitas leges greco imperatori fauebãt ita eñi fere ſemper compertũ eſt: vt nulla italie pars fidem gallico nomini conſtanter ſeruet. Sed pipino caroloqꝫ prius patre mortem obeũtibus ludouicũ quem vnicum habebat auguſtum coadiutorem aſſumpſit. Circa liberos educandos eam curam adhibuit vt mares bonis diſciplinis: feminas lanificio erudiendas ſummopere ſtuduerit. Cum autez quies illi a bellis conceſſa eſt: triennio priuſqꝫ moreretur. teſtamentũ condidit duabus partibus totius precioſe ſue ſuppellectilis ciuitatum maiorum preſulibus relictis ad reſarcienda templa: ⁊ inopes leuandos. Tertiam liberis nepotibuſqꝫ ⁊ familie pro vniuſcuiuſqꝫ ratione attribuit. Ipſe deinde cũ laxandi animi cauſa venatum pergit: carolus qui per omnẽ vitã inter tot bella reiqꝫ publice ſollicitudines proſpera ſemper valitudine vſus eſſet: febre corripit: qua quinto kalendas februarias abſumptus eſt: anno chriſtiane ſalutis octingẽteſimo quintodecimo. vixit annos ſeptuagintaduos. regnauit quadragitaſeptẽ. ⁊ quattuordecim imperauit.

Prodigia.

Eius exceſſuz preceſſere quedam prodigia. Pila que in templi faſtigio apud aquiſgranum erat fulmine deiecta eſt. Pons item quem apud maguntiam ſupra rhenum extruxerat conflagrauit. Et aquiſgrani porticus qua ab edibus palatinis ad templum via erat corruit.

Quattuor tabule precioſe

Erant in theſauris precioſiorib⁹ regis menſe quattuor tabule argentee: alia aurea. Ex argenteis vnaz que ſimulachrũ vrbis conſtãtinopoleos cõtinebat templo diui apoſtoli petri rome. Alteram in qua vrbis rome effigies exculpta erat rauennati eccleſie dicauit. Tertia que totius orbis imaginẽ preferebat cũ aurea ad filios peruenit.

Epitaphiuz caroli magni

❡ Sepultus eſt magnifico monumento aquiſgrani. cui additus ex firmo lapide arcus cum huiuſmodi inſcriptione. Caroli magni chriſtianiſſimi imperatoris romanorũ corpus ſub hoc ſepulchro conditũ eſt. ❡ Hunc exceſſum habuit carolus qui ob geſtoꝝ magnitudinẽ magnus appellatus eſt. Ipſe nanqꝫ tametſi a patre pipino regnũ grande accepiſſet: multis tamẽ per italiã atqꝫ germaniã galliã preterea angliã atqꝫ hiſpaniã prouincijs ampliatũ reliquit. ❡ Caroli magnitudini aſtipulat᷑ maxime legatio ad eũ a perſarũ rege miſſa. Cuius opes in oriente per id tẽpus florentiſſime erãt qui ingẽtibus donis caroli amicitiã petijt.

Horologiuz carolo miſſũ

In donis fuit horologiũ ex auricalco miro artificio fabrificatum. Vnde excidẽtibus horatim in ſubiectã campanulã duodecies ſingulis globulis ereis tẽpus ſignabat. Erãt quoqꝫ pari numero equites qui ad quãqꝫ horã ſinguli ex feneſtra ꝓdibant: quã in horologiũ regreſſi ipſi claudebant. Fuit preterea ample ad modũ magnitudinis tentoriũ biſſinũ cũ aromatibus ⁊ balſamo atqꝫ elephanto. Idẽ fecere conſtantinopolitani imperatores: quos in amicitia coniũctiſſimos carolus excepit: q̃q̃ nõ ſatis equo aĩo ferrent impatoria illũ dignitate fuiſſe a leone donatũ. Sed illud oĩm maximũ eſt: ꝙ nichil antiquius duxit q̃ chriſti fidẽ dilatare: ⁊ terminos ꝓferre chriſtianorũ.

Nõ mirãdũ ꝙ francoꝝ reges appellãtur chriſtianiſſimi

Cuius exemplũ imitati omnes fere qui ſecuti ſunt francorũ reges magnis atqꝫ excellẽtibus factis cũ religioni ⁊ fidei chriſtiane dignitatẽ cõſeruarẽt atqꝫ ampliarẽt: nichil mirũ inuidis atqꝫ detractoribus videri debet: ſi chriſtianiſſimi appellati ſunt. Itaqꝫ cõſtat nullius gentis tanto labore romanis põtificibus ⁊ alijs preterea per orbem dei miniſtris paſſim fuiſſe ſubuentum.

GLorioſiſſimo imperatori ſucceſſor ludouicus extitit: qui pij cognomen ob morum manſuetudinẽ eſt cõſecutus. Hic puer adhuc aquitanie pricipatuz iuſſu patris obtinuit: preclaros labores aduerſus hiſpanie tyrannos excepit: ciuitatibus multis in aragonia maxime viuẽte patre in ſuã poteſtatem receptis. Nuntio de patris exceſſu accepto: ipſe poſt trigeſimũ diẽ quo aq̃tania digreſſus eſt aquiſgranũ venit. Vbi a proceribus francis q̃ illo viſendi noui regis atqꝫ imperatoris gratia cõuenerant cõſalutatus imperator: ad patris monumentũ deo preces ritu xp̄iano ſupplex habuit.

Carolus ſanctus habet

Carolus ei ob vite merita ĩ numerũ ſctõꝝ relat⁹ ẽẽ a pleriſqꝫ creditur. Cui etiã loci incole diẽ feſtũ agũt. Idqꝫ ab eccleſia romana ꝑmitti hoſtiẽſis iuriſcõſultus tradit. Quo exẽplo ludouicus vndecimus carolũ a pariſienſibus coli noſtra etate imperauit: miſſis vicatim nuntijs qui diem feſtum celebrari populo indicerent pena capitis repugnantibus indicta. Aquiſgrani agens ludouicus recenſito patris teſtamento: legata queqꝫ diſtribuit. quin ſi quos ex familia minoris a patre habitos vel preteritos aĩaduertit: eos aucto legato compenſat. ❡ Eodẽ loco legatos ad patrem miſſos audiuit ⁊ ante omnes michaelis conſtantinopolitani imperatoris oratores amicitiam eius petentes delatoſqꝫ a ſe diui dyoniſij libros qui de celeſti hierarchia inſcribuntur eos ludouico dono dederunt anno ſalutis octingenteſimo. xxiij. Venere quoqꝫ a grymoaldo principe beneuentano nuntij qui in verba imperatoris iurati impata facturos ꝓmittũt. Indicta eſt grimoaldo annua penſio ſex miliũ aureorũ.

Godefridus dalmacie rex

Eodez tẽpore dalmacie rex qui godefridi filiũ regno ſpoliauerat ad imperatorem ſe contulit: ſeqꝫ ⁊ dalmaciam omnem ludouici poteſtati permiſit. Quem non multopoſt in ſaxoniam legat. Nam ⁊ ſaxonibus ⁊ friſijs terras a patre ablatas ludouicus reſtituit: ratus illos ad parendum clementia ⁊ libertate in armorum ⁊ belli ſeueritate propenſiores fore. Sz hanc regis facilitatem ſiue benignitatem pleriqꝫ reprehenderunt: cum huiuſmodi gens pugnax atqꝫ inhumana duris ſemper legibus contineri debuiſſet. ❡ Deficientibus per id tẽpus ab imperio ſclauonibus ⁊ mox item vaſconibus: motus omnis facile compreſſus eſt.

paſchaſi⁹ papa incõſulto ludouico eligitur

Nõ tulit quoqꝫ ſatis equo animo ludouicus paſchaſiũ (leone mortuo) electum ſine ſuo aſſenſu pontificem. Miſſis tamen a paſchaſio ad eum nuntijs primuz deinde ipſo paſchaſio ad imperatorem veniente. Ludouicus per bernardũ lombardie regem ⁊ preterea per arelatenſem antiſtitem: mox ꝑ ſemet obuiã põtifici factus: ꝓdeuntẽ paſchaſiũ reuerẽter excepit. Exceptũ donis honorauit: romãqꝫ dimiſit.

Conciliũ aq̃ſgrani.

Breui poſt mora interiecta carolus aq̃ſgrani ꝯuentũ habuit ſacerdotũ atqꝫ ꝓcerũ. In eo codicẽ de ordine ⁊ ritu eccleſiaſtico condi iubet quẽ per ciuitates ⁊ ſue ditionis loca inſigniora circumlatum ab vniuerſo clero exſcribi ⁊ ſeruari mandauit och uō

Pōtifices vero atqꝫ inferioris dignitatis ſacerdotes quos preclaris veſtibus per faſtū vti et gemmis cōpluribus digitos oꝛnare cognouit: eam pompā deponere humilibuſqꝫ indumentis veſtiri: ⁊ gemma vna tm̄ ad dignitatis indiciū cōtentos eſſe imperat.

Belluꝫ a bernardo lōbardo in carolū

¶ De liberis autem quos tres habebat hec fuit ludouici inſtitutio: lothariū imperij cōſoꝛtiū ſecuꝫ habere voluit Pipinū aquitanie prefecit. Ludouicum in baioariam legat. Ipſe militū prefectis negociū dat abdoꝛitas petere quos ab eo defeciſſe accepat Qui primo fere aduētu ſe prefectis ſummiſere. Interea dū venationi indulget nunciatur bernardū ex pipino italie rege qui mediolani ſepultus fuerat nepotē lombardie regē: conſilio egedonis (quo amico carolus aliqñ vſus fuerat ⁊ regneri qui palatij prefecturam ſub carolo magno geſſerat) bello ſe parare ⁊ ad apertaꝫ defectionem copias cogere. Iam quoqꝫ anguſtias alpium occupaſſe ⁊ firmo tenere preſidio Eam ob rem ludouicus celerrime exercitum ex francis alemanniſqꝫ confectum educit. Cum autem cabilloneꝫ caſtra admouiſſet: bernardus de imperatoris expeditione certioꝛ factus: cū eos quoꝛum auxilijs nitebatur perterritos videt: ipſe ad carolū quē benignuꝫ atqꝫ ſibi indulgentem foꝛe ſperabat venit: atqꝫ ad pedes imperatoris ꝓcumbens culpamqꝫ cōfeſſus: auctores quoſqꝫ nomine deſignat. Bernardi exemplo reliqui conſultores idem faciūt. Inter quos erant epiſcopi tres. Aſſelinus mediolanēſis: vuolphonſus cremonenſis: ⁊ theodulphus aurelianēſis. Hos oēs in cuſtodia victos aq̇ſgrani haberi ludouicꝰ iubet. Quo et ipſe hybernaturꝰ erat.

Pena reoꝝ

Prio vere dñice reſurrectiōis die exacto: bernardū cuꝫ ſuis ꝑticipibus ſibi ꝑñtari iuſſit Cui tāetſi romanis legibꝰ capite dānari debebāt: pius tm̄ rex ſatis habuit oculis malefactores ꝑuare. Sꝫ huius leuioꝛis pene tanqꝫ ſcelere careret ipatiēs bernardꝰ: capite ceſus ē. ginalū itē q̇ regiꝰ cubicularius extitiſſet par pena ſecuta ē. Antiſtites aūt dignitate amotos monaſterio addixit: reliq̇s relegauit. Dū hec agunt britōes duce normāno a frācoꝝ fide deciſcunt. Ea re cognita ꝓgreſſus aduerſus illos venetis id eſt vanne concilium indixit. Inde in britones mouet: nec deſtitit donec normānus a carolo quodā ſuo aulico interfectus nuntiatur. Rege amiſſo britones in poteſtatem ludouici deuenere. Vaſcones inde rebellarunt. Sꝫ pipinus ludouici filius inſtabilis populi ferociam ita compeſcuit: vt non temere quiſpiaꝫ poſtea aduerſus imperatorem arma ſumpſerit.

Normāni pirate.

Lindeuintum preterea pannonioꝛum tyrannū qui aquilegiam bello premebat copijs ad boꝛnam prefectum equitum miſſis fugat. Per id ferme tp̄s pirate ex dacia occeano delati cū neqꝫ ī flādriā neqꝫ in neuſtriā (poꝛtubꝰ firmo preſidio occupatis) appellere poſſet: in aq̇taniā exercitu vacuā irrūpunt: quā repētinis incurſionibus vaſtatā relinquētes: ad ſuos ſe rettulerūt. Lindeuintū varia diu foꝛtuna ſeruauit. Nā ꝓcedentibus aduerſus eū francis munitiſſimo atqꝫ edito caſtello ſe continebat. Interdū ab aquilegienſi comite vandra fugatus ad dalmatas ſe recipiēs occaſionē in pannoniā remeandi exploꝛabat. Sed verſipellis hō tandē clā interceptus occiditur.

Lotharꝰ auguſtꝰ a paſcale appellatꝛ

¶ Inter hec ludouicus cū lothariū in lombardiā dimiſiſſet: lotharius rebus iter lōgobardos cōpoſitis a paſchale pōtifice romano acceſſit. Quem dñice reſurrectōis feſto in vrbe exceptū paſchalis inſignibꝰ imperij donat auguſtūqꝫ appellat. Inde vero papiā aduenīēs aliquot illic dies ꝓpter impendētia negocia moratus eſt. Quibus partim nō abſolutis ad patrē ea que geſſiſſet: rettulit. Qui lombardie rebus bene conſultū eſſe volēs: moꝛingū ex aulicis nobilē ⁊ alardū palatij comitem ad lōgobardos legat q̇ cetera ꝓ viribus curent.

Romani tumultuantur.

paſchalis pape apd̄ ludouicuꝫ purgatio.

¶ Dū hec in francia geruntꝛ: rome tumultus exoꝛitꝛ: īterfectis in edibus pōtificis theodoꝛico eccleſie romane ſcriba ⁊ leone donairo: q̇bus priuſqꝫ moꝛte afficerentꝛ oculi eruti fuerāt ob id maxīe ꝙ lothario fidi haberentꝛ: cuius immanitatis culpā in paſchalē pleriqꝫ transferebāt. Ea re ad ludouicū ꝑ nuntios delata: adelugo diui vedaſti atrebatis abbati: ⁊ huffrido comiti negociū dat criminis autoꝛes inquirēdi. Sed nondū curia abierāt: ecce pōtificis paſchalis oꝛatoꝛes ludouicū cōueniunt qui paſchalem omni ſuſpitione liberent Verū hac purgatione nō cōtentus imꝑatoꝛ: nuntios quos paulo ſupꝛa noīauimus mandata abſoluere precipit. Illi romā ꝓfecti perquiſita diligēter veritate pōtificis iureiurādo comperiūt nullā huius moꝛtis labē ad paſchalem ꝑtinere. Interea ludouicus regni curā nō omittēs: vrbes ⁊ populū viſere: ⁊ quid paſſim gereretꝛ cognoſcere pergit: vt oppꝛeſſis leuamē: iniquis penā inferret. Quibus pro tp̄e quantū ad ſe ꝑtinere arbitrabatur pactis: compendiū quo ꝓcerū conuentū indixerat reuertitꝛ. Ibi redeūtibus roma legatis accepit paſchalē innocentē eſſe. Eā ob rē pōtificis oꝛatoꝛibus liber diſceſſuꝫ ꝑmittit.

Bulgari

Britones ꝑfidi

Inde aquiſgranū ꝓgreſſus imꝑatoꝛ bulgaros amicitiā eius petētes audit. Britonū ꝑterea legatos in q̇bus yuo vinemadius erat hō inter ſuos appꝛie nobilis ⁊ potēs liberaliter habuit Hi ſe regioneqꝫ cū vxoꝛibꝰ ⁊ liberis ludouico ꝑmiſere. Donati magnis muneribus britones abſceſſerūt. Mox aūt yuone duce finitimos bello impetūt ⁊ eos potiſſimū qui imꝑatoꝛi erāt audiētes. Sed paucis interiectis diebus domi a ſuis interfectus perfidie ſue penaꝫ yuo luit. Per idem tp̄s pax quā petebāt normānis cōceſſa eſt. Cū bulgaris item res cōpoſita.

Heryo princeps normānus baptiſatꝛ

Organa miſſa ludouico.

Nō

¶ Agēti poſt hec in germania ludouico: heryo princeps normānus cū vxoꝛe ⁊ multitudine bona ſue gentis ad ludouicū religionis plenus acceſſit ⁊ ſacroſancto chꝛiſtiane fidei lauacro ablutus eſt. Cui foꝛmidāti ne a ſuis ꝙ chꝛiſtianus eſſet patria pelleretꝛ. Ludouicus locū illi apud friſones munitū attribuit in quē periculo imminēte ſe tuto reciperet. Tradūt nōnulli auctoꝛes quendā geoꝛgiū ſacerdotē grecū eodē tp̄e a bauduyno pānonie prefecto deductū fuiſſe ad ludouicum: q̇ cōcinandoꝛū oꝛganoꝛū cū admirādus opifex eſſet: gratiſſimus ideo imꝑatoꝛi fuit. Nā qꝛ id muſici genus inſtrumēti frāci nōdū cognouerāt geoꝛgiū adulpho queſtoꝛi palatino ludouicus aſſignat qꝛ ſtipēdio ⁊ ijs q̄ ad artē cōuenirēt ſacerdotē iuuet. Hinc oꝛganoꝛum vſus in franciā primitus emanauit.

Prodigiuꝫ. Nō

¶ Inuenio ꝑterea multa de aſonte quodā ſaraceno ſcripta eſſe q̇ ex affrica in hiſpaniā traijciēs barchinonā vſqꝫ: atqꝫ ceſarauguſtā copias admouit imꝑatoꝛē quoqꝫ ꝑ prefectos prio aduerſus illū bellū geſſiſſe. Sꝫ ducū incuria atqꝫ inertia reꝫ infeliciter ſucceſſiſſe. Quibus officijs amotis pipinū aq̇tanie regē ⁊ hugonē principē palatinum: maufredū preterea in hoſtē miſiſſe. Ceterū his pigerrīe ⁊ lēto agmine incedētibus priuſqꝫ pyreneū ſupaſſent: oīa ꝑdēdi ſpaciū hoſti reliq̇ſſe ita vt ad hāc calamitatē ꝑtinuiſſe pleriqꝫ dicerēt ꝓdigiū qđ paruo ſupꝛa tp̄e viſuꝫ eſſet. Acies eni concurrentiū in ſe militū cruoꝛe madētes in celo apparuiſſe nūciabatꝛ. Nec moꝛa interpoſita per nūtios ludouicus cognoſcit nouas copias aꝫonti aduenīſſe. Quare lothario cōmittit ex auſtraſia militē deligere: ⁊ īfeſto exercitu petere hoſtē. Mouit igitꝛ lotharius ⁊ dū lugduni cōſtitiſſet: pipinus eius frater magnis itineribus ad eū venit. Fratribus vero de rōe inſtātis belli conſiliuꝫ capiētibus: nūtius quē exploꝛatū q̇d apud hoſtē ageretꝛ lotharius miſerat: ab hiſpania reuertitꝛ. Refert mauros q̇dem in hiſpaniā penetraſſe: ſed tandem inde ſe recepiſſe: nec bellū vltra moturos eſſe. Ea re cognita pipinus aquitaniā: franciā repetit lotharius.

Vuarmacia vāgionuꝫ nō ꝓcul a rheno in germania ciuitas

Cōiuratō in regem

Verberia

¶ Dū hec aguntꝛ cauſa īcidit ludouico vuarmaciā: haſburgūqꝫ ꝓficiſcēdi. Nuntiabatꝛ eni normānos baioarioſqꝫ cōparatis armis in germaniā peruēturos. Ea res ⁊ ſi caruit fide: maius tm̄ crimē ab ijs quos officio admotos memoꝛauimus in ſe moliri cōperit. Quāobrē berardū ad ſe ex hiſpania accerſitū cubiculari honoꝛe ⁊ palatij prefectura donat credita illi ſui coꝛpis cuſtodia. Sꝫ ea res q̄ꝫ cōiuratis cōcepti in regē facinoris paululū moꝛe obiecerit: clā tm̄ quos ꝑñt ſollicitāt ⁊ blāditijs demerentur. Neqꝫ verentꝛ pipinū in patrē aīare: memoꝛātes berardū aulicis oībus dñari: eoqꝫ ſupbie euaſiſſe: vt aſpernaretꝛ vniuerſos. Sꝫ nec ludouicū hoīs magnitudini etiā ſi cupiat obſiſtere poſſe: ꝙ potionibus atqꝫ magicis ſoꝛtibus regis mentē ob regine iudith cōcubitū ſibi berardus deuinxiſſet. Niſi tāto dedecoꝛi prudēs filius occurrat: cōtaminationē in dies ſoꝛdidioꝛē foꝛe: ⁊ vires demū in ꝑnicīē imꝑatoꝛie celſitudinis adepturā. Hec ita obloquentibus cōiuratis: pipinus fidē adhibet: ⁊ armatoꝝ nō parua multitudīe collecta aureliā petit. Odonē vrbi a patre prefectū officio exturbat: ſubſtituto in eius locū māfredo. Ab aurelia verberiā ad riſpam iſare vicū contēdit. Eoꝝ aduētu citiſſime (qꝛ compendij agebat) cognito: ludouicus iudith reginā laudunū ꝓficiſci: ⁊ in tēplo virgīs marie moꝛari iubet. Berardū itē abire a ſe: et ſalutē ꝓcurare admonet. Petentē laudunū reginā cōiurati ꝑſequuntꝛ miſſis ad eā reuocandam garino lābertoqꝫ cōiurationis ſocijs: cū īperio: reginā aduerſus eos quicqꝫ molienteꝫ a tēplo depellēdi depꝛehēſam ad ſe ꝑducēdi. Miſſi imꝑata exequuntꝛ reginā ad ſe perductā cōiurati religionē ꝓfiteri cōpellūt. Et preterea iureiurādo aſtringūt imperatoꝛi ſuadere vt ſe imperatoꝛia dignitate abdicet: ⁊ in monaſterij ſolitudine conuerſetꝛ. Atqꝫ ita ad regē ſub coniuratoꝛū cuſtodia regina accedēs: poſtqꝫ loquēdi copia facta eſt virū oꝛat: vt ꝑ eius aſſenſum ſibi liceat velum moniale recipe. Ipſum vero carolū non pudeat: tranſeuntis ſeculi momentaneam dignitatē deſerere: ⁊ eccleſiaſticis rebus obſeq̇: qua vna ratiōe impendentē ſibi moꝛtem euadat. Vxoꝛi vir reſpōdet de re quā precaretꝛ ſe conſiliū capturū. Nec pluribus verbis vſus rex reginā a ſe dimittit. Quā reſpōſo imꝑatoris cognito cōiurati ī diue radegōde cenobium qđ pictauie eſt relegāt.

Cōuentus apud magonciam.

¶ Per idē tp̄s ex lōbardia lotharius ad prēm reuertitꝛ. Cui tāetſi q̄ a ꝓditoꝛibus geſta erāt nō ingrata eſſent: patri tm̄ nequicqꝫ aduerſatus ē At cōiurati cū intelligerēt abſqꝫ ꝓcerū conuētu regē deijcere nō poſſe: magnis viribus enituntꝛ cōſiliū in frācia haberi. Repugnabat tamē ludouicus ꝙ ſciret francos ab inimicis aduerſuꝫ ſe perſuaſos eſſe. Maguncie ꝓpterea conuentū indixit mandatqꝫ neminē in conciliū cū armis admitti. Cōuenere ex alemānia q̄ꝫplurimi ludouico fauētes. Hildonē vero abbatē: qui eo cū armatis acceſſerat conclaui egredi iubet. valaſco quoqꝫ corbienſi abbati armis inſtructo mãdat cenobium repetere atqꝫ in eo ꝓ legibus monachatus cõuerſari. Quo cõſternati facto cõiurati: lotharium adeũt ⁊ multis precibus orant: ne bene rei gerẽde occaſionẽ omittat. Opus eſſe acie pugnare: aut cõcilio rege inuito abire. Sꝫ cognito qđ ab inimicis agereť ludouicus ad ſe venire lothariũ iubet. Modeſte admonet filiũ pater: caueat credere cõiuratorũ mendacijs. decere filiũ patri obſequi. Cõuenerat ingẽs populi turba in atrio palatij que filij cũ patre cõgreſſum iniquo aío ferens tumultuabať ita vt iam ad pugnam furẽs ꝓcederet niſi e feneſtris palatij ludouicus vna cuꝫ lothario ſeſe cõmõſtrantes populi ſeditionem ſedaſſent. Quiete a tumultuantibus data: cõiurati oẽs ergaſtulis deduntť. Quibus tamẽ pius imperator nichil irrogati vltra paſſus eſt q̃ laicos locis ſpũalibus: clericos vero monaſterijs ꝑpetuo adigi imperauit. Theodulphũ aũt qui diui benedicti ſigerĩẽſis abbas primũ deinde aurelianẽſis epiſcopus fuit: inter cõiuratos delatũ andegauiã relegauit. Ubi cũ ludouicus die ſupplicationis que dominica palmarũ ſolẽnitate habeť eſſet: audiſſetqꝫ theodulphũ carmina recitanteꝫ que ob feſtũ diem ipſe ediderat viri religione motus epiſcopũ liberauit.

Honoris ſedes peſtilẽtie cathedra eſt.

Hec paulo latius a me narrata ſunt vt facile intelligat lector: honoris ſedes peſtilentie cathedras a dauide rege pulchre appellari: quas nemo fere cõſcendit cui a laboribus quies a periculis ſecuritas concedatur. Illis maxime quibus inuiſa eſt alterius poteſtas: quoniã plus dignitatis atqꝫ diuitiarum accipiunt putãtes alieno fulgore ſuã obſcurari. Patris enĩ longior vita filio ſeruitus videtur: odit patris cõpoſitos mores. quaſi illi obſtẽt: q̄ per omnẽ licẽtiã laſciuire ⁊ bacchari conſtituit.

¶ Rebus ita vt dictũ eſt cõſtitutis: ludouicus aquiſgranũ regreſſus vxorẽ ex monaſterio vbi in aquitania exulabat reuocari iubet quaꝫ nullo honore habuit: donec ab ſtupri ignominia ſe purgaſſet: purgatã cõiugali thoro dignatus eſt. Dimiſſis a ſe poſtea filijs: lotharius ĩ italiã proficiſciť: pipinus aquitaniã: ludouicus baioariã petit.

¶ Interea miſſis ad ludouicum theodorici in germania agentẽ nuntijs mauri pacẽ impetrant. Pipinus vero non multo poſt in ſuſpitionẽ rebellionis venit q̄ ad patrẽ vocatus nõ veniſſet. Comprehẽſus ꝓpterea treuerim in cuſtodia miſſus eſt. Sꝫ ſiue iniquitate ſiue negligẽtia cuſtodũ noctu aufugit. Nec quieſcere delatores ⁊ oſores pacis potuerũt. Fratribus ſuadent vnũ in locũ conuenire: vbi de regni ſtatu ⁊ conditione ſimul agant. Inſuſurrãt patrẽ in filios malo animo eſſe. Opus illis eſſe tutela aduerſus malignantiũ inſidias. Nec tardãt creduli fratres copias cõpellere. Et vt ceptis patronũ adhiberent: gregoriũ quartum pontificẽ romanuꝫ in franciam aſciſcunt: quo mediatore per ſimulatã pietatẽ apud patreꝫ (ſi neceſſe eſſet) vterenť. Conſilio filiorum perfecto: ludouicus cũ expeditiſſimo exercitu paratus adeſt. prius tñ q̃ prelio quicqꝫ tentaret: bernardũ epiſcopũ ad filios mittit.

Gregori⁹ q̄rtus papa ad ludouicuꝫ venit.

Per eum diſſidentes filios hortať ad ſe piuꝫ patrem conuertanť: euꝫ eſſe qui paterno illos affectu diligat: cupiatqꝫ ſecum vna viuere atqꝫ imperio potiri. Cum his mandatis ꝓfectus bernardus irritam habuit legationẽ: obſtinatis aduerſus patrẽ filijs. Affirmantibus etiã pleriſqꝫ romanũ pontificẽ ideo aduenisse vt filiorũ cõſilio ſi non cõgrueret pater: ludouicũ excõmunicatione feriret. Idqꝫ vero eſſe ſimile videbať.

Ager mẽdaciorum.

Sed obſtitere pontifici franci antiſtites. Igitur cũ de concordia nõ conueniret: vterqꝫ exercitus in campo cui poſtea mẽdaciorum agro appellatio fuit: diſpoſitas acies inſtruxit: ita vt nichil preter ſignũ congrediendi pugne deeſſet: cũ ad imperatorẽ venire romanũ pontificeꝫ nuntiatur. Quẽ nõ admodũ beniuolo ⁊ reuerenti animo ludouicus admiſit. In regium tñ tabernaculum ꝑductus pontifex iureiurando firmat ſe ea tantũ ratione veniſſe: vt conciliatõis auctor ſit: qñ quidẽ intelligeret patrẽ filiorũ cauſam audire nõ velle: ſue dignitatis atqꝫ officij eſſe belli cauſas quo ad per ſe fieri poſſet tollere: et nõ ſinere armis digladiari quos taꝫ arcto generationis vinculo natura cõiunxiſſet. Ad hec pontificis verba ludouicus reſpõdit. Nulla ſe re filios exaſperaſſe: neqꝫ in eos tuliſſe arma. Adductos illos eſſe perditorum quorundam hominũ mendacijs: vt in ſe patrẽ concurrerent. Quod cũ ita ſit: non tñ ita ſe ira aut odio teneri: quin penitẽtes filios paterna pietate recipiat. Placere quidẽ ſibi ſi diſcordãtes ad charitatem reducere pontifex elaboret. His inter pontificẽ ludouicũqꝫ cõdictis: gregorius ad filiorum caſtra reuertit. Ubi multa immutata cõperit. Nam dũ pontifex apud ludouicũ agit: magna plebeiorũ militũ qui cũ ludouico militauerãt ad filios deficiunt. Et pontifex ad imperatorem vt conuenerat nõ redijt: filijs eius regreſſum impediẽtibus. Ludouicus bona parte ſuorum deſtitutus: metuens quoqꝫ in furẽtis multitudinis poteſtatẽ tradi: ad filios mittit. Orat ne patrẽ in perditorũ manus venire ſinant. Illi renuntiare patri iubent. ſi caſtris egrediatur ſe illi obuiam profecturos. Progreditur igitur pater cui filij occurrentes ex equis deſiliunt: excipiũtqꝫ digna reuerentia parentẽ. ille cõtra oſculo filios dignatus: in caſtra filiorũ venit. Mox ablatam illi iudith vxorem tortonam relegãt. Imperiũ inter ſe partiũtur. Que dũ fieri gregorius videt illachrymatus romã ſe recepit. Hoc gregorio autore pars illa q̄ eſt a mole adriani ad vaticanũ vſqꝫ muro claudi atqꝫ muniri cepit Ludouici huius impenſa. At leo quartus q̇ gregorio poſt ſergiũ. ij. ſuffect⁹ eſt ope abſoluto eã a ſuo noĩe leoninã appellauit. Ludouicus in baioariã abijt: in aquitaniã pipinus reuertiť. Lotharius patrẽ ĩ monaſterio diui medardi arctiſſima cuſtodia: ⁊ carolum iuniorem filiũ aſſeruari mandat.

¶ Huius rei indignitatẽ ſi quis diligenter putet: malit mea ſententia celebs priuatuſqꝫ viuere q̃ filiorũ fecũdiſſima ſobole eẽ parentem: a quibus ꝑ ſũmã ingratitudinẽ e ſupremo honoris culmine ſe deiectũ aliqñ queratur. Ludouicus tanta calamitate accepta de ſua flebili cõditione epiſtolã edidit: qua poſteros admoneret etiã ſũmis quibuſqꝫ principib⁹ a domeſticis atqꝫ ab ipſis liberis impendere pericula. Quod enĩ conſeruandis regibus firmius preſidiuꝫ q̃ pietas q̃ manſuetudo: q̃ clementia et libarilitas eſſe poteſt? In has tamẽ virtutum tã firmas munitiones irrupit filiorũ aduerſus pium ⁊ beneficũ patrẽ iniquitas. ⁊ ſeua ambitio dominãdi.

¶ Ludouici pij de acceptis a liberis ſuis iniurijs dũ ſueſſione apud ſanctũ medarduꝫ in cuſtodia eſſet querela et comploratio.

Fractus robuſti olim brachij viribus: ego ludouicus ceſar imperator auguſt⁹ dei diſpenſante gratia orbi romano imperans: cũ late in populos iuris habenas immoderatius relaxauiſſem: indulgẽtia noſtra quidã diſſoluti impugnãdo pietatem: in infidelium ꝓrupere crudelitatem. Quod malum eo vſqꝫ incãduit: vt ipſos quoqꝫ predulces natos meos in me ſeuire cõpulerint. Ad locum ſic forte venitur qui ex euentu rupte fidei pacis ⁊ ſacramentorũ: mentitus campus extũc appellatur. Hic me oĩs pene meorũ militũ manus deſerens: eo vt retuli ꝑduellio filios meos (horrendum facinus) inuoluit et prefices ſceleris eſſe delegit: inſonti mihi multa morti obnoxia imputãtes. A nũqꝫ leſis multipliciter leſus ⁊ deluſus: nefandorũ actuũ meorũ nõ imemor: equiſſimo dei iudicio hec me digne perpeti cõminiſcẽs: caſus equanimiter ferebam. Sueſſionis ciuitate deinde inimica cohorte vallatus ad ſanctorũ dominorũ meorũ medardi et ſebaſtiani cenobium ꝑductus ſum. Et quia ſciebant me illum locũ diligere plurimũ: conciliabantur inibi me fortuitu poſt deſperationẽ ſpõte arma poſiturũ. Quo cũ me publica cuſtodia artauiſſent: quatenus qđ callide tractauerant ope cõſũmarent: quoſdam ſubmiſere: qui vxorem meã in monaſteriũ virginũ ſanctimonialẽ factam: vel quod verius audiſſent mortuã mihi nũciarent. filiũ quoqꝫ meũ paruulum et innocentẽ carolum bone indolis puerulum: quẽ nouerãt pre oĩbus mihi amantiſſimũ attonſum: et monachorũ firmarent ceſtui adnixum. Quod ego audiens ⁊ me continere non valens: quippe qui regni decore ſpoliatus: coniuge priuatus. filioqꝫ eſſem orbatus: dieb⁹ non paucis eiulans: nullo cõſolatore fruitus: languoris violentiſſimi paulatim me ꝑſentiebam ex triſticie magnitudine eſtibus aduri. Et q̄r preter deũ conſolatorem neminẽ habere poteram (qm̃ quidem aditus ⁊ colloquiũ negabať oĩbus) ad eccleſiã tñ et ad fratres rara via: ⁊ ipa cũ ſumma ꝓſpectione cuſtodum patebat: inſedit aĩo illuc ire. Quo cum deueniſſem oĩm veſtigijs ꝓuolutus: morbi quo afficiebar plagam medicis ſapientibus retuli. Quibus vt quanti leuaminis apud ꝓpitios dños obtinerent ſupplicaui vt ⁊ ꝓ requie coniugis quã exemptam vita arbitrabar miſſas celebrarent ⁊ attentius orarent venerabilem religioſitatem eorum obnixe efflagitaui. Qui afflictionibus ⁊ miſerijs meis prudenter compaſſi: ꝑ merita et interuentum ſanctorũ quibus deſeruiebant: veluti futurorũ preſcij ꝓximã pollicitati ſunt ab oĩpotente mihi affuturã medelam. ſi tñ fidei ſacramẽtis aĩm accomodarẽ. Sic ab eis bene confortatus poſt orationẽ ab illis deductus noctis ergaſtuli antris ita demũ ſum reſtitutus. Sequente noctis vmbra: cogitatu ſedulo lucicomũ deſiderabam cernere ſydus: ingreſſuſqꝫ ſancte trinitatis vicinũ carceris oratoriũ poſt matutinalem expletionẽ ſolus inibi ꝑnoctans: cum ꝑ feneſtrã intuitum extra dirigerem quẽdam cuſtodũ vltra vires immerito tamẽ mihi infenſum: ſub imbrice cominus video iacentẽ ⁊ ne vel ꝑmodico maceriei foramine elaberer ipo ſtatu ſeruare cupientẽ. Quẽ ſomno et mero ſopitũ deprehendẽs: inter alta cordis ſuſpiria ridiculũ mihi omen melius aſpectans oboritur. Enimvero cũ ita diffuſũ ſolotenus et eius eſſem frequenti ceruicalis quo ſuperfuerat expoſitus repulſu viderẽqꝫ eum penes fundamina baſilice impexũ ſcalam concite que ad accẽdendos faros angulo fuerat repoſita ſubiens funiculum ocio torpentẽ ſuper a laquearibus ſolui. Cominuſqꝫ haſtas quibus vexilla tẽpore letaniarum aptanť conſpiciens: vni earũ funiculum cum laqueo ſubnexui: perqꝫ eandem feneſtram ieci. Hac comprehenſum arte mucronem ſuſtuli: inqꝫ altas et ſqualentes feci iactare latrinas: vocatoqꝫ eius nomine. aio ad eũ O cuſtos puigil: tuoꝝ ſpes fidiſſima: vigilas ne? Ad hec ille. Vigilo ⁊ bene vigilo. Cui iterũ ego: et quid ſtruis? ⁊ ille. Quid de his inquit tibi? Rurſus ego. Si forte repentina neceſſitas cogeret: forſitan gladius manu abeſſet. Illo ad caput brachia conuertente: et cum huc illucqꝫ queritanti: ſi me dixi ſic cuſtodiſſes: hodie me nequaqꝫ hic habuiſſes. Quicquid inquit illud eſt quod de mucrone actum eſt: ſatis ſupqꝫ te vt iuſſus ſum ſeruaui: ⁊ ſeruare curabo. Et ego. Vade ergo et in munere fidelitatis huius et vigiliarum tuarum: illo in loco competenti armamentario quẽ turpiter amiſiſti recollige mucronẽ. Eadẽ ipa die: quidã fratrũ explorãtes totius cauſe mee veritatis tenorem: per harduinũ qui quotidiano miniſterio ante me miſſas pſallere conſuerat ſcripto miſere. Cũqꝫ de more ei oblationes deo mactandas: maxime ꝓ coniugis mee abſolutione quã humanis exemptã rebus credebam offerrem: ille meã cautius ſtringens manum: ſecus altare eſt dixit. Poſt conſũmatam hoſtiam: omnes cum foras egreſſi fuiſſent: ſubſtiti ſolus: ⁊ ſacello ꝑlectam colligens rotulam viuere vxorem: et nil in filiũ meum ſiniſtri operatum cognoui: et complures iam peniteri ꝙ taliter fidem ruperint: et a me diſceſſerint: ferocibuſqꝫ animis certatim reſtitutionem regni moliri. Quod deo fauente: reſqꝫ in melius ꝑ obtentum ſanctoꝝ ſuoꝝ transfundente: ad ꝑfectum deduxere.

Alia eiuſdem Ludouici comploratio.

VErum quãqꝫ anguſtius regni recuperato faſtigio priſtine dignitatis perfruerer gloria meoꝝ: attamen non immemor votoꝝ ac precationũ quibus excellẽtiſſimũ martyrem ſebaſtianum rogaueram: et me incunctanter accepturũ credebam: inſurgente rurſus perduellione cum paſſim regni quietudo ꝓpugnaretur: et pacis tranquillitas confunderetur. pro his ſanctum ſupplicaturus ad predictum acceſſi locum. Et quia ſepenumero in huiuſmodi priuatis ſeu publicis eius prepotens auxilium fueram expertus. ſuꝑ his quoqꝫ ſolitũ quo impartiri dignaretur precabar enixius. ¶ Proxima ruente nocte illud quod ante dies rogaueram: nocturno viſu accipio euidentiſſimis indicijs: ab eo celitus vt reor mihi condonatis. Sed vt ingruentiũ cladium ruina nulla pateretur ratione oblatas mihi duplicare moras. Hinc digreſſus: diſcrimini me pro cõmiſſis a deo pplis tentabam impendere: ⁊ certamini ſi res exegiſſet: viriliter exhibere. Hinc me ꝓficiſcentem prepoſitus huius almi collegij thenterus nomine ꝓſecutus noſtri comes efficiebatur itineris. Cũqꝫ penes me equitaret et ꝓcul a ſancto loco diuelleremur caput retorquens: ⁊ in eũdem prohdolor vltimũ aſpectum conuertẽs: intimi cordis merore turbatus: ſuperexcreſcẽtes profunde meſtitie fluctus: inhibere vltra non valui. Triſtis et merens: amaras fundere lachrymas letaliter concluſus cepi. quid agendũ mihi potius foret valde ſuſpenſus. Votum ſancto deuoueram: cuius operandi diẽ prefixum videbam. Vite ab eo finem perceperam: cuius me tranſgredi metas non licere ſciebã. Deniqꝫ cõmiſſũ mihi ad regendũ xpianũ a deo imperiũ: haud ignorabam. Cuius vſqꝫ adeo cũ omnẽ labefactari orbem conſiderarẽ: et vicinã deſolationem quã preſcieram/formidarem: reum me ſuꝑ hoc inueniri proqꝫ hoc eternis ſupplicijs damnari ab illo metuebam: qui vniuerſoꝝ auctor extaret et dominus: iudexqꝫ venturus vnicuiqꝫ ſecũdũ opera eſſet redditurus. Ille taliter me triſtari conſpiciẽs: diutius quidem conſultum tenuit. Erat enĩ vir in oĩbus fideliſſimus. Et cũ iam vberrimũ meoꝝ fletuũ imbrem ferre nequiret. Ipe quoqꝫ ex hoc ꝑmotus in lachrymas ruit. Quid inquit optime ceſar tibi et tuis grauiter deſtitutis hec prodeſſe poterunt? Per te conſolabantur vniuerſi: hilaritas tua ſi meſtis patebat: dolorem omnẽ euacuabat. Noli domine et glorioſiſſime imperator. noli hoc ſeruis tuis letalis triſtitie vulnus in re: cui ſũma ſemꝑ iocunditas vultus ſereniſſimi: obnubilationem talem oſtẽtare. Hoc tuoꝝ militum corda brachiaqꝫ diſſoluentur. hoſtium vires robora concipient. Singulare id dũtaxat tuis eſſe debet ſecretum: quod ita tui pectoris turbare potuit letiſſimũ ſemꝑqꝫ quietiſſimũ ſtatum. His fortaſſe ſi fideliter tibi compaſſi fuerint: dabitur vt conſolationis remedia valeant reperire. Et ſi ſecus fieri nequibit: leuius deinceps cum huius rei plures ceperint effici participes feres. Tũ ego que fideli nouerã perſuaſione edita: conſolatoris mei verba ſuſcipiens: ei cauſam reddidi: ei quid lateret corde: detexi ꝓtinus ore. Sanctum illũ locum me amauiſſe plurimũ dixi: quem vltra me non videre: ſancti martyris agnoueram reuelatione. Votum inſuper vouiſſe cuius effectum prohibuiſſet fluctuatio collati imperij. Et niſi formidini ab hoſtibus imputaretur: aut eius quod ſupra modũ pertimeſcendum erat: ab omnipotente ruina exigeretur:

arma purpuram et ſtemmata quã libentiſſime ibidem deponere voluiſſe. Inde ab eo cum ſalubrius conſilium expeto dari: tale percepi. Bonũ inquit votum tuum glorioſiſſime ceſar. ſed ſicut docet beatus gregorius. deo nihil bona voluntate dilectius. Magnum quidem eſt quod optas renũciari ſeculo et omnibus que poſſides: ſiquidem per hoc chriſti imitator eſſe potes. Verum multorum ſalus a quibus ꝑficitur multiplicia in ſingulis premia pollicetur. Illud tibi iſtud omnibus conſulit. Magnum illud: ſed maximũ eſt iſtud. Hoc ſi non poteſt operari voluntas: in iſto poterit remunerari. Deniqꝫ in deo fuit id magis mirabile: ꝙ dignatus eſt mori pro ſeruis. Caritatis augmentum: maius idem ipſe commendauit eſſe: ſi quis pro fratre non dubitaſſet aĩam ponere. Fecit quod docuit: pro nobis aĩam poſuit. Pertulit dominus mortem vt ſeruus reciperet dignitatem non neceſſitati ſuccumbens: ſed plaſmati ſuo ĩeffabiliter ſubueniens. Quod ſequamur exemplum in ſeſe oſtendit: et danti operam: palmã victorie ꝓmiſit: et permanens premiũ repoſuit. Quia ergo gregem ſuum regimini veſtro cõmiſit ꝓ eo ſi neceſſe ſit: vſqꝫ ad mortem decertandum eſt vobis: et hoc erit inſigne atqꝫ laudabile. His luculenter a predicto viro inſtructus: et fortiter in agendum animatus: me iterũ iterumqꝫ ſanctitati illius et fratrum attentius cõmendans: tametſi non vt ante triſtis: non tamen adeo diſcedere hinc preualui letus: quippe qui quos dilexeram vnice: ſupremum me ſciebam tranſmittere vale.

¶ Hec quidem deſcripſit Ludouicus pius.

Conuentio apud compẽdium.

AT ne publico auctoramento coniurati aduerſus patrem filij deſtituerentur: coacto apud compendium ex toto regno epiſcopoꝝ ꝓcerũqꝫ concilio: lotharius eductum de cuſtodia patrem compendium ꝑduxit. vbi cum pleriqꝫ Ludouici aduerſitati condolerent: coniurati formidantes ne tanta miſeratio in eoꝝ perniciem verteretur: decere dicunt vt quẽadmodum apud populum ſe Ludouicus purgauerat: ita ipe ſatis eccleſie faceret quã leſerat. Ipſi autem hec dicẽtes plane mentiebantur. Sed ex pontificijs legibus teſtimoniũ ſumentes: aſſerebant ſatiſfactionem digne fieri non poſſe niſi balteum militare: atqꝫ arma ſe ſine vlla ſpe repetẽde dignitatis reijceret. In cõiuratorũ ſententiam permulti venere: inter quos ſibi timentes pontifices qui cõiurationis conſcij erant pleriqꝫ fuerunt. Itaqꝫ in ludouicum ſententia fertur. Ille imperatoria dignitate ſe abdicat: et cucullã monachalẽ ſibi ſumit. Nec nihilo ſecius cuſtodiendus in monaſterio remittitur. His ita vt premiſſum eſt in cõuentu compendienſi cõfectis lotharius aquiſgranũ contendit. Sed cure deo eſt hominũ virtus: Ludouico ex frãcia abducto: fiunt per totius regni prouincias hominũ conuentus: et plurimo paſſim murmure filijs detrahitur: cunctis miſerabilem regis fortunam complorantibus. Erat eo tempore Guilhelmus francie cõneſtabilis: qui magiſtratus ad res bellicas ſecũdus poſt regẽ eſt: et eggardus comes genere clarus. Hi ſummo ſtudio imperatorem reſtituere adnitebantur: quibus frequentes ex germania/atqꝫ burgundia nobilitate viri quorũ par animus erat: adiungebantur. Bernardus preterea et guerinus ex veteri ludouici familia potentes: contiones in burgundia habebant: et quoſdam ꝓmiſſis: alios equis rationibus ſibi demerebantur. Et iam vulgabatur Ludouicum imperatoris filium ad patrẽ in alemanniã conceſſiſſe. Quibus rebus ab aduerſarijs cognitis: ad pipinũ in aquitania agentem quã celerrime brionem ex ſuis mittunt: qui de his que de reſtituendo ludouico agerentur pipinũ certum reddat. Cũ aquiſgrani hybernaſſet lotharius: Pariſiũ ire conſtituit. Cui per albarnenſem vicum iter agenti occurrunt non contemnẽda manu terre illius primores. Petunt dñm ſibi imperatorem liberũ reddi. Alioquin ſe vim facturos. Sed per ludouici beniuolos re cognita: imperator quã occultiſſime poteſt ꝓceribus mandat id ne conentur. Nam ſi cepta non procedant in ſuam perniciẽ oĩa reditura. Deſiſtunt ergo ꝓceres. Lotharius vero iam ad ſancti dyoniſij monaſteriũ peruenerat: cũ ex burgundia aubericus comes. et berardus magnis contractis copijs ꝓperantes rembaldũ et gautelinũ ad lothariũ legant: quibus mãdatũ eſt imperatorẽ ex ſeruitute repetere. Si id faciat: nihil ſibi de fortunis neqꝫ de dignitate detractũ iri. Sin minus: conſtituiſſe ſe vi atqꝫ armis innocentem ludouicũ educere. Legatis lotharius reſpondit: nõ ſua culpa ſed pontificum et ſenioꝝ iudicio ludouicũ condẽmnatũ eſſe. Neminem eſſe qui de patris ignominia plus ſe ſuccenſeat. vel de eius honore congaudeat. Que poſtqꝫ locutus fuiſſet diſcedentibus legatis iubet ad ſe paulo poſt reuertantur. ſcrutaturus qua rõne id quod petebant abſolui poſſet. Hec quãuis ita diceret: ꝓtenus tñ abeũtibus legatis patrẽ in dyoniſiano cenobio liberũ dimittit. Quo ſalutandi regis gratia cõplures epi proceresqꝫ ſe cõtulere: cohortatiqꝫ ſũt vt balteo militari reſumpto in priſtinã ſe dignitatẽ reſtituat. Quod facere diſtulit

Lothariꝰ cabilonē incendit.

donec epiſcopoꝝ conſilio atqꝫ auctoꝛitate purgaret᷑:veluti fuerat quorūdam ſentētia cōdemnatus. Recōciliatiōe ꝑcepta:accingit᷑ balteo ⁊ īperiali dyademate coꝛonat᷑. Nec multo poſt cariſiacū petit. Illuc venere pipinus et ludouicus cū multo amicoꝝ numero:quibus cum familiariter cōfabulatus:rex tandē eos dimiſit:atqꝫ aquiſgranū pꝛofectus eſt. Ubi iudith vxorem ab exilio ex italia redeūtē excepit. Patrem interim aſpernatus lotharius in burgūdiā abierat:cabilonemqꝫ vrbē diripuerat tēplis oībus ſpoliatis atqꝫ exuſtis occaſione a garino comite ſumpta:qui locū munierat. Nec cunctatus ad cenomānos vbi lambertum ⁊ maufredū belli duces ex neuſtria recipere ſperabat:cōtendit. Quē vna cū ludouico filio inſecutꝰ imperatoꝛ:poſitis vtriſqꝫ ad tizum fluuiū caſtris cū pipinū inſuꝑ cū copijs ad patreꝫ veniſſe lotharius cognouiſſet:victoꝛiā deſperans ſupplex ad imperatoꝛē venit. Quē cū omni ſua nobilitate in verba imperatoꝛis iuratum pater in italiā dimittit:alpiū clauſtris pꝛeſidio occupatis. Ne quis ex italia inuito milite in franciā demigraret.

¶ Curauit deinde ſummoꝑe imperatoꝛ oppreſſas ꝑ ſuperioꝛes cōtentiones eccleſias inſtaurare:debitoqꝫ ritu atqꝫ cerimonijs venerari. Neqꝫ omittit graſſatoꝛes ⁊ viarū obſeſſoꝛes pena afficere. Inter cōdemnatos fuere ebo cōiuratoꝝ cōſcius:⁊ agobertus lugdunenſis pꝛimas qui tercio ab imperatoꝛe vocatus imperata nō fecerat.

Iudith regina pꝛudens.

Sollicitꝰ ludouicus de rebus eccleſie.

Normāni rebelles.

¶ Dū hec gerūt᷑ iudith ꝓuida mulier ex regis etate admonita pꝛimoꝛes aulicos adit:conſulit de caroli filij futura conditione ſi vita foꝛte defungeret᷑ imperatoꝛ. Tris filios regi ſupeſſe grādeuos memoꝛat:hunc vnū carolū adoleſcētē eſſe cui nihil terre pater hactenus cōtuliſſet. Niſi ſupſtite imperatoꝛe alter ex filijs caroli eius curā receperit ſe vna cū filio peſſum iri. Oꝛare igit᷑ illos:matri filioqꝫ boni conſulāt. Proceres iuſtis regine pꝛecibus adducti reſpondēt:vnū ex regijs liberis lothariū qui ad hanc tutelā idoneus eſſe videatur. Ludouicus de hac re a regina ꝓceribuſqꝫ admonitus cū interim a lothario:nūcij ad eum veniſſent:re quā petebant cōfecta:imperatoꝛ nūcijs imperat:lothariū hoꝛtent᷑ ad eū venire ſui cōmodi cauſa. Sed patri parere moꝛbo occupatus lotharius nō potuit. Recepta ſānitate cum venire differret:nūciatur imperatoꝛi lothariū eccleſie libertates ⁊ ꝓuentuū iura violare:ſibiqꝫ rapere que ad romanam ſedem ꝑtinerēt. Eam ob rem ſupꝛa ꝙ credi poteſt indignatus imperatoꝛ ad lothariū ꝑgere nūcios nulla moꝛa interpoſita compellit. Per eos filio mādat:meminerit iuramenti quo ſe (cū regnū italie adipiſceret᷑) obſtrinxit. tueri ſcilicet atqꝫ conſeruare eccleſie romane ditionē. Idcirco dedecere illū oppreſſorē eius eſſe cuiꝰ tutelam in ſe recepiſſet. Reſtituat igit᷑ que vel ipē vel ſui abſtulerint. Patris mandata que de reſtituendis eccleſijs erant ſe impleturū lotharius ꝓmittit. Interim rebellantes noꝛmannos id eſt danos imperatoꝛ bello domuerat:q̄ cauſa fuit ꝙobꝛē italiā atqꝫ vrbem vt conſtituerat adire nō potuit.

Carolꝰ qui poſtea caluꝰ

Ludouicus lothario ⁊ carolo caluo hereditatem diſtribuit.

¶ Per id tempus cū aquiſgrani ageret:vocatis ad ſe aulicoꝝ pꝛimoꝛibꝰ carolo iunioꝛi filio poꝛtionē imperij dat. moxqꝫ in concilio apud cariſiū agens pꝛeſente filio ludouico:carolū militari cingulo et regijs veſtibus oꝛnat:data illi neuſtria. Quibus inſignibꝰ donis tametſi Iudith regina exultaret:nihil tamen firmū rata niſi filij cura lothario cōmiſſa a patre eſſet:ipa cū aulicis regem oꝛat:id vnū potiſſimū curet. Nec multis ſe oꝛare paſſus imperatoꝛ:lothario mandat. Si caroli fratris ſui ꝓcurationem tutelamqꝫ nō recuſet:ad ſe pꝛopere veniat. Neqꝫ foꝛmidet ꝓpterea que ipſe male cōmiſiſſet:pacato ſe aīo in eū eſſe ita vt dimidiatum illi imperiū dare ſtatuerit:baioaria tm̄ excepta. Hoc nūcio letus lotharius ad patrē vuarmaciā que vangionū ciuitas eſt ꝓficiſcit᷑. Cōſtitutis in cōſpectu patris fratribus lothario dico ⁊ carolo adoleſcente:iam em̄ pipinus moꝛtē obierat:⁊ ludouicus baioariā poſſidebat:imperiū ad hunc modū diſpartit᷑. Totum auſtraſie regnū a moſa flumine ad hungaros vſqꝫ pertingens lothario attribuit. Reliquum quod ad occidentem ſpectat carolo aſſignat. Hec partitio aſſenſu ꝓcerū et ppl'i multi aſſiſtentis facta ⁊ compꝛobata eſt. Deinde lothariū monet imperatoꝛ:caroli curā recipiat:adoleſcentiqꝫ aſſit vt pater:⁊ ad carolum ꝯuerſus:tu inquit carole lothariū vt patrē colito ⁊ diligito vt fratrem.

¶ Re confecta liberum lothario in italiam reditū ꝑmittit. At ludouicus baioaroꝝ rex imperij diſtributioneꝫ moleſto aīo ferens incurſare cepit finitimas ſibi germanie regiones. Sed in eum mouere vbi patreꝫ intellexit:pꝛonus ad imperatoꝛem dodonā ſe contulit. A quo impetrata venia ad bauaros reuertit᷑.

Aquitani de conſtituēdo rege diſſentiunt.

Ludouicus piꝰ egrotat.

¶ Defuncto pipino:aquitani audientes carolū iunioꝛem ludouici filiū ex patris decreto conſtitutum frācie regem/quidā pipinū quē pipinus reliquerat ex ſe pꝛognatū/regem ſibi habere ſtudēt:pleriqꝫ cōtra ſentiētes cēſebant imperatoꝛis expectare ſententiam. Qua cōtrouerſia ꝑ ebꝛoynū pictauoꝝ antiſtitē imperatoꝛi relata:pꝛimoꝛibus aquitanie mandat ad ſe cabilonem ꝓficiſcant᷑:vbi conuentum habere ſtatuerat. Conuenientibus eodem loco aquitanis magnaqꝫ ꝓcerum multitudine:de ſtatu eccleſie pꝛimo:deinde de his que ad rem publicam pertinebant:poſtremo de aquitanie conditione actum eſt:ita diſſoluta cōtione:ludouicus claromontē aluernie ciuitatē petit. Ubi dū de aquitanie rebus conſultat:ecce ex alemānia nuncius defert ludouicū ex baioaria mouiſſe:adiūctiſqꝫ ſibi ſaxonibus et thoꝛingis germanos inuaſiſſe. Quo nūcio ludouicus adeo turbatus eſt. vt inde grauem pꝛeter ſenium quo ipē confectus erat valitudinē contraxerit. Nihilominus foꝛti aīo imperatoꝛ copijs eductis aduerſus ludouicū contendit. Traiecto rheno poſtqꝫ ludouicus patrē cum ingenti exercitu adeſſe cognouit:ꝑ ſclauones in baioariā ſe recepit. Imperatoꝛ vero quē pꝛemebat egritudo magūtiā veniens tētoꝛia ſibi explicari in inſula ciuitati ꝓxima iubet. Tanta fuit moꝛbi vis:vt mēbꝛis ꝓpe oībus defectus:ꝑ dies quadraginta nullū neqꝫ cibum neqꝫ potū pꝛeter ſpūale coꝛpoꝛis et ſanguinis dn̄icī viaticū ad alimentum acceperit. Aderat egrotanti patri lotharius:qui ex italia vocatus paucis ante diebus venerat. Eo coꝛam poſito ſupellectilem ſuam omnē afferri ſibi rex imperat:ea quidem rōne vt recēſitis opibus quid filijs relinquere:quidve ceteris ſiue eccleſijs ſeu inopibus ⁊ palatinis diſpartiri poſſet ītelligeret. Lotharium coꝛona aurea et enſe quo in pꝛelijs vtebatur donat:pꝛecipitqꝫ vt iudith reginam veneretur:caroli amicitiā ſeruet:ne derelicta ſibi regni frācoꝝ hereditate quicqꝫ detractet. Ludouico aūt baioaro tametſi nō mediocriter ſuccēſeret offenſaꝫ tn̄ pius pater remiſit. Fuerūt imperatoꝛis extrema oīa religionis atqꝫ fidei plena. Tādē ſub ipm ꝓpe aīe exitum:ad feneſtram conuerſus abite inquit abite. Hanc vocem pleriqꝫ eoꝝ qui aderant interpꝛetati ſūt dictam eſſe demonio quod cuiqꝫ moꝛienti apparere chꝛiſtiana fides tradit. Mox in alteram ſe partem verſans:ridēti ſimilis vitam efflauit duodecimo kalēdas iunij. anno chꝛiſtiane pietatis octingenteſimo quadrageſimo. Cadauer in monumentum hildegarde matris quod mettis erat lugubꝛi pompa illatum ē poſtqꝫ annos. lxxiiij. vixiſſet. Eius moꝛtem cometa pꝛeceſſerat. Et ſol paſſus eſt eclypſim generalem.

¶ Eiuſdem compendij Liber quintus incipit.

Bellum iter fratres:ludouici pij heredes.

Carolus caluus victoꝛ:

Lotharius monachꝰ efficitur.

DEinceps que ſit imperij ⁊ regnoꝛum participibus fides ſequens narratio monſtrabit. Sublato e vita ludouico pio lotharius ⁊ ludouicus baioarus in carolum inſurgunt quem nobilioꝛi paterne poſſeſſionis parte inſtitutum heredem eſſe dolebant. Augebat indignationem ꝙ carolus poſterioꝛe patris vxoꝛe natus par illis in capienda hereditate factus eēt. Itaqꝫ exercitum ꝙ maximū quiſqꝫ poteſt comparat. Ea re cognita carolus conſilio a francis pꝛoceribus capto. cum eos ad id bellum paratiſſimos foꝛe cognouiſſet: numeroſo exercitu collecto aduerſus hoſtes (q̄ iam apud fontanetū altiſſiodoꝛenſis agri vicū caſtra habebāt) non fracto aīo ꝓgredit᷑. In conſpectu hoſtium cū veniſſet:qꝛ pꝛidie eſſet dominice aſcenſionis carolus ratus hoſtē feſto die quieturū:negligentius ſuos agere ꝑmiſit. Sed inſtructi ad pugnam fratres: acies ꝓducunt. Carolus inopinato licet congreſſu paululum cōmotus:ſuos tamē viriliter hoꝛtat᷑. Nec territus miles irruentem in ſe hoſtem ferociter excepit:fit pugna atrox atqꝫ diuturna. In ea longe plurimi ex vtroqꝫ exercitu ceciderunt:ꝙ apud francos vno pꝛelio occubuiſſe vſqꝫ lectū ſit. Nam tanta ad hoc bellū ex oꝛbe chꝛiſtiano diuerſaꝝ partium ſtudio copia confluxerat:ꝙ tā magna pars europe vix cogere in vnam aciem potuiſſet. Cedes pꝛoculdubio ea fuit: vt a victo non longe diſſimilis victoꝛ eſſe putaret᷑. Carolus tamen fugiētibus fratribus ſuperioꝛ euaſit. Qui ne ſe colligendi ſpacium hoſti eſſet:ipē victoꝛē exercitum aduerſus lothariuꝫ qui aquiſgranū ſe receperat paucis caſtris educit:Accepto caroli aduētu lotharius recepta vxoꝛe lugdunū cū ſuis ſe liberis confert. Quē mox ludouicus conſequit᷑. Inde viennā cōmigrāt Eſt in flumine rhodano non pꝛocul a ciuitate inſula. In ea conſiliū de rebus ad ſe ꝑtinentibus capiunt. Eunt vltro citroqꝫ ad reges legati de concoꝛdia pꝛecepta ferentes. Eius cōcoꝛdie foꝛmula hec fuit. Lothario auſtraſia oīs:atqꝫ ꝓuicia cum poꝛtiōe terre quā ab eo poſtea lothoꝛingiam appellatā eſſe quidā putant in partem venit:ludouico germania in qua baioarij ſunt:Carolo regnū francie ab oceano bꝛitannico ad moſam vſqꝫ relinquitur. His ad hūc modum cōuentis:lotharius ſiue penitudine peccatoꝝ:ſiue tedio pꝛeſentis vite ꝯmotus diſtributa filijs hereditate:religionem apud pꝛuliacum pꝛofitetur. Ludouicus grandioꝛ natu italiam adeptus eſt:lotharius auſtraſiam accepit. Carolo ceſſit pꝛouincia cū parte terre burgundie. Quo poſt octauū inde annū defuncto:lotharius burgundiam:ludouicus pꝛouinciā obtinuit.

¶ Inter hec ſiluanecti agens carolus qui caluus poſtea dictꝰ eſt nūcio de lotharij

Carolus regnū auſtraſie vſurpat.

Excōicatio.

morte audito mettim contendit:vbi in diui ſtephani templo more regum vnctus rex appellatur.Que res ludouico eius fratri indigniſſima viſa eſt ꝙ ſe videlicet poſthabito:lotharii omnē ſucceſſionem carolus accepiſſet.Ea ꝓpter per legatos romani pontificis:auſtraſie regni īcolis inhibet carolo obedire:aut de lotharij regno quicꝗ ſibi detrahere:alioquin īterdictū illi iri cōmunione chriſtiana.Que pena ſicuti grauis ita ignominioſa chriſtiano eſt:hanc pōtifices excōmunicationē appellant:ꝙ is cui irrogatur e cōione ⁊ contubernio hoīm eiectus ſit.Id poſtꝗ minus ꝓcedere ludouicus intelligit vi atqꝫ armis agere tentat.

¶Interim carolus cū nouionij eſſet:richētem quā prius pellicē habuerat:vxorē ſecūdū ritum eccleſie accepit.

Roritꝰ normanoꝝ princeps.

¶Per id tempus roritus normanoꝝ princeps in amicitiā regis venit.

Victoria de vuandalis

Concordia de regno auſtraſie.

Altera de regno ꝯtētio.

Carlo dyaconus factꝰ apoſtata carcere cuſtodit̄

Normāni apud andegauiā obſeſſi.

¶Ex nouionio aquiſgranū carolo repetenti ludouicus ꝑ nūcios mandat niſi regno qđ lotharij fuerat egrediat̄:illum ſe inde ꝓpe diem eiecturum. In re ancipiti legati vtrinqꝫ conueniūt:iurant pro ſuo quiqꝫ principe ea firma ꝯmanſura de quibꝰ ad pacē inter eos cōueniret.Sed paulo poſt cū de vuādalis ludouicus victoriam habuiſſet:duce eoꝝ capto:legatoꝝ pacta atqꝫ iuſiurandum neglexit. Id enim pleriſqꝫ principibus vſu venit dū ſuis rebus timent:iureiurādo multa polliceri:mox vero tergiuerſari ſi arridentiore fortuna iuuent̄. Tandem crebris legationibus pactum extitit:vtrūqꝫ regem ad arbitros contentionem referre:⁊ quod illi definirēt ſtabile manſurū. Poſtꝗ de contionis loco compoſitū eſt:dum apud flametū ludouicus diuerſatur cenaculi tabulatū carie ⁊ vetuſtate detritum in regem atqꝫ aulicos quoſdā decidit.quo lapſu ludouicus vulneratus eſt.Solidato vulnere aquiſgranū ſe contulit. Inde coeuntibꝰ xv.kalendas auguſti regibus de partiendo auſtraſie regno conuenit.diſcretaqꝫ eſt certis limitibus portio que ſingulos contingebat.Hunc exitum habuit orta de regno inter fratres contentio.Sed nō vno ſe impetu fortuna continet.Ecce aduerſus fratrū inſtauratam caritatem belli motus ab italia nūciatur:Repente auſtraſiam ludouico:cui lotharius pater italiā tradiderat.⁊ iam eſſet a ſergio ſecundo pōtifice imperator appellatus.Miſſi de re ipſa a pōtifice atqꝫ ab imperatore nūcij ad ludouicū germanie regē:ad carolū ludouici iuſſu remittūtur.Quibus auditis:⁊ ſi mādatoꝝ ſeueritate moueret̄:ꝙ ſe inaudito partē auſtraſie relinqre iuberet̄:ad pontificis legatos ſuos nūcios adiūgit:qui pōtificē conueniant.Inuenio ludouicū germanie regem veniente in gallias engeberga:id reſtituiſſe imperatori qđ de lotharij regno receperat.Carolum vero ab engeberga vocatū nō obediuiſſe.Sed ſūmopere curaſſe:vt carlo quem ex priore vxore ſuſceptū eccleſie ſacris addixerat puniretur.Hic em̄ carlo hominū perditorum ſuaſu peſſimis facinoribus ſe inquinabat:omia quoquouerſum iret predatꝰ Quē in vinculis emendationis ſpe diu habitū:atqꝫ inde relaxatū cum non reſipiſceret dyaconij gradu amotum oculis priuauit atqꝫ in monaſterio corbienſi cuſtodiendum mandauit. Qui poſtea duoꝝ pſeudo monachorum nixu(hortante ludouico germanie rege)eductus:ad ipm ludouicum perfugit.Hec contigerunt agente carolo in expeditione quā aduerſus normannos qui andegauiam vrbem circūſederant habebat.Nec tamen rem a ſe ſuſceptam omiſit.Normanos qui iam ciuitate potiti eſſent circūuallat:adiutore ſalomone britonū duce:ꝗ ſuppetias carolo ferebat.Preſſi dura obſidione normāni eas conditiones pacis quas carolus dixit(datis obſidibus)acceperunt.Relicta libera ciuitate:petūt normāni liceat illis inſulam que proxime erat ad paucos dies incolere:ibiqꝫ cōmeatu iuuari.Interim qui inter illos chriſtiani erant poſſe ad regem reuerti:qui vero paganiſmo relicto fidem xp̄i profiteri vellent:eos quoqꝫ non reſpuendos.Ceteri quibus induratum cor eſſet:ſuas ſedes nulla mora repeterent.

Ludouicꝰ imperator moritur.

Caluus i italiam ꝯtēdit.

Carolus caluus īpator

¶Rebus ad hanc formam compoſitis cum in ſiluaꝫ arduennā venatum abijſſet de ludouici imperatoris ſui ex fratre nepotis morte nūciū accepit.Quare richentē vxorē ſiluanectum mittit ludouicum filium in eam auſtraſie partē que a lotharij deceſſu ſibi obuenerat proficiſci mandat.Ipſe ſuperatis feſtinatione multa alpibus in lombardiam contendit. Intereundum carlo ludouici germanici filius iuſſus a patre tranſitu prohibere regem:cum ſe fruſtra niti intelligeret ad carolum proficiſcitur.Ea re cognita indignatus pater alterum filium cum copijs mittit.Sed et numero et virtute militum inferior:caroli potentiam nō ſuſtinens:pace data ad patrem exercitum reduxit.Quem receptum ludouicus ꝑ caroli abſentiam in francos ducit:diriſqꝫ incurſionibus franciam vexat.Audito in italiam caroli aduētu:Johannes octauus romanus pontifex miſſis ad eum nūcijs romā propere vocat venientem auguſtum appellat:afficitqꝫ imperiali dignitate.Digrediens inde carolus roſymon richentis vxoris fratrem italie preponit:conſiliarijs viris atqꝫ copijs quas voluit illi attributꝭ Cui neptem quoqꝫ ſuam ludouici regis germani filiam deſpondet.In franciam reuerſo carolo Ludouicus frater germanie rex vita deceſſit:relicto filio ludouico.Cuius deceſſus cauſa fuit carolo infelicis belli.Nā patre mortuo ludouicus magna ſaxonum thoringoꝝqꝫ delecta manu:nūcios ad carolū patruelem mittit eius amicitiā oratū.Qua nō impetrata ad rhenū caſtra ponit.Nec cunctatus carolus ad alterā rheni ripam ducto exercitu animū ludouici explorat:ſi legatis vtrinqꝫ miſſis rem agere velit:placuit vtriqꝫ conditio.Sed dolo malo illectus imperator dum viam pacis ſimulat:agmen occulto et anguſto itinere ſeorſū a caſtris ludouici noctu feſtinare iubet:ratus occultis inſidijs intercipere poſſe improuiſum hoſtem. Fuerunt ea nocte continui imbres:quibꝰ ⁊ nocturno labore grauatus miles prelio minꝰ idoneus fuit.Fraude detecta:ludouicus inſtructa acie diuerſus ab itinere quo hoſtis veniebat conſiſtit.Irruentem in ſe francū tanta vi excipit:vt ad aciem in qua carolus erat cedere francos cōpulerit.Atqꝫ ita fuge ſe cōmittentibꝰ francis:imperator quoqꝫ comes fuit.Qui vero regias ſarcinas ferebant anguſtia viarū et ſepibus intercepti occiſi ſūt:⁊ inter eos cōplures illuſtres viri ceciderūt.Reliqui in manus agreſtiū hoīm incidētes ad nudū ſpoliati:ita vt ex thoris herbarū atqꝫ arentis feni manipulis tegumenta ſibi cōſuerent.

Bellū cōtra carolum caluū in alemānia.

Dolo caluꝰ agit.

Carolus caluus fugit.

Normāni

¶Eius infortunij tp̄e normanni ſequane oſtium claſſe irrūpere tentabant.Aduerſū quos miſſo cū exercitu comardo:carolus mandat cū normānis:qualēcūqꝫ poſſet pacem habere:nihilominus terrā omnē diligenter tueatur:preſidijs ꝑ muniſſima queqꝫ loca impoſitis.

Saraceni in campania.

Johannes octauꝰ ad carolū caluum papiā venit.

Ridiculum.

¶Incidit preter has turbas alia carolo nō parua ſollicitudo.Graſſabantur in campania ſaraceni:quoꝝ aduētu territus iohannes pontifex romanus:carolum admonet eccleſie opem ferat:paret carolus ⁊ cōtractis copijs:vbi lombardie fines attigit:adelgarus a pontifice veniens refert iohannē papiam aduenire imperatori obuiū.Papie dū pontifex imperatorqꝫ de rebus gerendis cōſultant:certiores facti de carli ludouici filii cū ingentibus copijs aduētu papia abſceſſerūt moxqꝫ imperator romam ꝓfectus eſt.Rem hoc loco ridiculā narrabimus.Carolus dum a carlo fugit:leui rumore carlus perterritus(ꝙ imperator pontificem comitatus aduerſus ſe mouere dicebat̄)eadē qua venerat via in germaniā imperatorē fugiens contendit.

Carolꝰ caluus veneno a ſedechia iudeo necatus

¶Rebus quaꝝ gratia carolus romā petierat abſolutis:febre afficit̄.Erat iudeus medicus ſedechias nomīe imperatori ꝓpter eius peritiā ꝯfamiliaris:qui vel religionis xp̄iane odio(cui maxime infenſi iudei ſūt)motus:vel corruptus forte pecunia potionē carolo propinandā miſcet.Qua epota carolus oībus mēbris ita defectus eſt:vt aulicoꝝ miniſterio in cubiculū delatus duodecimo poſt die interijt.Cuius dū corpus exenteratum et multis aromatibus conditum ſui ī frāciam efferre cupiunt:cadaueris putredinē ferre nō valētes:verſellis inhumauerūt,in diui euſebij martyris ede anno octingēteſimo ſeptuageſimooctauo.Unde poſt ānū ſeptimū exemptum in diui dyoniſij templū delatū eſt.Eius exhumandi cauſam attulit archēgerus quidā apud diuū dyoniſiū cenobita:⁊ alphonſus eccleſie diui Quintini viromandenſis edituus:ꝗ ſibi dū in ſuis eccleſijs ꝑnoctant carolū ꝑ quietem viſū eſſe affirmauerūt.eoſqꝫ admonuiſſe vt de tollendo eiꝰ corpore ⁊ in templo martyrum inhumando regem filiū facerent ſollicitū. Hac reuelatione filius rex excitus patris corpus ex verſellis ad ſanctū dyoniſiū transferēdū curauit.

115

Viſū qđ carolus caluuſ vidit.

¶Nihil ad rem pertinere arbitror id quod a pleriſqꝫ ſcriptoribꝰ memorie mandatū eſt.Carolū duce angelo paulo anteꝗ moreret̄ ad inferos deductū:ſupplicia vidiſſe miſeraꝝ animarū.Ardere valles:⁊ altiſſimos puteos pice ⁊ ſulphure immixto plūbo efferueſcere:ibiqꝫ pleroſqꝫ ex ſuis predeceſſoribꝰ reges inſpexiſſe:epiſcopos quoqꝫ qui vel ad bella gerenda cōſultores vel ad opprimendū iniquis vectigalibus ppl'm auctores extitiſſent.

Flandrie comitatus initium.

¶Eius certe caroli calui extant preclara ⁊ religioſa monimenta.Nam diui cornelij cenobiū apud compendiū extruxit.Compendiū em̄ maxime amabat:ita vt a ſuo nomīe carolopolim appellare cogitauerit.Sancti dyoniſij templū magnis auxit prouētibꝰ et precioſiſſimis donarijs adornauit que ad hoc vſqꝫ tp̄s diligenter aſſeruata viſuntur.Nec ignoro quoſdam ſcribere nūdinas que in campo dyoniſiano ante kalēdas iunias fiūt ab hoc rege eſſe inſtitutas:de q̄ re q̄d ſentiā in dagoberti geſtis annotaui.Eius regis etate flandria que paucis tunc vicis atqꝫ edificijs ornata erat:⁊ feris magis ꝗ hominibꝰ incolebat̄:eiqꝫ preficiebat̄ a rege cuſtos qui francorū lingua foreſtarius dicebatur:comitatus dignitatem hac occaſione accepit.Erat Balduinus audactis eiuſdem filius qui patre defuncto cū in magiſtratu fuiſſet a carolo inſtitutus iudith regis filiā dū ex anglia reuertit̄ ſibi rapere temerarius iuuenis auſus eſt.Nupſerat em̄ adolafo angloꝝ regi.Qui cū abſqꝫ liberis deceſſiſſet:Judith viro deſtituta in franciā ad patrem rediens deprehenſa eſt cuius rei gratia caroli iuſſu coeuntes epiſcopi balduinuꝫ excommunicatione percellunt.At cum nihilominus facti non peniteret:conſilio procerum perſuaſus carolus ꝑmittit filiam balduino in matrimonio copulari. Et de cuſtode flandrie comitem balduinū inſtituit. Plerūqȝ ſiquidē id euenit vt que peccata atqȝ iniurias facile vlciſci non poſſimus eas alicuius dignitatis rōne aſſumpta ad gloriam conuertamus.

NUncio de caroli deceſſu accepto ludouicus balbus ei⁹ filius apud enderuillā agēs regni ꝓceres ad ſe ꝑpropere vocat: quoꝝ beniuolentiam et fidem regia munificentia demereri ſtuduit. Richentem vero reginā ex italia redeuntē cuȝ apud moymerū campanie caſtellum cū multa nobilitate reſtitiſſe accepiſſet: aīo conuentū quod parlamentū franci vocant habendi: miſſis vtrinqȝ legatis compendiū regina ſe contulit. Ibi ludouico patris teſtamentum exhibet proferens regia ornamenta gladiū dyadema ſceptrū aureū quibus carolum inſtitutū heredem pater moriens declarauerat. His igitur regijs inſignibus exceptis: ſuſcipiende vnctiōis gratia Remoꝝ vrbē petit: quem haymardus eius loci archiflamē coronauit. Anno ſalutis octingenteſimo ſeptuageſimooctauo. Exactis inde paucis menſibus ſequanā traiecit: vbi godefridi filij hedonē comitē caſtello quodam mulctauerant: ⁊ haymo bernardi comitis fili⁹ predas agebat et loca quedā ſibi ſubegerat: Turonū vſqȝ rege ꝓfecto: godefridus amicoꝝ conſilio filios ad Carolum ducit: et eas quas occupauerat terras reſtituit: ita vt illas ſibi ex regio dono retinere liceret. Qui regio munere donatus grām compenſat. Nam rebellātes britones ad Caroli obedientiā ſua opa reuocauit.

Motus belli in italia.

Johannes papa i franciam venit.

¶ Erant ꝑ id tempus in italia comites duo/ Lambertus ⁊ helbardus qui de eccleſie romane ditione pleraqȝ ſibi loca rapuerant: in quos excōmunicatione ꝓmulgata iohannes pōtifex lugdunū venit. Quo regē accedere ꝑ nūcios orat. Sed valitudine nōdū leuatus rex quā turoni inciderat: morā pōtifici gerere vſqȝ ad kalendas ſeptembris diſtulit. Per ep̄os tū obſequi pōtifici curat. Interea curatus morbo trecas ꝓfectus illo venire iohannē obtinuit. fit in eo loco magnus ex belgis ep̄oꝝ cōuētus. Narrant̄ a pōtifice que in memoratos raptores ꝑ eū geſta eſſent: petit a pontificib⁹ q̄ aderāt verbo et ſubſcriptis eoꝝ noīb⁹ oīa cōprobari. Cōprobant̄. In eo cōuentu cognito ꝙ frotari⁹ ex burdegalla pictauiā ⁊ inde ad bituriges incōſulto pōtifice trāſiſſet iohānes ꝓferri iubet ſanctiones ſardinēſis ⁊ affricani concilij: quib⁹ ep̄i ad alias eccleſias ſua relicta tranſire ꝓhibētur. Recitatꝭ vtriuſqȝ ſynodi capitib⁹: pōtifex diffinit ſacerdotes q̄ ſuis ſedib⁹ abijſſēt ad eas reuerterent̄.

Ludouicus balbus imperator.

Ip̄e mox ludouicū imperij dyademate coronat auguſtūqȝ appellat. Reginā autē richentē q̄uis obnixe a ludouico rogatus coronare recuſauit. Cōuentione treceñ. diſſoluta: pontifex in vrbem regreſſus eſt.

Concordia inter reges.

¶ Imperator aūt componende diſcordie: q̄ illi cū ludouico nepote erat cupidus: ita ꝑ legatos egit: vt cōuentu furōne indicto pax ad ſequentē modū dicta ſit. De auſtraſie regno ſicuti defūcto lothario inter carolū caluū et ludouicū bauarum cōuenerat ita ꝑmaneret. Italie vero imperiū q̄nquidē tūc cōmode diſtribui nō poterat q̄ſqȝ vt partē obtinebat ita illam habeat donec de partitione in alio ꝓxime habendo conſilio agi ſtabilius poſſet. Interim ſi ab ſaracenis alter regum impeteret̄ alter ſuppetias ferret: huic formule ſi quis detractū iret eū a neutro regum recipi aut defendi poſſe. ¶ Pace ad hāc formā compoſita ludouicus germanie rex ad ſuos remeauit. Imperator compendium acceſſit Nec data quiete bernardus marchio bellū renouat icti dudum federis oblitus.

Ludouicus balbus moritur.

In hūc mouens imperator cum trecis veniſſet morbo decubuit. Hinc omni ſpe ſalutis deſtitutus ludouicum filium bernardo auernoꝝ comiti committit. Augeſcente morbo cōpēdiū ſe deferri iubet. protenuſqȝ imperij inſignibus ad filiū miſſis: coronari illum imperat: atqȝ ita paucis interiectis diebus morte abſumit̄ idibus aprilis: ibiqȝ in diue marie ede ſepelitur. Anno dn̄i octingenteſimo octogeſimo.

LUdouici interitum ſecuta eſt varia rerū frācoꝝ mutatio: tumultuantib⁹ hinc atqȝ illinc diuerſaꝝ partiū ſtudioſis. Nā qui tutelā noui regis in ſe receperāt audito patris deceſſu: regni ꝓceres meldē vocant: vbi de his que ex vſu reipublice erant: cōſiliū caperent. Erat groſſelinus ex prima nobilitate homo potens qui tempus aduenitſſe ratus quo aduerſus theodoricū et roſymū alteri⁹ factionis ſectatores ſuas iniurias vlciſci potuiſſet: ad conrardū pariſioꝝ comitem veniens hoiem nōdū bono in nouū regem aīo exiſtentem in ſuas partes ducit affirmās fore vt a germanoꝝ rege de quo ip̄e bene meritus eſſet plurimos honores adipiſceretur.

Varie inter francos ſnie de rege inſtituendo.

His blanditijs aſſentiens conrardus ip̄eqȝ groſſelinus ſuaꝝ partiū conſcios meldē legant: q̄ cōſilio adeſſēt. Cōuētu coacto pleriqȝ ſētētiā rogati dicūt vnū eē ludouicū germanie regē q̄ regni negocia recte moderari poſſit: hūc accerſire oportere: a quo ſalus reb⁹ cōib⁹ ꝯferat̄: et q̄ ſuis

deſtitutos poſſeſſionibus reſtituat. Cum hec locuti fuiſſent q̄ nouello regi aduerſabātur adoleſcentis tutores ſpe retributōis adducti: germanie regē in franciaȝ ꝓperare ꝑ nūtios orant. Qui nūtio accepto mettim veniēs a ꝓceribus iterū admonitus: verdunū quo ⁊ ipſi ꝓceres cōuenerant impigre ſe cōtulit. ¶ At hugo ⁊ theodericus reliqui preterea ſue factōis nobiles cognito q̄d inimici machinarent̄: galterū aurelie antiſtitē ad germanie regē ire cū his mādatis iubēt. Si rex eā regni partē quā ex lotharij hereditate carolus caluus obtinuerat ſibi aſſumendā diceret: licere adire eam atqȝ poſſidere: mō franciā liberā dimittat. Ea oblatione rex optime ſibi factū eſſe arbitratus: goſſelino cōrardoqȝ paulatim cōtemptui habitis franciā relinquēs ad ſuos reuerſus eſt. Amoto hoſte hugo ⁊ theodericus ferrariā adoleſcētes ꝑducūt Atqȝ in diui petri tēplo reges appellatos coronāt. Eodē ferme tp̄e boſo regine frater ꝑ quoſdam ſibi vel ꝓmiſſis allectos vel metu ꝑterritos ep̄os in regē aq̄tanie aſſumit̄.

Boſo aq̄tanias vſurpat

Normāni iterū incurſiōes faciūt ſed vincuntur

¶ Et normanni preterea ad flumē ligeri infeſtis incurſiōibus graſſantes predas agere ad reges fratres deferunt̄. Qui magna militū cōtracta manu i hoſtē ꝓdeuntes: normānos magna ſtrage afficiūt nouē milibus occiſis cōpluribus itē in vienna flumie abſorptis. ¶ Ea victoria potiti fratres alio mox triſti nūtio turbant̄. Ludouicus eni germanie rex grandē exercitū ad duciū vſqȝ ꝓmouerat ſeqȝ goſſelinus ⁊ cōrardus pariſiorū comes ad eū cū bona cōiuratorū p̄te cōtulerāt Quibus ductoribus ad ribemontē quoqȝ acceſſit. Hi neſcio quid grāde germano regi ꝓmiſerant. Quod cū abſoluere nō poſſent: rex deſpatis rebus cū regibus francis paciſcit̄: ⁊ paulopoſt in germaniā ꝯuerſus: normannorū gentē q̄ his diebus vt in italia ita in germania cūcta vaſtabant offendit. Quos fuſos nō magno negocio fugat Verū apud ſaxones eadē ferociſſima gens maximo regē dāno affecerunt. ¶ Victoria de normānis habita: fratres ambianum conuenerūt regnū paternū inter ſe partituri. Ludouicus francorū regnū cū oī neuſtria accepit. Carloni burgūdia atqȝ aquitania cōceſſa eſt. Ab ābianis gondeuillā ꝑ rhemos ⁊ cathalunos cōmeāt: vbi de cōuentu habēdo cum rege germanie cōuenerat. Cōſilio tñ (quia egrotaret) rex germanus nō affuit: ſed ꝑ nūtios apud fratres reges egit. Qui accepto nūtio ꝙ boſo viennam occupaſſet: vbi vxore relicta in proximos mōtes ſe recepiſſet. exercitu ex germania partim coacto: partiȝ ex ſuis collecto viennam circūcludunt.

Vienna obſidetur

Inde carolus obſidione relicta romā petens a iohanne pontifice auguſtus appellat̄. Dum viennā obſidet ludouicus per nūtios certior de normannorū in franciā incurſione factus carolo lotharij filio ad cōtinuanduȝ vienne obſidionē relicto aduerſus normānos ſe cōuertit. Gens eñ barbara ⁊ chriſtianā gratiam exoſa iā ābianis expilatis diui petri monaſteriū q̄d corbie celeberrimū habebat̄ diruerant. Igit̄ cōmiſſo acerrime prelio ludouicus normānos in fugā vertit multis occiſis. Mirū ꝓfecto ſcripturus ſum. Reuertēte a ꝓſtrato hoſte victore exercitu tam effuſa (nullo inſequente) fuga frāci diſſipati ſunt: vt victis ſiles facile arbitrareris. Crediderim elatū victoria francum hac trepidatione diuinitus ꝑcitū eſſe: ꝙ victoriā ſuis viribus nō dei benignitate partaȝ gloriaret̄. At reuocato ex fuga milite: ludouicus iterū in normānos bellū inſtaurātes ꝓgreſſus cum (diſſipato ꝑ fugā milite) raros ſui corpis cuſtodes circū ſe haberet cōpendiū venit. Inſurgētibus iterū normānis ⁊ ꝑ ligeris ripas predas agētibus: theoderico viro militari copias attribuit: q̄ normānos prelio adoriret̄. Ip̄e nō multo poſt turonū ꝓfectus: britonuȝ nō paruā manū ad id bellū mittit. Dū turoni morat̄ morbo correptus vita defungit̄: ⁊ in diui dyoniſij cenobiū effert̄. Hic tradit̄ ſpurcitijs atqȝ ineptijs deditus extitiſſe: q̄ ⁊ balbi cognomen accepit.

Ludouic⁹ ludouici filius moritur

Carolus ei⁹ frater rex.

¶ De ludouici morte certus factus carolus: q̄ viennā obſidebat: parte copiarū ad viēnam relicta: ad ꝓceres q̄ eū vocabāt cōceſſit. Cui iter agēti nūtius affert̄ viēnā receptā a ſuis eſſe. Sȝ normannos ex germania mouiſſe ⁊ in cāpaniā vſqȝ irrupiſſe multis vrbibus tēpliſqȝ direptis atqȝ incēſis In quos ſayllus mettenſiū preſul copias ducens ſuis fugiētibus ceciderat. Quō aūt per id tp̄s aduerſus hanc peſtē bellatū ſit: apud hyſtoricos nichil inuenio. Conſtat tñ eodeȝ tp̄e alterā ferociſſime gētis manū duce aſtingo ligeri traiecto ad materne fluminis ripas cōſediſſe: carolūqȝ expeditionē in eos duxiſſe. Sȝ aīo ꝓpe tabuiſſe cū in cōſpectū hoſtium caſtra locaſſet.

Godefridus normann⁹ ꝑfidus

Tandēqȝ cū normānis fedus pacēqȝ iniſſe: ſi mō godefridus eius gētis princeps xp̄i fidē ꝓfiteri curaret. Cōditōe nō reiecta godefridus ſimul cū baptiſmate ſpiritalis regeneratiōis friſiā omnē a rege dono accepit. Donatus inſuꝑ magnis muneribus incolere vbi caſtra habebat ꝑmiſſus eſt: in ꝑniciē francie regni: quam ipſe ꝑfidus godefridus paulo poſt inuexit. Nā quadraginta milibus armatorū inſtructus pariſium circūuallat. Sed viriliter agentibus oppidanis goſſelino quoqȝ loci ātiſtite ⁊ eudone comite q̄ regnū poſtea adminiſtrauit adnitēte cum obſidio hoſti nō procederet: eam ſoluens laudunū vrbē in edito colle poſitā inuadit. Jnde agrū nouiomēſem atqꝫ ſueſſionēſeꝫ populati: remos normāni adoriunt̄ Quibus incōmodis indignatus carolus: aduerſus barbaros ex vuarmacia vbi parlamentū habebat iterū inſurgit. ⁊ egregio nixu preliat̄: ſternit: occidit: fugatqꝫ. Nec pretermittendū reor hunc carolū ⁊ fratrē eius ludouicū ludouici balbi nothos ex pellice fuiſſe q̄ nichilominus moderatione regni ſuſcepta: nō ſegniter normānis obſtiterūt nouē milibus vt ſupradiximus vno prelio interfectis. Hic autē carolus ⁊ ſi deceſſiſſe nō ignoret̄ de eius tñ morte nullus ab hyſtoricis modus aut tp̄s ſcriptū inuenit̄. Reliquit tñ heredē filiū ludouicū: q̄ ob inertiam nichil faciens appellatus eſt. Nulla eñ re inſignior habitus eſt: q̄ꝫ ꝙ virginē monialē cuius amore deperibat ex calenſi cenobio abductā vxorē accepit. Huius inertiſſimi regis etate normanni inducijs quas cuꝫ carolo ad annos .xij. firmauerant contēptis: iterū franciam vexant. Que cā fuit pleriſqꝫ ſacerdotibus ⁊ viris religioſis oratoria ſua relinquendi ⁊ ſe alio traducēdi. Qua ꝑſecutiōe grauati franci carolū īperatorē ludouici germanici filiū ꝑ legatos orant regni curā aſſumat. ¶ Erat aūt illis diebus hugo abbas appellatus: qui valida manu collecta normānos adeo exterminauit: vt ex eorū multitudine vix vnus ſuperextaret q̄ accepte cedis nūcium ad ſuos ferret. Ea ſtrage affecti barbari ad tp̄s bello abſtinuerūt. At qr de hugone abbate mentio incidit. Jllud non eſt omittendū hunc hugonē atqꝫ robertū pariſiorum comitē q̄ ⁊ marchio dicebat̄: primos fuiſſe q̄ relicta monachis ⁊ ſanctimonialibus predia ꝓuentuſqꝫ occupauerint ea ſibi ſuiſqꝫ militibus attribuentes ſeqꝫ abbates appellātes Que violētia ad roberti regis tp̄a ꝑdurauit.

Ludouicꝰ nihil faciēs moritur.

¶ Per idē tp̄s iners ille ⁊ nichil faciens ludouicus relicto carolo filio (cui ſimplici cognomen inditū eſt) deceſſit. Scriptum inuenio hunc carolū ſimplicē ex ludouico balbo prognatū eſſe. poſtqꝫ ludouicū ⁊ carolū balbi filios ſpurios ſub tutela eudonis educatuꝫ fuiſſe: ⁊ poſtea regnaſſe.

Eudo andegauenſis rex frācorū ⁊ caroli ſimplicis tutor

Qui cū ꝑ etatem regēdo regno nequaqꝫ ydoneus eſſet: cognito ꝙ normāni nouos belli motus pararent ad eudonē roberti andegaueñ. filiū hoīem bonum ⁊ rebus gerendis aptū mittunt: cui ⁊ caroli ſimplicis tutelā ⁊ regni adminiſtrationē cū regia appellatione cōmittunt. Hic a galtero ſenonū archipreſule cōſecratus carolū ſimplicē ꝓbe educauit frāciſqꝫ modeſtiſſime prefuit. Moriens aūt proceres iureiurādo adactos admonet regnū ſine ꝯtrouerſia carolo ſimplici adminiſtrandū ꝑmittant: eū eſſe regni legitimū heredem. ¶ Carolo ſimplice regno adepto normāni q̄ annos quadraginta multis locis franciam incurſauerant ampliore multitudine cōtracta: in neuſtriā irrūpunt: ⁊ ꝑ ſequanā rothomagum vſqꝫ aduerſo flumine deferunt̄.

Frācꝰ rothomagenſis archiep̄s Rollo

Quibuſcū francus rothomagorū antiſtes ciuiū ⁊ vrbis ſalutē deſperans colloquendi occaſionē nactus ita egit: vt neqꝫ incolis neqꝫ ciuitati q̄cq̄ nocituri vrbē normanni recipent. Quid eñ ꝓuidus paſtor faceret regis ſubſidio deſtitutus? Potiti vrbe normāni vbi tutiſſimū ſibi refugiū eſſet: Rollonē ex ſuis hoīem ſtrennuū: q̄ nullam domum redeūdi ſpē ꝓpter a ſe cōmiſſum flagitiū haberet: ducē preficiunt. Hic imperādi apud ſuos poteſtate accepta: animū imprimis intendit vrbē pariſiorū ꝑdere: ⁊ inde xp̄i eliminare pietatē. Ad hanc reꝫ cōducere tria ſibi latiſſima flumina ſequanā ligerim ⁊ garonnā maxime arbitrabat̄. Jgitur ingēti fabricata claſſe copias tripharīā diuidit. Qui ligerim nauigarunt nauetē vrbē expugnāt: ⁊ pontificem guymardū inter ſacrificandū ad chriſti aram iugulant. Jnde profecti andegauim incendunt: mox turonū adoriunt̄: atqꝫ ita ꝑ aquitaniā predas agentes: rollone duce in pariſios ꝑ ſequanā delati in burgundos ꝑ ararim id eſt ſagonā nauigātes in aruerniā tandē incurſant Nec mora interpoſita ſenones depopulati monaſterium floriaceñ. occiſis cenobitis diripiunt atqꝫ igne conſumunt. Sed aduentus rollonis non ignari ſacerdotes: ſupra biduū diui benedicti corpus aureliā apud ſanctū anianum depoſuerant: Erat eius monaſterij ex cenobitarū cōi aſſenſu defenſor patronuſqꝫ electꝰ ſigilloſus comes.

Miraculuꝫ.

Hunc in ſequēti nocte qua monaſterium cōflagrauerat diuus benedictus per quietem obiurgaſſe fert̄: quare monaſterio ꝯtra normānos opē nō tuliſſet. Quo viſo exꝑgefactꝰ comes ꝑua q̄ illi ꝓ tp̄e erat inermiū manu coacta in normānos preda onuſtos irruēs aſſeſſore ſibi vt ſancte aſſeuerauit poſtea ſigilloſus diuo bn̄dicto: predā captiuoſqꝫ recepit Jnde ad monaſterium cōmigrās cenobitarū cadauera q̄ hactenus humi ſtrata cōperit humari iubet. ¶ Cum tam crudeliter debaccharent̄ ꝑ franciā normāni: Carolus ſimplex francū rothomagorū preſulem iā rolloni notum ad rollonē mittit q̄ triuꝫ menſiū inducias firmet.

Carnotū obſidetur

¶ Exactis inducijs per ſtāpas mouens rollo carnotuꝫ petit atqꝫ oppugnat. herente in vrbis obſidione normanno: richardus burgundorū dux atqꝫ ebalus pictauorum comes copijs ad carnotuꝫ ꝓmotis rollonem inuadunt. Qua re animatus carnoteñ. antiſtes irruptiōe a ciuibus facta ipſe tunicam interiorem virginis marie quam camiſiam franci vocant: eſtqꝫ apud eos magna religio

ne obſeruata: deportans normānos a tergo inſilit. Fit ꝑ aduentum pontificis hoſtiū magna ſtrages.

Clades a normānis in frācos.

Rollo vero fugiens poſtqꝫ ſuos ex fuga recepit: indignabundus iubet eos per oēꝫ regionem populationes facere: ⁊ ea oīa in q̄cunqꝫ irruiſſent ꝑdere. Jtaqꝫ fera gēs nichil ſibi obuium integrū reliquerūt. Abducunt̄ in ſeruitutē ⁊ ſtuprū virgines: matres cū liberis gladijs occumbunt. Nulli templo ignē non immiſerunt: flagrant ꝑ agros atqꝫ vrbes oīa. Clamoribus mortibuſqꝫ ether replebat̄. Tam diris afflictionibus vexatis francis: regem conueniūt. Jnertiā hoīs atqꝫ puſillanimitatē accuſant: perdi eius negligentia prouinciā qui neqꝫ hoſti per ſe: neqꝫ ꝑ ductores belli occurrat His queſtubus excitatus rex francū rothomagenſeꝫ iterum ad rollonē ꝓficiſci imperat: qui eū ad xp̄ianam cōlonem hortetur. Quā ſi fide integra recipiat: eſſe carolo filiam gillam quā illi cum oī neuſtria nuptui det. His mandatis ꝑ francuꝫ cognitis. Rollo a ferocia temperat ſeqꝫ (conſilio cū ſuis habito) cū carolo colloquiū (deſignato quo volet die) habiturū ſpondet. Ad hec trium menſium inducie firmantur.

Caroli ⁊ rollonis conuētio

Apud flumen epte quod eſt neuſtrie ad orientē limes fit conuentio vnam fluminis ripam carolus: alteram rollo inſedit. Jntercedentibus legatis res acta eſt. Rollo gillam caroli filiam vxorem recipit ⁊ in dotem neuſtriā: q̄ ab epta fluento ad britones terminatur clauditurqꝫ gallico occeano.

Rollo baptiſatur

Rebus vt maxime carolus cupiebat ordīatis: rollo rothomagū profectus initiatur ſacris ⁊ lauacro chriſtiano. Appellatuſqꝫ eſt robertus a roberto pictauorū comite qui recepte a rollone fidei teſtis aſſiſtebat.

Quare ⁊ vnde normānia dicta

Nō

Neuſtriam adeptus rollo: eā normāniam appellauit: ꝙ eam hoīes a ſeptentrione profecti occupaſſent. North enim danorū lingua ſeptentrionē: man vero hoīem ſignat. Jnde vocabulo compoſito normāni: id eſt ſeptentrionales ⁊ normannia ad huncvſqꝫ diem vocitat̄.

Origo normannorum.

Eius tam barbare ⁊ ferocis gentis dū originē quero eam ex gothoruꝫ feritate ortam accepi. Quos nō nulli magog iaphet filiū parentem habuiſſe audaciſſime tradunt: gothorum proſapiā ad noe vſqꝫ referētes. Quibus ego nequaqꝫ aſſentior. Quippe ꝙ a nobis tā remota antiq̄tas nulla preſertim ſcriptoris autoritate nitens fabule ſimilis videri poſſit. Daci autē gothorū ſoboles longo tempore hunc moreꝫ ſeruauerunt: vt ex multis liberis vnū tm̄ apud ſe heredem pater haberet: ceteris poſt legitimā etateꝫ domo emiſſis. Qua lege vſus lothrocus cū aliquot a ſe filios dimitteret: biergoſtam haſtingo cuidam nobili daco commendat: adiuncta plurimorū iuuenū manu Qui tranquillo mari nauigantes in picardos: inde in viromandos penetrauerunt. vbi diui quintini monaſterium incendentes: mox nouiomū capiunt: omnione epiſcopo cū clero interēpto. Nec q̄eti gemeticū ꝑ ſequanā prouecti: monaſterium nongentorū monachorū diruerūt. quod annos .xxx. poſtea ſine habitatore manſit. Que rabies in multas prouincias profuſa ad rollonem vſqꝫ de quo proxime dictū eſt graſſari non deſtitit. Ab his quidem dacis normannorū ſeuitia appellatioqꝫ proceſſit.

Proceres a carolo ſiplice deficiunt.

¶ Pacatis normānis: regni proceres a carolo deciſcunt. Sed prelijs aliquot poſtqꝫ digladiatum eſt recōciliati ſunt aduerſus robertum eudonis fratrem: cuius ſupra a me mentio facta eſt. Hic robertus aquitanie dux ꝙ de fratris regno portionem non accepiſſet: aliquot ſibi viciniores vrbes capit conſtitutis in eis pontificibus a quibus tandem regis appellationē obtinuit. Quo titulo elatior factus copias in carolum ſueſſione agentem ducit.

Robertꝰ eudonis filiꝰ occiditur

Commiſſo ibi prelio robertus occidit̄

Hebertus viromandorū comes regeꝫ perone incarcerat

Redeunti victori carolo hebertus viromandorum comes gratulādi ſpecie occurrit. Regem orat peronam ad ſe diuertat atqꝫ in arce diuerſetur. Perfido homini (cuius ſororeꝫ robertus vxorem habuerat) rex per ſimplicitatem credulus peronam petit. Moxqꝫ arcem ingreſſus in vincula ab heberto conijcit̄. Que res grauiſſimorū per franciā incōmodorū cauſam inuexit.

Cōſilium de cōſtituendo rege.

Jtum eſt tñ aduerſus fortune iniquitatē atqꝫ vt in morbis ſolet vt capiti in primis adhibeatur medela: franci quaſi regē nō haberent de rege preficiēdo cōſultant. ¶ Erat ex liberis richardi burgundorū ducis ſupſtes radulphus caroli nepos Hunc (tametſi carolus ex eligina regis anglorū filia prolē ſuſcepiſſet) in regē aſſumi carolus ꝑmittit: q̄ ſueſſione regio dyademate recepto regnū adminiſtrare cepit.

Ludouicꝰ cū matre eligina in angliā fugit.

Ludouicus aūt caroli ſimplicis filius: patris atqꝫ amicorum ope deſtitutus: enauigato mari ad anglos cū eligina matre ſe contulit. Radulphi tp̄e apud carrolas pugnatū eſt apud ſarracenos q̄ burgundiā inuaſerant: vbi ex francis complures interierunt Radulphus poſtqꝫ annos duodecim regnando expleſſet moritur .xviij. kalen. iunij. Et apud ſenones in ede ſancte columbe inhumatur.

Radulpho defuncto ⁊ carolo ſimplice apud peronam vbi ab heberto in cuſtodia habebatur: mortuo: francorum proceres et ante omnes hugo magnus atqꝫ guillermus ſenonum primas ad eliginam ludouicumqꝫ in angliam legatos mittunt: qui dicerent tempus adueniſſe cum ipſi tuto in franciam reuerti poſſent. eis ſe ſubſidio affore et

Ludouicꝰ ex anglia reuocatur

obſequiũ vna cum alijs compluribus regni primoribus preſtituros. ¶ Ea re in angliã perlata eligina cũ filio ludouico in franciã venire feſtinat. Cui obuij ꝓceres Ludouicũ lauduni regem cõſalutant: adiutore maxime guillermo rollonis filio: qui ducatum normannie gerebat

Prodigium

Fames

¶ Secundo anno regni eius prodigiũ viſum eſt hoĩm in ethere flagrantiũ: ⁊ diris cantionibus nocte tota aliquid futuri incõmodi vaticinantiuꝫ: quod poſtea contigit. Unde tertio ab ipſo prodigio anno proceres franci a ludouico deficiunt: qua inſuꝑ tempeſtate tanta fuit per franciam annone caritas vt frumẽti menſura cui ſeſtarius nomẽ eſt quattuor ⁊ viginti libris veniret. ¶ Secedẽtibus a rege francis ludouicus henricũ germanie regem ꝑ legatos petit. liceat conuentũ alicubi indicere: vbi mutuũ habere colloquiũ poſſint. Cupere ſe beniuolentiã eius atqꝫ amicitiã ꝓmereri Henricus auditis nuncijs reſpondet regis petita cõmode facere non poſſe: niſi guillermi normãnorũ ducis ſententiã de hac re cognoſceret.

ludouicꝰ ad guillermum normannie ducem

Ea re cognita ludouicus guillermũ adit. memorat qui ſit regni ſtatus. quid in ſe moliantur ꝓceres: illũ vnuꝫ eſſe cuius conſilijs res bene geri poſſit. Accepit guillermus regẽ vt dñm: opẽqꝫ ſuã pollicitus tregũ equitẽ auratum ad henricũ ex ludouici aſſenſu mittit. Ad moſam fluuiũ conuenturos reges placuit. ibi guillermi opera amicitiã reges firmãt. Quod poſtq̃ reſciuere proceres frãci ludouici potentiã veriti in regis gratiã ſe vt melius poſſunt inſinuant.

Nota regis in hebertuꝫ comitẽ cõmentum

¶ Mox lauduni cõuenientibus ex edicto regis ꝓceribus: hebertus quoqꝫ viromandẽſis affuit. Aduerſum queꝫ paterne iniurie recordatus ludouicus: huiuſmodi commentũ parat: delecto ad fabulã hoĩe ydoneo. Huic mãdat veſtem ad anglici incole formam induere: ſeqꝫ velut ex anglia ad ſe miſſum petere in conſiliũ admitti. habere lr̃as quas regi reddat Litteras autem quales rex ipſe ſcripſerat homini dat. Sedenti in contione regi venit curſor vt inſtructus erat: litteras ꝓfert Eas dum ſcriba regi demiſſe recitat: rex ſubriſit. Proceres rati aliquid ridiculi regem accepiſſe: rogãt cur riſiſſet. Nunc inq̃t maxime noui anglos deſipere. Nãqꝫ hermãnus anglie rex meus propinquus fuiſſe apud eos ſcribit agricolam hominem: q̇ herũ ad conuiuiũ cũ inuitaſſet necare auſus ſit. Eius tam inſignis facinoris autorem quo ſupplicio afficiat ſententiã veſtram inquirit. Igitur vt regi gratũ faciamus: dicite ꝓceres quo mortis genere ſceleratiſſimꝰ agricola puniendus eſſe videatur. Theobaldus bleſenſis homo imprimis prudens rogatus ſententiam dicere: hic inquit homicida tametſi vario cruciatu dignus eſt: tamẽ quatenus ad ſupplicij modũ attinet nulla michi deteſtabilior mors viſa eſt: q̃ a furca hominem pendere cui iugulum laqueo lictor perfringat. In hanc ſententiaꝫ cunctis qui aderant venientibus: cũ ipſe item hebertus viromadenſis ſequeretur: ꝓdeunt ex occulto ſatellites qui hebertuꝫ (vt a rege predocti fuerant) cõprehendũt. Nec cunctant̃ in collem non ꝓcul a lauduno perducere: vbi in furca hebertũ ſuſpendũt.

Hebertus viromãdie comes ſuſpenditur

prius tñ q̃ iugulum lictor arctaret: rex in eum conuerſus: Tu inquit heberte ille perfidus agricola es qui dñm meũ ⁊ patrem carolũ: tuũ profecto regem perone in vinculis necaſti. Nunc ergo pro tuis meritis meritũ ſupplicium accipito. Collis vbi extrema paſſus eſt hebertus mons heberti appellatus eſt. ¶ Interim dum hec geruntur: cuꝫ guillermus normannorũ dux herloyno picardo nobili faueret aduerſus flandrenſium principem a quo herloynus fuerat monaſteriolo caſtro vi et armis ſpoliatus: idqꝫ ei reſtitutum eſſe cum egre ferret arnulphus: ſimulata beniuolentia colloquendi tempus locumqꝫ a guillermo apud pinquiniacũ impetrat. Qui prima conuentione aſſentationibus ⁊ blanditijs apud guillermum ꝑfidus proditor agit Nec multo negocio benignũ ducẽ per ſpeciẽ charitatis fallit. Itaqꝫ re in inſula quadã ſomme fluminis nõ ꝓcul a pinquiniaco (vt videbat̃) compoſita aſcenſa nauicula diſcedentẽ ab arnulpho guillermũ ſatellites flandri reuocãt: quaſi aliquid ab arnulpho omiſſum eſſet: quod ad beniuolentiã ꝑtineret.

Guillermus normannoꝝ dux ꝑ ꝓditionẽ occiditur.

Appulſum ripe ducẽ cum alterũ ex naui pedẽ ꝓtuliſſet. alzo cui turco cognomen fuit trucidat. Serui aũt ducis q̇ ad alterã ripam reuerſurum mox dñm preſtolabant̃: flumine impediti: opem dño ferre minime potuerũt Occiſi cadauer (fugiente cũ ſuis ſatellitibus arnulpho) rothomagũ religioſe delatũ tumulo magnificentiſſimo. xviij. kalẽ. ianuarij honorauerunt. Ab hoc guillermo gemeticũ cenobiuꝫ quod a dacis dirutũ ſupra annotaui: inſtauratũ eſt: vbi vitã quoqꝫ monaſticaꝫ ꝓfiteri ſtatuerat. nam inter archana eius inuente ſunt religioſe veſtes q̃ argumento fuerunt concepte a ſe vite regularis.

Ingratus ludouicus

Richardus dux Guillermi filius

Huius guillermi mors occaſio fuit ludouico audẽdi peſſimi facinoris: quãobrem ipſe quoqꝫ multas ſibi turbationes excitauit. Naꝫ de guillermi interitu nuncio accepto rothomagum ire feſtinat: ſimulans amici principis necẽ velle vlciſci: aĩo reuera aliud agitãs Supererat enim guillermo filius richardus infans: cuius tutelã pariter ⁊ terre normãnie adminiſtrationem rodulphus bernarduſqꝫ gerebãt. A q̇bus vt dignũ erat receptus ludouicus terre ſpecie atqꝫ ſerenitate illectus: ſpeꝫ capit eius potiende. Petit richardũ infantẽ ad ſe deferri: tanq̃ apud ſe educandũ. Qua re ad ciues perlata: cõiectat populus regẽ non aliam ob rem infantem abducere velle: niſi vt normanniam ſibi vſurparet.

Tumultꝰ rothomagẽſis populi cõtra ludouicum

Tumultuatur igitur populus ⁊ in regem ſeditionem agitat. Cui periculo bernardus danus occurrens: ludouico conſilium dat: infantẽ in vlnis amplexũ tumultuanti populo oſtentat. Paret conſultori ludouicus. Simulqꝫ iureiurando plebi aſſeuerat: nichil ſe de normãnia preter ius ſuperioris dñij vẽdicare. terrã oẽm richardi eſſe. cupere infantem bonis diſciplinis erudiri: boniſqꝫ moribus ſi ꝑmittant educari. Sedata plebe: rex infantem in franciã traducit accepte a normannis iniurie memor.

Arnulphus flandrie comes nequiſſimus.

Cognito ꝙ richardi curam recepiſſet ludouicus: veritus arnulphus flandrẽſis ne in ſe vnũ ꝓpter guillermi necem curreret̃: quadraginta auri marcas regi dono mittit. nec cunctatur ad regẽ aduẽtare. ſeqꝫ quoq̃ mõ poſſet de ducis interẽptione reddere purgatũ: atqꝫ in regis poteſtatẽ traducere necis auctores. Et hec quidẽ palã elocutꝰ arnulphus: ad regis aures aliud inſuſurrat: recordari ſcꝫ decere regẽ ignominiaꝝ quas olĩ ⁊ in ſe atqꝫ in patrẽ normãni ⁊ dixiſſent ⁊ feciſſent. Talia ſuadenti rex credidit purgatũqꝫ arnulphũ dimiſit Inde cepit rex aduerſus infantẽ richardũ frequenter ſtomachari atqꝫ indignari: ita vt redeunti a venatione richardo rex tanq̃ aliquo eius delicto indignatus eũ ſpuriũ vocat cõminatus niſi mores emendaret ſe illi poplites male mulctaturũ ⁊ cunctis honoribus priuaturum. Ad hec richardum diligenter aſſeruari truciſſime imꝑat.

Richardus opa ſui preceptoris lauduno clã educit̃

Erat richardo ludi magiſter ⁊ preceptor Oſmondus: qui regis aduerſus richardũ idignationẽ ſecũ reputãs: yuoni cuidã ſpectato ſibi amico rem cõicat. Ambo richardũ cõuenientes hortant̃ egrotare grauiter ſe ſimulet. Quã tegnam cautus puer haud pueriliter impleuit. Egrotantẽ cũ ſerui negligentius obſeruarent: alijs atqꝫ alijs ſeorſuꝫ in rebus ſuis occupatis: Oſmondus paluſtriũ herbarũ faſce richardũ inuolutum dum conuiuio rex indulget vrbe lauduno exportat. Inde equo euectũ conciaci prefecto cõmittit. Moxqꝫ ad bernardũ ſiluanecti comitẽ preueniẽs rei geſte ordinẽ narrat. Bernardus richardo timẽs hugonẽ magnũ pariſiorum comitem in auxilium vocat. Qui ſtatim copias quas potuit ex tp̃e coactas ducens richardũ ex cõciaco ſiluanectũ trãſfert.

Conſiliuꝫ arnulphi comitis flandrie

Cõperto ꝙ ſublatus ſibi richardus eſſet: ludouicus hugoni magno pariſiorũ comiti mãdat richardũ reſtituat. At comes tanq̃ negocij ignarus in bernardũ culpã reijcit. Atqꝫ ita illuſus rex arnulphum flandrẽſem accerſit. Qui aduenieẽs conſiliũ regi dat: magnis hugonẽ pollicitatõnibus alliciendum eſſe: ꝙ ambitioſus ⁊ magni potentatus appetens eſſet. Secundũ arnulphi conſilium ludouicus ad crucem compendij hugonem ad ſe venire iubet. Hugoni corã conſtituto: poſtq̃ multa rex memoraſſet: vrbes illi in normannia daturum ſe pollicetur Quibus ꝓmiſſis deuictus hugo acceptis a rege copijs baiocas neuſtrie vrbem aggreditur. Rex caletos inuadit.

bernardꝰ danus prudẽs.

Quorum exercituũ irruptione attonitus bernardus danus: ex conſilio bernardi ſiluanectenſis ad ludouicum nuncios legat: atqꝫ his imperat nunciare regi: fruſtra in ſibi beniuolã gentem arma mouere. Rothomagum et reliquam normanniam eius eſſe: modo eorum obſequijs vti velit quorum ope aduerſus hoſtes olim forte adiuuetur. His mandatis hilarior factus rex nichil dubitans ſuos inhibet vltra bello agere: atqꝫ ita rothomagum ingreditur. Apud quem recumbentem ſic locutum eſſe bernardum danum tradunt. Hoc inquit die ſereniſſime rex plurimo nos honore affeciſti. Fuimus hactenus duci obnoxij: nunc regie paremus maieſtati. Habeat ſibi richardum bernardus: ſatis nobis bene a fortuna factum arbitramur ſi tue celſitudini normanna gens ſubiaceat. Illud vnũ miratur gens tua: hugonem tibi ſine ambiguitate hoſtẽ viginti hoĩm milibus armaſſe te. quẽ ſepenumero imperatis tuis renitentem fuiſſe nõ ignoras. Cõſule igit̃ normãnis tuis ⁊ eos regia liberalitate aſſerua. Motꝰ hac orõe ludouicus hugonẽ armis abſtinere iubet.

Rex danoꝝ aygrotus

¶ Rebus apud normãnos feliciter vt arbitrabatur geſtis: laudunũ rex ꝓfectus eſt. Per cuiꝰ abſentiã bernardus danus metuẽs ne hugo maiore manu inſtructus normanniã repeteret: aygrotũ dacie regẽ q̇ adhuc cereburgi agebat admonet: militẽ ex conſtancienſi agro collectũ ad ſe mittat: ipſe aduerſo ſequane flumine claſſe adnauiget: oĩa qua iter facturus erat vaſtans. eo pacto futurũ eẽ vt ludouicus in colloquiũ cũ eo ꝓdiret. Aygroto vt a bernardo admonitus fuerat faciente: bernardꝰ de aduentu aygroti ludouicũ certũ facit. Rex ergo exercitu ꝓ tp̃is anguſtia congregato. rothomagũ veniens: aygroto ad vadũ cui nomẽ erat herliciano cõicat. In eo loco dũ mľta de guillermi nece reges inuicẽ fabulant̃: danus quidã herloynũ comitẽ cuius gratia guillermus occubuerat cõſpicatus: lancea cõfodit atqꝫ interimit. Cuius rei indignitate cõmoti frãci armis decertãt cõmititurqꝫ vtriqꝫ atrox pugna. ita vt fuſis cõpluribus frãcis: rex fuga ſibi ſaluteꝫ pauerit: ꝑnicisſimo equo vectus. Fugientē tm̄ miles quidā danus deprehēdit. Apud quē cū dies aliquot delituiſſet: iubēte tandē bernardo dano rothomagū captiuus deducit.

Ludouicꝰ capitur

Rege in cuſtodia habito: engeberga de viro curā gerēs ad otthonē germanie regē cuiꝰ erat filia feſtinās opē aduerſus normānos efflagitat.

Engeberga ludouici vxor

Petēti filie pater rn̄dit. Hec ludouico incōmoda cōtingere q̄ guillermo duci ⁊ ꝓbatiſſimo viro neqꝫ fidē neqꝫ iuſiurandū ſeruaſſet. Atqꝫ ita ſpe deſtituta engeberga ad hugonē magnū ſe cōuertit. Illū ꝑ oēꝫ debitā regi fidē atqꝫ obſeruantiā orās: liberare ſuū regē ſtudeat. Regine precibus adductus Hugo: a Bernardo ſiluanecti comite īpetrat ad normānos ſe cōferat ſi forte de rebus cōmunibus conuentū habere vſqꝫ velit.

Conſiliuꝫ de ludouico liberando

Cōcilio apud ſanctū cletuꝫ coacto de liberādo rege poſtqꝫ hinc atqꝫ hinc locuti ſunt: vos inq̄t hugo o normāni regē noſtrū reſtituētes accipite vobis obſidē filiū lothariū: donec altero indicto cōuentu de cōcordia paceqꝫ ad plenū trāſigamus. Itaqꝫ lothariū cū duobus epiſcopis hildrico beluacēſi ⁊ guidone ſiluanectēſi accipiētes normāni: regē cuſtodia liberāt. Qui paulopoſt tp̄e validiſſima manu inſtructi richardū a bernardo receptū ſibi abducūt. Ludouicus laudunum ꝓficiſcit. Iñ vbi ſcd̄i cōuentus tp̄s aduenit cōuenietibus ad eptā flumē frācis normāniſqꝫ: pacis fedus ictū eſt Hugo aūt magnus ille comes ſibi ꝓſpiciēs: ⁊ quāto richardus ꝑ dies melior auctiorqꝫ eſſet: auctore bernardo ſiluanectēſi filiā eum acitā richardo deſponſat Quo federe ſuſpicatus ludouicꝰ facile fore vt a duobus maxīs pricipibus deprimi poſſet: accerſitū arnulphū flādrie comitē ad otthonē rhenanū: hoc ē germanie regē mittit: q̄ eū ī belli ſocietatem alliciat: accepturū premij loco lothoringiā oēm ſi eius opa normānia potiri poſſit.

Otho impator et ludouicꝰ rex rothomaguꝫ inuadunt.

Hac ꝓpoſita mercede: ottho belli aduerſus normānos ſe ſocium ludouico adiūgit: cōtractiſqꝫ in vnū copijs: rothomagū infeſto agmie reges petūt: vbi vaſtatis ꝑ circuitū vrbis vicinis agris viciſqꝫ incēſis: ciuitatē oppugnare ꝯſtituūt. Igit premiſſo qꝫ occultiſſime ottho pōt nepote q̄ ſecū militabat: terrēdorū ciuiū cā: cū ad portā qua pōs ſupra ſequanā eſt cōceſſiſſet: aptis repente portis ciues eruptionē faciūt. cōmittit ad ip̄ꝫ pontē pugna: vbi cōpluribus fuſis othonis nepos occubuit. Venere p̄terea reges. Sꝫ ꝓſpecta vrbis munitiōe: otho vbi nepotē ceſuꝫ eſſe cognouit: oīa in arnulphū retorquēs: cogitat ſi quo mō arnulphū ad manus hoſtiū deducere poſſet.

Arnulphꝰ fugit.

Qua re aīaduerſa arnulphus receptis ſarcinis ſe e caſtris in flādriā ꝓripuit. Nec morant idē facere reges: atqꝫ ceptis deſiſtētes exercitū reducūt: quos inſecuti normāni plurimos in fuga interemerunt. Ludouicus autem eodem anno quo hec geſta ſunt deceſſit. Atqꝫ in diui remigij tēplo regio ſepulchro īpoſitus āno xp̄iane ſalutis. nongēteſimo q̄nquageſimo quinto. Hic nullo fere quo regnauit temporis momento ꝓſpera fortuna vſus eſt.

Reliq̄t ex engeberga othonis ſorore liberos duos lothariū atqꝫ carolū. Carolus ibecilli ⁊ demiſſo aīo vitā priuatā egit. Lothariū ꝓceres ī regē aſſumpſerunt.

Cōtentio aduerſuſ richardū normannie ducem.

Huic fuit aduerſus richardū normānorū ducē: autore theobaldo carnotenſiū: diuturna cōtētio. Qui theobaldus ꝑ engebergā prīo tētauit richardo inſidias ponere. Deiñ nō ꝓcedētibus ceptis lothariū in ducē exaſꝑat: identidem crebro repetēs richardū ea potētia valere: vt rege nō lōge inferior eē videatur. tm̄ lothariū apud frācos poſſe: qꝫ illi a richardo ꝑmiſſuꝫ foret. querendā idcirco eq̄ſſimam occaſionē eē qua hoīs magnitudinē lothariꝰ peſſundet. Audiuit rex eq̄ aīo loquētē. q̄ppe cui doleret tā magno potētatu hoieꝫ eē: ſcꝫ ſibi obnoxiū q̄ ꝓ ſuo arbitrio impata vl' faciat vel recuſet. Igit richardo mādat: meminerit: neuſtriā frācorū ditiōis eē. cuiꝰ grā in vba regis iurare ⁊ ei fidē dare debeat. Veniat ergo ſuo ſatis officio veteri more facturꝰ. Ad regis mādata ſe venturū richardus rn̄det. Quo rn̄ſo lothariꝰ ratus ꝑfectū iri poſſe q̄ in richardū aīo agitabat: balduinū flādrenſem: goffredūqꝫ ādegauū: ⁊ theolbadū comitē accerſit. His tribus et magno militū nūero comitatꝰ ad yſarā flumē q̄ richardus accedere ſtatuiſſet venit. At richardus cū in aduerſa flumīs ripa in cōſpectu lotharij cōſediſſet: fraudis hūane recordatꝰ: exploratores clā a ſe dimittit. q̄ lotharij eiuſqꝫ gētis cōditionē ⁊ ſtatū ſibi referāt. Redeūtes q̄ miſſi erāt: dicūt oīa apud frācos ad bellū inſtructa eē. putare ſe illū armorū apparatū in ducem cōſpirare. Ea re cōperta dux aſſiſtere ſibi quoſqꝫ ex ſuis fortiſſimos iubet. quorū ope nixus flumē traijcere frācos ꝓhibet. at potentie regis cōſcius: rothomagū ꝓtenus contendit. Atqꝫ ita ſuo inſtituto fruſtratus rex ſumma indignatione percitus eſt. Nec propterea moratus alterum ex francis burgundiſqꝫ exercitū cogit. Atqꝫ baiocas normānie ciuitatem progreditur quam (prodente gilberto fabro ferrario) recepit. Receptam theobaldo carnotenſi committit preſidio impoſito.

Baiocas rex cepit.

Inde in caſtellum quod hermeuillum incole vocant mouens theobaldus cū illic diutius heret: dux ſequana tranſmiſſo: cū non contēnenda manu hoſtē repente adoritur.

Ceſi ſunt in ea pugna ex theobaldi militibꝰ ſexcēti ſexagita. Theobaldo ſe carnotū recipiendi vix ſpaciū fuit.

theobaldus carnotēſiſ comes vincitur

¶ Rebus ꝓſpere geſtis richardus metuens ne magnis a lothario incommodis afficeret: ad erardū danorū regē legatos ire iubet. qui regē orēt ſuppetias normānis ferre: q̄ ex ſua gēte ꝓgnati eſſent.

Erardus danorum rex.

Gratus fuit erardo legatorū aduētus: ſeqꝫ cū copijs prope diē affuturū reſpōdit. Nec richardū fefellit. Inſtructa eñ claſſe ad oſtia ſequane adnauigans militē in cotinentē egreſſum in carnutes aduerſus theobaldū ducit: cūcta obuia nō aliter qꝫ irruēs ſupne grādo quatit ꝓteritqꝫ. nec minus ea q̄ lotharij erāt quocūqꝫ irrupit vaſtat atqꝫ populat: transferēs ad normānos vili precio quas auferebat p̄das. ¶ Inter has calamitates pōtifices frāci laudunū ad lothariū ꝓficiſcunt occurſuri tot incōmodis q̄bus afficiebātur. Ex lotharij ſentētia carnoteñ. antiſtes ducem cōueniēs: ex richardo petit: q̄obrē ipſe qui chriſticola eſſet tā diris calamitatibus ꝑgentē xp̄m neſcientē francos ꝑſequeret. Qui cognito hec mala a richardo ꝓcurari qꝫ lotharij iniq̄tateꝫ atqꝫ in ſe maliuolentiā maxīe ſuſpectam haberet: ſimulqꝫ theobaldi q̄ baiocas lotharij dono occupabat incurſiones rapinaſqꝫ vlciſci conaret: antiſtes firmatis cū normānis inducijs ad lothariū reuertit. ¶ Legatione ad regē ꝑlata: priuſqꝫ cū richardo lotharius q̄cq̄ꝫ pacti iniret: iniuriarū ſatiſfactionē richardo exhibēs baiocas duci recōciliatus dimittit.

Recōciliant Lotharius ⁊ richardus.

Succedēte die cū ad cōuentū normānorū eundū erat. Richardus in caſtris danorū apud gōdelfoſſaꝫ apparare diuerſoria ad excipiendū lothariū iubet. Ibi habito cōuentu lotharius apud richardū ſe excuſatū faciēs: cōmiſſorū a ſe obliuiſci ducē petit: ſperaret in reliquū tp̄s regē ſibi amicū fore: ⁊ ad res ſuas adiutorē. Regis ſeu vera ſeu ſimulata manſuetudine ꝑſpecta. Richardus offenſaꝫ remittit: atqꝫ ad hūc modū pace vtrinqꝫ firmata diſceſſuꝫ ē.

Lotharius othonē inuadit.

¶ At inq̄ete aīo lotharius regnū auſtraſie q̄d ludouici patris eius fuerat repetere ab othone cōſtituit. Ad eāqꝫ rē cōgregato exercitu aquiſgranū maiore qꝫ credi pōt celeritate ingredit. Prandēti vna cū vxore othoni: cū de francorū inopinata irruptione nuncius affert: mirū in modū attonitus raptis q̄ potuit fuga elapſus eſt. Preda ex regis palatio ditiſſimoqꝫ oppido atqꝫ ex oī ꝓuincia correpta cōtentus lotharius: retro in franciaꝫ ceſſit. Quē nō longo interpoſito tp̄e magnis copijs inſecutus otho: caſtra e conſpectu lutecie pariſiorū ponit. Sꝫ eruptione a ciuibus facta: ⁊ othonis nepote cū alijs cōpluribus fuſis occiſiſqꝫ. ciuitatis ſuburbia otho incēdit. Nec morat lotharius hoſtē ad yſarā vſqꝫ cuꝫ hugone magno ⁊ henrico duce burgūdie ꝑ ſueſſionēſium agrū ꝑſeq̄ vbi tā multis occiſorū cadaueribus alueus oppletus eſt: vt a cōſueto fluxu yſara impeditus in agros ſeſe effunderet. Nichilo tm̄ ſegnius fugientē othonē frācus ꝑſecutus eſt. At pacatis deinū regibus: auſtraſiā cuius cā bellū gerebat othoni lotharius reclamātibus regni francoruꝫ multis ꝓceribus dedit. repugnante etiā hugone abbate: qui occaſione inde ſuſcepta regnuꝫ affectauit atqꝫ vſurpauit. Nec diu deinceps lotharius ſupſuit. Nā apud remos moritur: ⁊ in diui remigij cenobio tumulo illatus eſt anno nongenteſimo octogeſimo ſexto.

Occaſio hugoni capeto regnum affectandi

Lothario ſucceſſit filius adoleſcēs ludouicus. Que autē geſta ab eo ſunt ſilētio ab hyſtoricis pretereunt: vel qꝛ ꝓpter breuitatē regnādi nulla: vel qꝛ indigna memoratu ipſi iudicauere. Apō ꝯpēdiū ſepultꝰ noīs tm̄ appellatōeꝫ ſui poſteris reliq̄t:

Carolus deinceps lotharij frater regni gubernacula ex lothorigia cuius ducatū gerebat tanqꝫ legitimus heres recipe tētauit: ſꝫ lauduni cuꝫ vxore agentē hugo q̄ capetus appellatus ē ope atqꝫ ꝓditione anſelmi vrbis antiſtitis recepta vrbe carolū intercipit: atqꝫ aureliā in cuſtodiā mittit. Interea caroli vxor duos enixa liberos ludouicū atqꝫ carolū ſpē adipiſcēdi regni fruſtra accepit. Nā hugo ille capetus animi magnitudine ⁊ rebus potēs: cū eius conatus nemo reprimeret: vi atqꝫ armis regni ſe dyademate inſigniri obtinuit. Qui iō capetꝰ appellatus ē qꝛ capucia ꝑ ludū alijs auferebat. Unus tm̄ flandrēſis comes arnulphꝰ hugonis temeritati aduerſari tētauit. Hinc excitato bello hugo toto artheſio comitatu arnulphū mulctauit. Queꝫ poſtea īterceſſore richardo normānorū duce ab hugone recepit. ¶ Arnulphū p̄terea lotharij fratrem nothū remorū pontificē: ſynodo epiſcopoꝝ habita ab vrbe deiectū in vinculis cōiecit ⁊ remis gelbertū philoſophū poſuit antiſtitē.

Gelbertꝰ philoſophus

Romani tm̄ pōtificis iohannis edicto arnulphꝰ ꝑ ſyginnū ſenonū preſulē (reuocato gelberto) reſtitutus eſt. Hunc gelbertū magie ſcientē ſcriptores fuiſſe tradūt: eamqꝫ artē yſpalis didiciſſe. Othoni ꝓpterea gratus cū eſſet: rauennatem eccleſiā adminiſtraſſe ⁊ tandē iohāne. xvij. mortē obeunte pōtificatū romanū fuiſſe adeptum. Nec fuit hugoni vita diuturnior: ſed ad reges francos apud diui dyonyſij edē eſt appoſitus anno chriſtiane natiuitatis nongenteſimo. xcviij.

Hunc ſecutus eſt filius Robertus bonis moribꝰ ſpectatiſſimus rex: nec minus optimis diſciplinis eruditus. Cuiꝰ hactenꝰ extant in eccleſiaſticis ſacris p̄clara ſcripta: q̄ reſponſoria clerus appellat. Quoꝝ hec p̄cipua habent̄. O iuda et hieruſalē: qđ p̄ridie natalis dn̄ici cantari a clero cōſueuit. illud p̄terea de ſctōꝝ martyꝝ triūpho. O cōſtantia martyꝝ: itē ⁊ illud Corneliꝰ cēturio: qđ ad diui ap̄li petri arā ſcriptū cū rome eſſet p̄die feſtiuitatis ap̄li obtulit. Nec omittēdam reor illā quā ſequentiā gallica eccleſia vocat Sancti ſpūs aſſit nobis gratia. q̄ maximi alicuius theologi opus eſtimari poſſit.

Eudo carnotēſis comes.

Principio regni eius Eudo carnotenſium comes Caſtellū meldunenſe quod bouchardi comitis erat galteri opera qui caſtello prefectus eſſet occupauit. Quod a roberto p̄monitus: cū reſtituere ablata Eudo recuſaſſet: accito richardo normanoꝝ principe: arcem vndiqꝫ circūuallat: atqꝫ expugnat: ꝓditorē galterū in arce dephenſum vna cū vxore robertus patibulo illaqueari iubet: ⁊ bouchardo arcē reſtitui.

Ducatuſ burgundie ex legato henrici ducis roberto regi dimittitur.

¶ Tenebat eodē tp̄e burgundiā henricus. Qui vita deficiens: cū ſe liberis carere intelligit: terrā roberto legat. Quāobrem ad landericū niuernenſem comitē ſpectantes burgundi: roberto ſe obtēperaturos negant. Igit̄ accerſito richardo normāno ꝓmotis copijs robertus antiſſiodorū vrbē burgundo audientē obſidet. Cuius obſidionis perteſi ciues dedita tandē ciuitate landericū quoqꝫ regi dedunt. Recepta ciuitate aualonē preterea munitiſſimā arcem robertus vi capit.

Lādericꝰ niuernenſis comes de burgūdia contēdit.

Atqꝫ hac expeditione ſatis ſue eſtimationi factum ratus: in franciaꝫ ſe conuertit: vbi apud ſenones bernardus quidem agens graui tyrannide dei ſacerdotes ⁊ templa vexabat. Qua perſecutione parcitus leothericus ſenonenſiū preſul cōmunicato cū ramaldo pariſioꝝ pōtifice cōſilio: ciuitatē tyrāno liberat. Liberatā roberto p̄miſit. At cū ernardus inde aufugiſſet: fromondus eius frater occupata arce: regi reſiſtit. Sꝫ obſeſſam robertus poſt aliquot dies recepit: capto fromōdo: quē aurelīā ad patrē renardū miſit: vbi paulopoſt defunctus eſt.

Robertꝰ rex moritur

Nec diu ſuperſtes robertus fuit. Nā quarto ⁊ vigeſimo regni ſui anno ad cōe regum ſepulchrum delatus ⁊ dyoniſiana ede ſepultus eſt: relictis ſue memorie preclaris monumentis.

Eccleſie a roberto extructe

Nōtis enim fortis arceꝫ validiſſimis turribus ⁊ muris extruxit. Diui reguli apud ſiluanectū edē. Aurelie diui aniani tēplū. Stāpis diue virgis marie baſilicā. Auguſtuduni edes ſacras duas. Apud poſſiacū diue virgis eccleſiā. Hic cū vxores duas diuerſo tp̄e habuiſſet: ex cōſtātia guillermi arelaten̄. filia hēricū ſuſcepit. Ex altera q̄ nouiomēſis erat: duos ſymonē ⁊ amalricū extulit. A quibus focus: ⁊ duo eius liberi balduinus ⁊ amalricus hieroſolimoꝝ reges prodierunt.

Contētio de regno inter fratres

Religioſo regi roberto ſucceſſit hēricus. Cui mater cōſtātia ita aduerſari ſtuduit: vt multis regni proceribus ad eā deficientibus robertū burgundionem henrico preferre cōtenderet. Liberos enī tres ex conſtantia robertus ſuſceperat. hugonē ducē qui pre patre mortuus eſt. Robertū burgundionum ducem et hunc henricū: de quo nunc ſcribimus: francorum regē. Iam arces aliquot vrbeſqꝫ conſtantia occuparat: cū henricus matris potentiā furoreqꝫ veritus: ad robertum normannoꝝ ducem acceſſit: auxiliuꝫ opeqꝫ aduerſus maternā vim petiturus.

Normānoꝝ dux robertꝰ henrico regi auxiliū tulit

Qui henrici fortunā miſeratus: magnis illū muneribus cumulatū. validoqꝫ inſuꝑ milite inſtructum: ad patruelē ſuum malgeriū qui corbolij comes erat mittens: comiti mandat henrici partes ſequat̄ ⁊ quoad per eū commode fieri poſſit tueatur. Abeunte a duce henrico: ipſe dux finitima normannie caſtra q̄ regis erant capit: impoſito illis firmiſſimo preſidio: ne ab illis quicqꝫ belli in henricū inſurgeret. His igit̄ auxilijs ſuis quoqꝫ copijs auctus hēricus: nō longo temporis ꝓgreſſu ⁊ maternū in ſe rigorē deflexit: et q̄ illa abſtuliſſet partim vi partim libera deditione facta recepit. Et per id tēpus pariſij ciuitas conflagrauit. Quo anno dn̄ice ſalutis milleſimo trigeſimoquarto. Campanie comitē eudonem ⁊ balduinū flandrenſem q̄buſdam arcibus oppidiſqꝫ mulctauit.

Prioratꝰ diui martini d̄ campis

Que cōmoda henricus in deuꝫ referens accepta: diui martini templū quod camporum appellatur: a ſe pariſij conſtructū ſacerdotibus quos ſeculares vulgus vocat aſſignauit. ¶ At non fuit illi eadē erga hoīes gratitudo. A normannia nobilitate poſt roberti morteꝫ in ſuum ducem guillermū conſpiratione orta: henricus potiendi tilliarie arcis cupidus a guillermo impetratā ſed a gilberto criſpino q̄ ſeruande arci preerat defenſam vi expugnat atqꝫ incēdit. Deinceps ad ſeptentrionē verſus ſecundū mare ꝓficiſcēs argentonam diruit. Inde ad tilliariā reuerſus arcē inſtaurat impoſito preſidio. Cū ſuſcepta aduerſus guillermū cōſpiratio procederet: guillermus ad henricuꝫ nuncios mittit orans vt paterni in ſe meriti recordatus: ſe roberti ducis a quo olim opeꝫ accepiſſet filiū contra inimicorum violentiā iuuet. Quo nuncio motus rex correpto ꝓ tp̄e exercitu: ad halſedunum vna

cum guillermo copias in conſpiratores ducens: eos multo militum numero ſuperiores fudit. Neqꝫ hoc modo meliore rex aīo in guillermū ꝑſeuerauit: pleriſqꝫ henrico ſuadentibus neuſtriam repetere q̄ ditionis francoꝝ fuiſſet. Atqꝫ his verbis motus Henricus: bipertito exercitu normanniā ingreſſus eſt: vno caletos duce eudone fratre: altero gaufredo martello ebroicēſes inuadit. Ea re cognita guillermus diuerſis copijs: regis conatus tardare feſtinat. Ipſe aduerſus regem proficiſcit̄. franci qui in caletos graſſabantur: et ad mortuū mareviſqꝫ peruaſerant a normannis fuſi: occiſiqꝫ ſunt. Quam victoriā poſtqꝫ Guillermus accepit: in collem q̄ regijs caſtris ꝓximus erat caduceatorē aſcēdere iubet atqꝫ ibi q̄ꝫ maxima poſſet voce nūciare: fugatos fuſoſqꝫ francos eſſe. Re comperta henricus iniuriam acceptam vīdicaturus: gaufredum andegauenſem in auxiliū accerſit. Atqꝫ ita vno agmine ꝓgreſſi cum ſinū quēdā pelagi vno traiectu tranſire om̄s non potuiſſent: alteram q̄ impediente eſtu reſtiterat Guillermus adoritur atqꝫ interimit: ſpectāte Henrico qui ſuis interlabente eſtuario auxilio eſſe non valebat. Quo infortunio admonitus rex: ſecū reputat q̄ꝫ inique guillermū laceſſiſſet. Igitur ꝑ nuncios ducis amicitiam expetit: et initam illibate ſeruauit: reſtituta arce tillaria quam a guillermo iniuſte rapuerat. ¶ Quieuit deinde a bello Henricus et Philippū quem ex anna ruſſionū regis georgij filia extulerat: ſe viuo regnare imperauit. Fuere preterea henrico liberi duo Robertus burgundie dux atqꝫ hugo qui magnus appellatus eſt. Henrici tempore berēgarius turonenſis dyaconus errorē de euchariſtie ſacramento excitauit. vbi non verū xp̄i corpus: ſed exemplar quoddam corporis ineſſe dicebat. A quo poſtea reſipiſcens ſententiaꝫ mutauit. Atqꝫ eodē quo id factū eſt anno henricus defunctus cū atauo atqꝫ auo regibus ſepelitur anno ſalutis milleſimo ſexageſimo. Huius regis etate burgundi cū annos centum ⁊ triginta francis regibus paruiſſent ad conrardum imperatorem defecerunt. Unde factū eſt vt que vna erat burgundia in duas partita ſit. ⁊ alterā que campaniam attingit franci: alterā que biſantinos ſpectat alemanni imperatores tenuerint.

¶ Eiuſdem compendij Liber ſextus.

Philippus qui hoc inter reges francos nomen primus accepit proſpera fortuna vſus: duxit vxorem bertham Balduini hollandie comitis et frigie regis filiam que ludouicum atqꝫ conſtantiam peperit.

Bituriges iure emptionis ad francos ꝑtinent. Vaſtiniū itē

¶ Erat per id tempus biturigum comes harpinus vir ſtrennuus ⁊ bellipotens. Qui in expeditionem que illo tempore ad hieroſolimā primū duce petro heremita: deide godefrido bullionen̄. parabat̄ ꝓfecturus: cum rei pecuniarie indigeret: biturigum principatū regi venalem ꝓponit. Quem ſexaginta milibus nūmum ab henrico emptū: francoꝝ ditioni aſcripſit. ¶ Adiūxit preterea vaſtiniū ex huiuſmodi cauſa. Orto inter gaufridum barbatū andegauū ⁊ fulconem richinum vaſtinienſiū fratres: ob male diſtributam paternam hereditatem: richinus henrico ꝓmittit ſe vaſtiniū illi ꝑpetuo relicturū: ſi ſe aduerſus fratrem bello decertantem nō impediat. Igitur annuēte philippo: richinus fratrē deprehenſum: in cuſtodia donec moreret̄ habuit: atqꝫ ita vaſtiniū Henrico p̄miſit. Ex quo factum eſt vt creſcente ſuperiore fortuna: philippo pariter habendi cupido augeretur. Eapropter vilcaſſinū qđ ad francos reſpicit: et francū appellat̄ occupat: ⁊ aduerſus hugonem donni martini comitē: montēmelianū munitiſſimā arcem muro circūcingit.

Ludouicus ad regni conſortiuꝫ a p̄re admittitur.

Inter hec cum ludouicus adoleſceret: et iam ſpem faceret future magnitudinis: pater ad regni conſortiū illū admiſit. Qui nō ꝑ ſocordiam atqꝫ ignauiā mollis ⁊ effeminatus neqꝫ ferarū venationibus occupatus: etatē egit: ſed nūc iaculandi: nūc ſagittandi: vel armoꝝ ſe conſuetudine exercebat.

Philippus bertham dimittit: ⁊ bertrādā in delitijs habuit

¶ At philippus filiꝰ cura a negocijs reſpirans: in aliud ſe incōmodū intricauit. Nam in berthā odio concepto eā apud monſteriolū in arce aſſeruari iubet: abducta a richino andegauo Bertranda vxore: quā in pellicem annos complures habuit ſuſceptis ex ea liberis philippo et floreo atqꝫ filia vna. Eius adulterij cauſa cum a ſtupro non reſipiſceret philippus: romanus pontifex vrbanus ſecūdus regi hominū cōmunione interdixit.

Admonituſ philippꝰ berthā recipit.

Qua ignominia percitus rex: recepta bertha: bertrandam dimiſit. Inter patris libidines ludouicus regni adminiſtrationem curioſiſſime gerens: aduerſus guillermū nouū anglie regem qui normāniam roberto fratri abſtulerat: prelijs aliquot feliciter geſtis: grandi ſemꝑ aīo ſe geſſit: ita vt deſperata victoria anglus retro ad ſuos ſe conuerterit. Ubi dū venationi indulget ſagitta incerto auctore traiectus interijt. ¶ Fuit equidem ludouico non ſegnis cura rebelles edomandi. Bochardū enī mōtiſ

Ludouicus eccl'ie ⁊ pacis turbatores punit.

Gorneyū in martena flumine.

Theobaldꝰ cāpanie comes contra ludouicum.

Hōbaldꝰ in biturigibus

Officiū egregij militis.

morentiani dn̄m ob leſam diui dyoniſij libertatē in arce obſeſſum ad ſe venire et dāna eccl'ie illata compenſare coegit. Droetū mōtiacū preterea eius criminis participē incendio caſtelli quo ſe receperat affecit. Eius quoqꝫ virtute et diligentia mathei bellimōtis temeritas penas luit. Qui ablatā caſtelli luſarceñ. partem hugoni claromontenſi cuius filiā duxerat vxorem reſtituere contēneret. Nā caſtellū vi atqꝫ armis receptū ludouicus hugoni reſtituit. Fugientem aūt matheū ad chambeliacū vſqꝫ ꝓſecutus: eū in arce obſedit: ſed crebris imbribꝰ fatigatus ⁊ continuo tonitru ꝑterritus miles: relicta obſidione ⁊ parte caſtroꝝ incenſa: ſe fuge cōmiſit: a qua nō ludouici reuerentia: nō clamor: nō preces fugientē continere potuerunt. Ea re tātā idinationē ꝯcepit ludouicus: vt pariſios repetēs ſepenūero diceret: pulchrius eē crudeli morte ſi honeſta eſſet occūbere: ꝙ̄ cū dedecore vitā ꝓducere. Igitur nouo exercitu cōtracto bellū redintegrare contendit. Sed matheus bellomontenſis gnarus ſtultū eſſe maiorū iuſſis nō parere: amicoꝝ interuentu: ⁊ ipſius inſuꝑ philippi auctoritate benigniorē habuit ludouicū ſatiſfactione incōmodoꝝ exhibita. Elbonē preterea roſſiacū q̇ Laudunenſi ⁊ Remenſi clero frequētem vim inferebat ad penitentiā compulit. Pari quoqꝫ virtute leonetū de magduno aurelianenſem eccl'iam turbantē cōpreſſit. ¶ Per hos itē dies guido de rupeforti prime nobilitatis homo egre ferens filiā quā ludouico nuptui dederat diuortio fuiſſe dimiſſam: ꝓpterea ꝙ cognationis gradu ludouico cōtingeret: belli occaſiōes queritabat. Nec defuit maliuolo hoī ad flagitiū ſocius. Erat in materna flumine caſtellū gorneyū: aquis muriſqꝫ munitiſſimū. Cui hugo pōponus preerat: guidonis ſectator. Hic ꝙ ſecus publicā viā caſtellū ſitum eſſet: abductos a mercatoribꝰ equos in arcē ſuſtulerat. Ea re indignatus ludouicus cū predā pōponus nō redderet: ad caſtellū copias ꝓ tp̄e celeriter ꝯtractas mouet. vbi dū aliquot dies diſtinet̄: guido de rupeforti de obſeſſis ſollicitus a theobaldo cāpanie comite ꝑ richardū ſue factionis cōſortē auxiliū petit: atqꝫ impetrat. Ip̄e interim aliquot regni loca incurſionibꝰ populat̄. At ludouicus cognito theobaldi aduentu: ex finitima gorneyo gente milite raptim collecto: in comitē inſtructo agmine ꝑgit. Quē ꝓfligata magna exercitꝰ parte in fugā vertit. Inde reuerſus victor ludouicus caſtellum recepit. ¶ Acceſſit ad hec alia ab hōbaldo turbatio q̇ ſancte ſerenne caſtellū qđ in biturigibꝰ ad lemouicenſes ſpectat icolēs biturigū agros crebris incurſionibus vaſtabat. Igit̄ in predatorē ꝓfectus ludouicus in cōſpectu hoſtiū caſtra locat. Perfluebat eū locū riuulus quē hōbaldus ad vtrāqꝫ ripā occupabat. ⁊ q̇ vadū erat: ne franco pateret trāſitus liber: preacutos palos defixerat. Qua re poſtq̄ ſe remorari ludouicus videt: ip̄e citato equo in hombaldū fert̄: quē et alterū q̇ iuxta erat in profluentē ꝓſternit. Quibus in alterā ripā elapſis: ludouicus qua vadū eſſe intellexit traiiciens: in hoſtes ꝓpe iā attonitos irruit. Quē inſequentes franci hoſtē ad caſtellū vſqꝫ ꝓfligauerūt. Hoc euētu ꝑterritus hōbaldus ſe ⁊ ſua ludouici poteſtati ꝑmiſit. Recepto caſtello ludouicus hōbaldum in turre ſtampenſi cuſtodiri iubet. Hec atqꝫ alia ſtrennue gerente ludouico: philippū melduni egrotantē vita deſtitnit. Cuius funus religioſe curās ludouicus: ad diuū benedictum ligerenſem extulit vbi ſe delegerat ſepeliri. labente incarnationis dominice Anno centeſimoſexto ſupra mille.

Cōtentio de loco vbi rex ſacrari debeat.

Eudo Corbeij comes a gingone fratre dū venationi indulgēt capitur.

Bellū ab anglia.

Oratores frāci ad henricū anglū.

Crudele factum.

Rupes guidonis.

PAtris funere digna pietate expleto: ludouicus etſi populari beniuolentia iuuaretur: nō pauci tñ ex regni primoribꝰ ſuſpecti cū illi eſſent: cōſilio yuonis carnotenſiū ep̄i cōfeſtim aurelie cōuentū habuit: Ibiqꝫ cōuenientibꝰ ex ſenonenſis ꝓuicia ⁊ viciniorībꝰ vrbibus ep̄is: regijs inſignibus ornatus rex appellatꝰ eſt. Quo ritu vix exacto: ecce a remis miſſi ab archipreſule nūcij venere: in mandatiſ habentes: dicere remēſem eccl'iam vnā inter frācos eſſe: vbi reges ſacra vnctione liniri optima cōſuetudine oporteret. Sed cū ſacrū iā miſteriū abſolutū itellexerūt: obmuteſcētes irrita legatiōe reuerſi ſunt. ¶ Nec regi nouo quies diuturna fuit. Hingo ſiquidē ruffus: et guido creciacus eius filius predis aſſueti: ⁊ q̇bus doleret ꝙ caſtello gorneij ſpoliati a rege eſſent: aduerſus quē eudo corbeij comes ſuppetias fratri mittere recuſaſſet: inſidias eudoni parant: eūqꝫ relaxandi animi cā venatū ꝓdeuntē inuadūt. Atqꝫ in vinculis in arce firmitatis balduini cōiiciūt. Qua re aīaduerſa eudonis amici ludouico iniuriā ſui dn̄i renūciant. Adiicientes cū caſtellanis. hoc eſt cū oppidanis pepegiſſe: ſe eos dū aduenirent in caſtellū admiſſuros eſſe. Rex igit̄ paucis: ne ab hoſte dignoſceret̄: adcitis: ad firmitatē cōtendens Anſelinū cū quadraginta equitibꝰ ꝑmittit. Qui ꝑ pōtē ad hoc paratū introducti: ſtrepitu ⁊ ſuſurro ſuo caſtellanos rei ignaros excitarūt. Quo factū eſt: vt noctu et viaꝝ anguſtia prepediti qui premiſſi erant retro abire cōpulſi ſūt anſelino capto: quē vna cū eudone corboliano ī ergaſtulum caſtellani demiſere. Fuit ea re ſupra ꝙ̄ credi pōt indignatus ludouicus. Idcirco feſtināter ꝓperat caſtellū obſidere aggeribus quinqꝫ ꝑ circuitū erectis. Per eā obſidionē cōperto ꝙ guido creciacus variato frequēter habitu ad obſeſſos clā introire tentaret: ludouicus arcem oppugnat. Qua re territi caſtellani: ludouici poteſtati ſe ꝑmiſere. Quoꝝ alij fortunis oībus mulctati: alij carcere lōgo afflicti mortē obierūt. Receptis ad hūc modū iis q̇s hoſtis vinctos tenebat: ludouicus reliq̇s metum incuſſit. ¶ Sed aliud difficilius mox bellū ab anglo rege exortū eſt. Eodē tp̄e hēricus quartus anglis imperabat. cuius nomē grāde quidē fuit. de quo herlinus vates anglus vaticinatꝰ eſſe ꝑhibet̄ q̇ inter anglos diuinationis nō mediocre nomē obtinuit. Hic henricus ordinatis apud anglos rebus: cū in normāniam anno dn̄i cēteſimodecimo ſupra milleſimū veniſſet: arcē giſortij q̇ ad eptā amnē inter frācos normānoſqꝫ limes eſt: a pagano arcis dn̄o vi extorquet. Quod factū poſtq̄ reſciuit Ludouicus: legatis ad henricū miſſis petit: arcē aut reſtituat: aut diruat. Sed ad hoc ventū eſt: vt cōuentu apud plancas habito: reges de hac re colloquiū inirent. Cū ad deſignatū cōſilio locū reges acceſſiſſent: ludouicus aliquot ex ſuis ad henricū legat. Cuius legationis p̄marius ad hūc modū locutus fuiſſe ꝑhibet̄. Cū normānie principatū henrice ex frāco rege recepiſti: iureiurando inter vos ſancitū eſt: vter vr̄m giſortiū arcē aut brayū occuparet: is infra quartum occupate arcis diē eā dirueret. Quod pactū q̄nquidē ꝑuaricatus es: precepit rex vt cōditiōi obediēs arcē giſortij quā occupatā tenes oīno ꝓſternas: et q̇ dāna itulisti cōpēſes. Si q̇ſpiā ex tuis adeſt q̇ pactū neget: paratus eſt rex aut ydoneis teſtibus id ꝓbare: aut bello rē ſuam agitare. Hec cū henrico nunciaſſent legati: nullo expectato reſponſo: ad regē ſe receperunt. Quos ꝓtenus ſecuti q̇dā ex normānis: regē impudenter cōueniūt: cōditionē (cuius mētionē fecerāt legati) ꝑnegantes. Propterea litigioſā rē iudicio decernēdā eſſe. Mittunt̄ igit̄ iterū ad henricū nūcij q̇ certamen ſingulare: aut bellū indicēt. Quibꝰ reſpōdit anglus: ſe id quidē (accedēte ꝓ tp̄e occaſione) curaturū: inſani hoīs eſſe: ſe rēqꝫ oēm ſuam incōſtanti fortune: velut aleā luderet cōmittere. Ad hec henrici verba tumultuantes franci: leuibꝰ q̇buſdā prelijs in normānos cōcurrunt. Sed cū nox ſupueniens pugnā diremiſſet: diſcedēte giſortiū anglo: franci caluū montē petunt. Qui ſub diei ſequentis lucē correptis armis giſortiū expugnare cū ſtatuiſſent: inde ſunt (normānis ex oppido erūpētibus) repulſi. Hoc vt diximus inchoatū bellū ſecūdo tandē anno finē cepit. guillermo henrici filio ludouici iuſſa capeſcēte. Cui ob igenuā eius indolē: arcē cuius cauſa digladiatū erat: liberā ludouicus dimiſit. Per id tp̄s inhumanū facinus a ſocero in generū patratū ſilētio preterire non poſſum. Eſt em̄ tum ſceleris atrocitate: tum ſupplicij grauitate cognitu dignū. Eſt ꝓxime ſequanā edita rupes: in cuius altiſſimo iugo guydo quidā nobilitate inſignis arcē munitiſſimā extruxerat indito a ſuo nomine arci vocabulo. Rupes em̄ guidonis etiā nūc appellat̄: in ea cū aliquot ſeculis ip̄e p̄mū: deinde filij eiꝰ duo ſucceſſu tp̄is habitaſſēt: vicinos pp̄los predis affligētes: guido tādē alter hereditario iure arcem ſuſcepit. Qui maioꝝ ſuoꝝ vitam exoſus: ad humanitatem ſe conuertit: ducta vxore guillermi cuiuſdā potentis normāni filia. Hic guillermus normāna perfidia vſus: genero inſidias ponit. ſi quo mō arcē illi eripere poſſet. Satellitibꝰ igit̄ (quos loricis ſub ſagis inſtruxerat) ſecū aſſūptis: in ſacellū quo rē diuinā auditurus erat gener contendit. Ibi ſimulata pietate ꝑfidus: ſocer dū venientē cū vxore generū intuet̄ occupata ſacelli ianua guidonē ſūmouet. Quē dū ſatellites gladijs cōfodiūt: miſera vxor in virū humi ꝓcūbentem ſe ꝓſternit: ꝓmpta oīno vulnera q̇ marito inferrēt ſatellites in ſe excipe: aut pietate atqꝫ mīa ferociā ꝯpeſcere tyrānoꝝ. Sed fruſtra gladijs diſtrictis lachryme obiiciunt̄: interimit̄ auctore ſocero gener. Et qui in arce inuenti ſūt ad vnū oēs necant̄. Ipſa autē vxor ⁊ viri ⁊ ſuo cruore madens: ſe ad virū reptando vt potuit illapſa: dū mortuū maritū gemēs oſculat̄ ip̄a pariter occubuit. Poſtq̄ tam atrox flagitiū in vulgus delatū eſt: finitimi loco ꝓceres ſceleris imanitate exciti / veriti quoqꝫ ne anglus opem guillermo ferret / cōtracta ex agris qualicūqꝫ manu arcē circūſiſtūt: miſſis ad ludouicū feſtinanter nūcijs / quid de homicidis agendū ſtatueret inquirentes. Rex crudele factū deteſtatus: mandat eos grauiſſimo atqꝫ ignominioſo ſupplicio affici. Cū ad arcē aliquot dies ꝓceres cōſediſſent / rebꝰ ſuis deſperans guillermus: colloquio impetrato pollicet̄ / ſi aliā ſibi ſuiſqꝫ ſedē dēt: ſe locū in p̄tāte obſidētiū relicturum. Cōplures ex ꝓceribꝰ ꝓmiſſū admittentes / dant fidē poſtulata ꝯplendi. Qui in arcē recepti relique multitudini obſiſtere nec ingreſſū ꝓhibere valētes: fidē datā ſeruare nō potuerunt. Quin furentiū more beluarū cohors intus irrūpēs: ſatellites laniat / euulſis quorūdā inteſtinis: alijs ꝑ feneſtras p̄cipitatis: quos q̇ foris aderāt lanceis mucronibuſqꝫ excipiebāt. Exſe ctum aūt guillermū flagitij auctorē: corde precordijſqꝫ euulſis: crudeli vt dignus erat morte necauerunt. Occiſoꝝ preterea cadauera cratibus ligneis impoſita in ſequanā abiecerunt. vt ſecūdo flumine rothomagum delata dignas ſuo flagitio penas luiſſe teſtimoniū normānis darent. Ad hanc impietatē philippus philippi regis nothus guillermo fauiſſe creditus eſt Nam a rege tercio vocatus: ſiue cōſcientie metu/ſiue cōcepte rebellionis cōcupiſcētia remoratus: parere neglexit/amicoꝝ potentia fretus. Sed repugnantē et magduni obſeſſum ludouicus caſtigauit.

Philippus ſpurius

Corbolium.

¶ Eodē animi robore hugonē puyſſiacū qui carnotenſiū agrū ꝑuaſerat eccleſiaſqꝫ predabat̄: neqꝫ ſuperis neqꝫ hoībus indulgens in caſtello puyſſiaco ꝯprehēdit: atqꝫ ad caſtrū laudunū in vinculis habuit. Unde poſtea liberatus eſt: corbolij arce ludouico permiſſa: quā theobaldus cāpanie comes eudone defuncto occupare vehemēter ardebat.

Puyſſiacū.

¶ At hugo quietis impatiens: et date fidei oblitus: cū in flandriā iter facturū ludouicū accepit: capto cū theobaldo et henrico anglo cōſilio: puyſſiacū quod dirutū franci reliquerāt inſtaurat Theobaldūqꝫ et normānoꝝ nō contēnēdam manū in caſtellū admittit. Nec ſua ſeruare contentus: thuriū belſie oppidū copias ducit atqꝫ obſidet. Ea re ad ludouicū delata/a flandria: quo iter habebat reuertēs: ad hoſtes exercitū ducit. In aduenientē theobaldus eruptiōe facta ꝓgredit̄. Sed francoꝝ in arcē ſe recipere cōpulſus eſt.

Theobaldꝰ cāpanus comes ſupat̄.

¶ Eſt in cōſpectu puyſſiaci tumulus terreus quē occupare cū ludouicus feſtinaſſet: in eo caſtellū magno ſuoꝝ periculo extruxit. Nā in eū vſqꝫ locū ex arce puyſſiaci iaculis et fundis emiſſis nr̄os hoſtis appetebat. Caſtello abſoluto: ꝑſidioqꝫ et q̄tum ꝓ tp̄e opus erat cōmeatu inſtructo: rex thuriū veniens nouas copias parat. Moxqꝫ ꝑ iāuillā ducēs a theobaldo armis impetit̄ Qui ꝙ militū numero ſuperior eēt: victoria ferme ſecurus ſuis aīos facit. At cōtra francus oīa in virtute ponens hoſtē viriliter excipit. Promoto prelio cū ad rodolphi viromandenſis tentoria theobaldus veniſſet: rodolphus ꝛ vos inquit briēſes iā primū in viromādos audetis ꝓcurrere? Atqꝫ ita locutus in theobaldū impetū facit. Qui ferocis hoſtis incurſu territus: ad ſigniferū ſuos oēs conuenire magna voce inclamabat. Qua etiā excitati franci reſūptis animis adeo ferociter preliū cōmittunt: vt hoſtē in fugam actū ad puyſſiacū vſqꝫ ſint ꝑſecuti.

¶ Ab hoc tp̄e theobaldus aīo languidiore fuit: cepitqꝫ illū fortuna deficere. Quāobrē a rege impetrat carnotū tuto ſe recipere poſſit. Igitur abeūte comite: et hugo et puyſſiacū in ludouici ptātem venere Hugonem aūt fortunis oībus deſtitutū dimiſit: arce ad ſolū exciſa. Reliquos coniuratiōis cōſcios vel morte affecit: vel hereditatibus mulctauit.

Thomas de marla latro clerū afficit.

¶ Dū his rebus ludouicus occupatur Thomas de marla ſtupende imanitatis latro laudunenſem clerū atqꝫ ip̄am vrbē multis incōmodis afflixit. diue marie in templo incenſo: atqꝫ a diui iohānis monaſterio: creciaco nogentoqꝫ ereptis. vbi extructis ꝑ ambitū turribus foſſiſqꝫ preſidiū impoſuerat. Ex quibꝰ oppidis incurſiones crebras faciēs oīa populabatur. Cuius iniquitati vt occurreret clerus cōcilio francoꝝ ſacerdotū vienne indicto: vbi pontificis maximi legatus affuit: Thomas abſēs oī militie dignitate exuitur atqꝫ hoīm cōione interdicit̄. Orantibus ludouicū ſacerdotibꝰ in thomā expeditionē recipere. Quoꝝ precibꝰ adductus rex ad creciacū caſtra ponit. Nec multo negocio oppidanos ad deditionē compellit. indē nihil cūctatus nogentū adit: vbi Thomas incolebat qui paucis ſupra diebus laudunen̄. antiſtitē galterū tēplo ꝑ ſummā iniuriam abductū oculis priuauerat: ꝛ mox necatū in ꝓximū agrū nudū ꝓijci mādauerat. Cuius flagitij magnitudine indignatus ludouicus arcē ꝓtenus oppugnare iubet. Qua recepta eos q̄ thome inſeruiebant furcis appēdit.

Haymo borbonius.

¶ Recepit preterea bellouacū: quā lācellinus dōni martini comes ad ſe ꝑtinere iactabat: quiꝛ ip̄e in eccl'ias earūqꝫ miniſtros ip̄ia crudelitate graſſabat̄. Ferente ludouico tam diligenter opē tutelāqꝫ dei ſacerdotibus: venit ad eū ex biturigibus alardus guillebaldus ab archēbaldo miſſus quē haymo borbonij dn̄s portione ad ſe ꝑtinentis hereditatis ſpoliauerat. Erat em̄ archēbaldus haymonis ex fratre nepos. Igitur poſtulat regem ius in ea cā dicere: ꝛ pariter auxiliari eccleſijs atqꝫ inopibus quibus multas calamitates haymo inuexiſſet. Alardo hec nūciante ludouicus priuſqꝫ ꝑ hanc iniuriaꝝ occaſionem armis decertaret̄: haymonē ad ſe vocat. Nō parentē in caſtello germiniaco qđ munitiſſimū ſibi haymo milite et cōmeatu inſtruxerat obſidet. Nec obſidionē diu paſſus ꝙ temerariū iudicaret potenti regi cōtraire petit ad regem ire ſibi liceat. Ad quē demiſſo ſupcilio veniens: relicto in ludouici ptāte caſtello: veniā accepit: deductuſqꝫ in franciā publico iudicio nepoti q̄ abſtulerat reddere cōdēnat̄.

Bellū a henrico anglo.

¶ His ꝓſpere a ludouico geſtis maius aliud bellū incidit: henricus anglus q̄ normanniā tenebat adiūcto ſibi theobaldo campanie comite cum et pecunia ꝛ dignitate cū ludouico certaret: franco ſubeſſe recuſabat. Eſt oppidum qđ aquam

---

nicaſij incole vocāt epta flumine vndiqꝫ allutum q̄ iter in normanniā eſt. Id breui militū manu premiſſa: ludouicus ſuos occupatū mittit. Oppido recepto rex locū ꝙ bello in normannos gerēdo ydoneus erat: turribꝰ firmat: atqꝫ preſidiū imponit. mox q̄n quidē anglus ad collem qui poſtea maleſitus appellatus eſt: caſtra habere nūciabat̄: augere ꝛ ip̄e copias inſtituit. Cōuenere ad regē inſtructo milite balduinus flādrenſis ꝛ focus andegauus ꝛ alij ex francis plurimi ꝓceres. Nec minore conatu anglus ad eū quē nūc memoraui collem caſtellū extruxit quod ꝓpugnaculū aduerſus francos eſſe in poſterū poſſet. Poſtqꝫ vero parato iuſto exercitu ludouicus anglū inde abijſſe cognouit: illo ſub lucē ꝓfectus caſtellū expugnat atqꝫ ꝓſternit.

Henricus a ſuis deſtitutus.

¶ Fuit deinde anglo fortuna deterior. Nam tribus diuerſis locis a frācis impetitꝰ: cui ꝓ̄mū occurreret heſitabat. Focus em̄ a cenomānis: ludouicus a pōtiuiaco: ꝛ balduinꝰ aliunde hēricū iuaſit. Accedebat ad dirā ſortē ſuoꝝ defectio ꝛ quorūdā aulicoꝝ odiū: ita vt ip̄e nuſqꝫ ſecurus nocturnā cuſtodiā in armis excubare in cubiculo preciperet: mucronēqꝫ ceruicali ſupponere. iterdiu aūt gladio ſemꝑ accictus familiariſſimos quoſqꝫ domo ſine enſe egredi nō ꝑmittebat.

¶ Dū his malis henricus angeret̄: enguerrandus caluomōtenſis hō diues et militie inſuetus: eudeliū caſtellū (ꝓditoribus normānis) anglo ſurripuit. Ex quo interdū copioſa manu in vicinū agrū erūpens aduerſus anglū prelio dimicare nō formidabat.

Balduinus flādrēſis male curato vulnere interijt.

¶ At poſtqꝫ in cuiuſdā arcis obſidione reſiſtens balduinus flādrēſis in frācie vulnus accepit: quo male curato nō multo poſt tp̄e interijt.

Nota vle errorem.

Diueriū caſtellum.

Vernolium

¶ Simulqꝫ deſciuit a rege focus andegauꝰ data guillermo henrici filio: filia vxore. Nec tn̄ his auxilijs deſtitutus rex aīo intabuit: neqꝫ deſtitit anglū normānoſqꝫ ꝑſequi: ita vt poſitis aliquando ex aduerſo caſtris bouchardus mōmorētianus ꝛ guido claromonteñ. cuneo facto aciē hoſtium ꝑuadentes normannos ad peditē militē retro abire compellerent. Quos inſecuti franci: non qua hoſtis loco cedebat ſed in confertiſſimā aciem deſerto ordine ꝓuecti mox terga verterūt. Quos rex cū cōtinere nō potuiſſet: lentiſſimo quoad potuit agmine ne diſceſſus fuge ſimilis videretur: andeliū ſe cōtulit. Inde receptis ex fuga ſuis: nouiſqꝫ copijs coactis: iterū in anglū mouet: atqꝫ inter eundū arce diuerij incenſa: vernoliū ꝓgreſſus cū omia igni ferroqꝫ ꝑderet: anglus tn̄ in aciē non ꝓdijt. Non inuento hoſte: ludouicus in carnotos (q̄ theobaldi ditionis erant) impetum facit animo ciuitatem deſolandi. Sed occurrente illi cū interiore diue marie tunica clero religioſus rex iram depoſuit.

Hēricus q̄rtus impator copias i Remos parat.

Auriflāma.

Ludouicus acies iſtruit.

¶ Eadem tempeſtate gelaſius ſecūdus pontifex romanus henrici imperatoris furorem timēs (q̄ italie clades plurimas inferebat: mauriciūqꝫ bracharenſem pontificē eſſe cōtendebat) in galliam ad ludouicū adnauigat. Sed magalone cum appuliſſet: valitudinariꝰ ex pleureſi factus ꝓperante illi obuiā ludouico cluniaci morit̄. Cui ſuffectus guido vienneñ. antiſtes ac calixtus ſecundus appellatus ope et potentia ludouici adiutus: romam (excipiētibus eū magna leticia populis) ſe contulit. At henricus imperator egro aīo ferens pontificem a francis in vrbem deductum eſſe: cōſtituit infeſtis copijs remos ꝑdere (vbi concilio epiſcopoꝝ habito pontifex eū excōmunicatione ꝑſtrinxerat) Quod quidem facile factu arbitrabatur: ꝙ henrici angli filiam vxorem duxiſſet. Cōſilio imperatoris ad ludouicū relato: maioribus q̄ ſolitus erat copijs comparatis grandem admodū exercitum cōflat. interim dū delectus militum haberet̄: diuū dyoniſiū petit atqꝫ precatur vt ſibi regnoqꝫ aduerſus hoſtem tutor aſſit. Sanctoꝝ autem corpora que munitiſſimo loco aſſeruari ſolēt educi e feretris iubet: viſenda venerandaqꝫ his qui aderant ꝓceribus ꝛ pp̄lo. Moxqꝫ ſumpta ex altari auriflāma id em̄ peculiare ſignū regibus francis eſt dū difficile aliquid in potētem quēpiā hoſtē ſuſcipiūt. Igit̄ hoc inſigni ornatus rex remos petit: ibi acies iſtruūtur. In prima remi atqꝫ cathalanni duce theobaldo campanie comite ſūt cōſtituti. ſecūdā tenuere aureliani atqꝫ ſtāpenſes ꝛ ij q̄ ad ditionem dyoniſiani cenobij ꝑtinebant. Terciā ſibi ducendā ex pariſijs et finitimis locis ludouicus deſumpſit. Paucis deinde interiectis diebus aduenientes magnis copijs inſtructi guillermus aquitanie dux: ꝛ niuernenſis comes in prima acie collocant̄. Radulpho autē viromando quē militum delectiſſima manus ſequebat̄ dextrū cornu: Pictauis ſiniſtrū aſſignat̄. Itaqꝫ tam multus exercitus fuit q̄tus a nullo ſuperiore francoꝝ rege comparatus fuiſſe lectum ſit. Sed henrico imperatori animus elanguit: q̄ poſtqꝫ francoꝝ ingentē in ſe belli apparatum accepit relicto negocio timide abſceſſit.

Amorreus mōtefortenſis henricū pellit.

¶ Interea dū hec apud remos gerunt̄ Anglus ſpe bene gerende rei dū ludouicus abeſt adductus: franciā vaſtare contendit. Sed opera amorrei montefortenſis qui tuende regionis cā relictus a rege erat: anglus ingēti ſuo damno repellit̄.

¶ Alemāno imperatore ſupato: ludouicus exercitū dimiſit atqꝫ ad dyoniſianū cenobiū voti cōpos veniens grās deo et ſanctis martiribus ſupplex perſoluit. Quoꝝ

Aruernie comes malus.

Guillermus aqtanꝰ dux opem fert aruernis.

feretra ſuis humeris in teſtudinem vbi diligenti cuſtodia ſeruãtur depoſuit: donis compluribus religioſe exhibitis. ¶ Dedit poſt hec alteram belli cauſam aruernoꝝ comes qui furto claromontẽ vrbẽ epõ abſtulerat. Quã iniuriã ab antiſtite ad ſe delatã moleſtiſſime rex tulit. Et ꝓmoto in comitẽ valido exercitu ciuitatẽ recepit. Rebus inter epm̃ ⁊ comitẽ compoſitis Sed diuturna non fuit pacis cõditio renouantibus aruernis bellũ. In quos mouẽs ludouicus q̃q̃ iã etate ingraueſceret: dehortantibus expeditionẽ amicis valitudinẽ diſſimulãs ꝑgit. In ea expeditione vſus eſt maxime opera caroli flandrenſis ⁊ ſoci andegauoꝝ ducis: preterea britonici atq; amorrei: rei militaris apprime periti. Prima apud mõteferrandũ duobus circiter paſſuũ milibꝰ ad claromõtẽ diſtante decertatio fuit. Oppido recepto cũ iam aruernia oĩs regis ditioni ſe dederet: Affuit cũ ingentibus copiis guillermus aquitanie princeps ſuppetias aruernis laiurus: ꝓpterea ꝙ hi ad ducatũ eius ꝑtinerent. Qui ex vicino mõte caſtra ludouici cõtemplatus q̃ in planicie locata erant: copias apparatũq; admiratus: ad regẽ nũcios mittit dicere: ſe quidẽ in eũ nihil deliquiſſe cuius optimo iure ſubditus eſſet: ſed ratione moueri: vt comitis atq; aruernoꝝ cauſã tuerer̃: q̃ in fide eius ꝑſiſterẽt. Si quod ab illis peccatũ eẽt: deducturũ ſe comitẽ a quo malefactoꝝ rõnẽ lege iudicioq; exigat. Si regi ita placebit: daturos illi aruernos nõ cõtẽnendos obſides. Nũciis auditis rex ꝯſiliũ ex ſuis capit. Igit̃ receptis obſidibus: paceq; reſtituta: cõuentus aurelie indicit̃.

Motꝰ ĩ flãdria ꝯtra comitem.

Bochardus ⁊ bertopꝰ comitis iterfectores puniuntur.

Guillermus necis auctor

¶ Cũ in flãdriã ex aruernis carolus comes reuertiſſet: cõiuratione quorũdã apud brugas flandrie inſigne oppidũ: in eccl'ia ſãcti donati a bochardo ꝑpoſiti eccl'ie fratre comes carolus occidit̃. Qui enim primã in ea eccleſia dignitatem gerit prepoſitus appellat̃. Quo execrabili facto ad iracũdiã ꝑmotus ludouicus: brugas cõtendit: eccleſiãq; vbi homicide tanq; in arce incolebant circũuallat. Ex qua ſe furtim ſurripientes bochardus ⁊ bertopus: ille fugiens deprehenſus ocl'is orbatus eſt atq; ad palũ deligatus ſagittis in faciẽ eius actis cũ interiiſſet: in rotã altiſſimo tigno ſuꝑfixã tanq; ad ſpectaculũ ſublatus: mox in ſordidiſſimã cloacã abiectus eſt. bertopus aũt a furca pependit: appenſo cũ eo viuo cane q̃ ſtimulis a carnifice agitatus in bertopi faciẽ furens pendentẽ laniabat ⁊ interdũ ſtercore ꝑfundebat. Reliquos quos in turre cõprehendit e turris faſtigio precipites dedit. vnũ vero (yſaac illi nomen erat) cũ ſpe vitandi periculi monachatũ ꝓfiteri ꝓmiſiſſet: captum laqueo ſtrangulari iubet. Eius factionis auctor guillermus nothus q̃ ypras ſe receperat poſtq; ludouicũ adeſſe comprehendendũ preparare intellexit: eductis ex oppido trecẽtis delectis militibus regi occurrit. At ꝑita acie milites ludouici alii in hoſtẽ concurrunt: alii in arcem ꝑ poſticũ conſentientibus caſtellanis ſe conferũt. Atq; ad hunc modũ guillermo ſpes flãdria potiendi ablata eſt: de ſatellitibus vero ſupplicũ ſũptũ eſt.

Thomas de marla punit̃

¶ Affecit ꝑterea ignominioſa morte thomã de marla quẽ nõ lõge a cõciaco regi inſidias ponentem interceptum Laudunũ miſit: ibiq; interimere hoĩem iubet.

Innocẽtius ſecundus

¶ Venit non longe poſt ad ludouicũ innocentius ſecũdus maximus põtifex aduerſãte ſibi petro leone ab altera cardinaliũ parte electo. Cui obuiã ꝓgreſſus rex: cũ vxore et liberis apud iulianũ ligerenſem pontificem debita veneratione excepit: opẽ fortunaſq; ſuas oĩs pollicitꝰ. Synodos em̃ duas apud claromontẽ vnã: apud remos alterã innocentius celebrauit. Nõ ignoro blondum atq; platinam ſcripſiſſe hũc innocentiũ regnante philippo in franciã veniſſe: q̃bus franci annales nõ aſſentiunt̃.

Philippus ludouici filius eq̃ deturbatꝰ morit̃.

Ludouicꝰ iunior viuo patre coronat̃.

¶ Inter hec nũciat̃ ludouico filiũ eius philippũ dũ extra muros pariſii equo veheret̃ interiiſſe. Nam inter crura laſciuientis equi cũ domeſticus ſus incurriſſet equus ferociter ceſpitans iuuenem humi deturbat: quo lapſu nocte q̃ inſecuta eſt deceſſit. Cuius mors ſicut merori ludouico fuit: ita eũ admonuit rerũ futurarũ ſollicitũ eſſe. Igitur cum annoꝝ plenus eſſet plurimiſq; laboribus affectus: ex amicorum conſilio ludouicum alterum filiũ qui iunior appellatus eſt in conſortium adminiſtrandi regni aſſumpſit: remiſq; deductũ regia vnctione atq; corona eum inſigniri iubet.

Bonauallis diruta.

Briſſonetũ caſtellũ dirutum.

¶ Inde Pariſium reuerſus poſtq; reſciuit theobaldum campanie comitẽ in ꝓſidia ꝑſiſtere: q̃q; in femore grauiter vulneratus eſſet: ad caſtellũ boneuallis mouẽs: locũ oẽm preter cenobiũ diruit: pari item ruina contriuit caſtellũ reginaldi quod theobaldo parebat.

Montricardum.

Religioſus rex.

¶ Poſtrema vero ludouici expeditio in briſſonetum quod ligeri fluuio finitimũ eſt fuit: ob dñi iniquitatẽ qui vias publicas mercatoribus precludebat. deſolata igitur arce cum valitudine et quotidiana tuſſi laboraret apud montricardum decubuit. vbi compluribus epiſcopis accerſitis poſtq; cõfeſſionis ſacramento conſcientiã emũdaſſet: cõferri ſibi ſacrã euchariſtiã poſtulauit. Interim dũ ad id ſe parãt ſacerdotes ipe veſtibus indutus et cubili exurgens: obuiã ſacerdotibus pergit. Recepto celeſti cibo rex ludouicum ad ſe vocans regni ſe adminiſtratione abdicauit. hec prelocutus ego

Quorundã ordinũ origines et incrementa

inquit ludouice regnum quod male ipſe adminiſtraui tibi committo tuere quoad per te fieri poterit: dei miniſtros inopes foue: viduis atq; orphanis ſubſidium ferto. Hec poſtq; dixiſſet ſuppellectilem regiam omnem per eccleſias diſtribuit ⁊ egenis erogauit. Ludouici glorie atq; optime felicitati dari plane poteſt: pleroſq; ſuo tempore ordines aut originem: aut magnũ ſanctitatis incrementum accepiſſe. inter quos ſunt cluniacenſium hoſpitaliorum premõſtracenſiumq; atq; templariorũ ſctiſſime inſtitutiones: q̃ non ſecus ac vite ⁊ morum luminaria in orbem chriſtianum effulſerunt. Quibus ſplendorẽ addebat diuus ille bernardus clareuallis primus abbas: qui olerũ loco fagi frondes deſumebat: ⁊ pane ordeaceo admixto milio et vicia vtebatur. Talis diu fuit religioſis hominibus viuendi auſteritas ⁊ parcimonia. Sꝫ vbi poſſeſſionibus aucti: prouentibus ditati ſunt: apud ſucceſſores illorũ virtus ⁊ dei pietas elãguit: ita vt in luxum parcimonia: in ſuperfluas opes paupertas: in faſtũ humilitas: in laſciuiã continentia: in confuſionem oĩs fere ordo nũc nunc verſus parui habeat̃. Cũ aũt morbo paululum leuatus ludouicus eſſet: ad ſcti dyoniſii cenobium orationis gratia venit. Inde abeũti nuncii ex aquitania detulere: guillermũ eorũ principẽ compoſtellã ꝓficiſcentẽ defunctũ eẽ: atq; ex teſtamento heredem inſtituiſſe vnicã quam filiã habebat. Ea re cognita rex teſtamentum laudat. Moxq; filium ludouicũ cũ ſexcentũ auratis equitibus duce theobaldo comite et radulpho viromandenſi cũ ſigero ſcti dyoniſii abbate in aquitaniam mittit. Burdegalle conuentus ꝓcerum habitus eſt atq; ibi oĩm conſenſu ludouicus alienoram aquitanie heredẽ vxorem duxit quam ſtatim regia corona donatam ſe in franciã comitari iubet.

¶ Dum hec a filio geruntur: pater augeſcente morbo: peractis q̃ ex ritu chriſtiano ſolent: mandat pauimentum tapete inſterni ⁊ ſuꝑ eum crucis ex cinere ſignũ fieri: vbi ⁊ iaceret atq; moreretur. Decũbens igitur in tapete rex defunctus eſt regni ſui anno. xxx. etatis aũt. lx. anno chriſtiane ſalutis milleſimo centeſimo trigeſimoſeptimo. Elatuſq; ad ſanctum dyoniſium ibi ſepelitur. De quo ſequens epigramma ſcriptum inuenio.

Illuſtris genitor ludouici rex ludouicus
Vir clemens chriſti ſeruorum ſemper amicus
Inſtitui fecit paſtorem canonicorum.
In cella veteri trans flumen pariſiorum
Hanc vir magnanimus almi victoris amore:
Auro relliquiis ornauit: rebus: honore
Sancte dyoniſi qui ſeruas corpus humatum:
Martyr et antiſtes ludouici ſolue reatum

¶ Huius ludouici cui groſſo ꝓpter corporis molẽ agnomẽ fuit opus eſt diui victoris cenobium: quod in ſuburbano pariſiano ad orientem ſolem a fundamentis extruxit. Ab eo preterea caroli locus ciſtercienſis ordinis in agro ſiluanectenſi edificatus eſt. ⁊ cenobium puteolanũ in agro vaſtineſi. Reliquit ex adelaide vxore ducis moriane filia liberos mares ſex. Philippum quem equo delapſum interiiſſe diximus. Ludouicũ qui regnum adeptus eſt. Henricũ bellouacorum pontificem. Petrum qui reginaldi de courteriaco filiam vxorẽ accepit Et philippum pariſieñ. eccleſie archidyaconum quem immatura mors abſumpſit. Fuit quoq; inter liberos quartus: cuius nomẽ autores preterẽũt pater roberti comitis ꝑtici ⁊ drocarũ quos druydes antiquitas appellauit. ¶ Eius regis etate apud legienſem vicum porcus editus eſt facie humana. ⁊ galline pullus quadrupes prodiit.

Johãnes de temporibus annos. cccc'. ſexaginta et vnum vixit

Expeditõ in hieruſalem

Accepta patris morte: ludouicus cũ res aquitanie ordinaſſet: in franciã properare reuertitur. datq; aliſiam regine ſororem arnulpho viromãdenſi vxorẽ. Per illud fere tempus iohannes de temporibus morte abſumptus eſt. Quem pertinaci conſenſu franci atq; germani ſcriptores a caroli magni imperio ad hũc vſq; Ludouicum vixiſſe tradunt. Quod ſi a fide non abhorret: tercentum ſexaginta et vno anno ſuperſtes in terris fuiſſe credendus eſt. Quo tempore in territorio beluacenſi fromontis monaſterium erigitur. Inter hec galterus mommorenſis comes cum in vicinos agros graſſaretur ducto ad monceyum exercitu arcem rex euertit. Ea tempeſtate ab hieroſolimis venere ad ludouicum nuncii qui ingentem in chriſtianos cladẽ feciſſe turcos nunciarent: et vrbes aliquot occupaſſe. Que res merori ludouico fuit. Eapropter vezelaii quod burgũdie oppidum eſt contracto conſilio: recens chriſtiane pietatis a turcis acceptum incommodum per bernardum clareuallenſem abbatem qui poſtea in numero ſanctorum relatus eſt renunciari iubet. ¶ Quo ſapienter atq; venuſtiſſime elocuto rex imprimis charitate accenſus ſuppetias rei chriſtiane laturum (crucis inſigni aſſumpto) promiſit. quem ſecuta alienoꝛa vxoꝛ ⁊ multi ex francoꝛuꝫ nobilitate primoꝛes eodem ſe voto aſtrinxerunt. Ad hanc longinquam expeditionem cum neceſſaria parantur: imperatoꝛ conrardus non diſſimili animo exercitum ex ſuis cogit. Sed quia difficilimum videbat̃ tam potentes et numeroſos exercitus ex diuerſis populis cõtractos concoꝛdibus animis continere: eiſqꝫ vno tempoꝛe ſufficere cõmeatuꝫ: cõmunicato conſilio inter principes cõuenit alemãnos prius deinde francos ꝓficiſci. Igit̃ ꝑ germaniã atqꝫ pannoniã ducentes cũ in thraciaꝫ ꝑueniſſent: in conſpectu conſtãtinopoleos ciuitatis ſtationẽ fecere: vbi ſe ex diuturno laboꝛe reficiẽtes: emanuelem cõſtantinopolitanũ imperatoꝛẽ conuenerũt. cũ quo de rebus ad expeditionẽ preſentem ꝑtinentibus colloquio habito: duces itineris ab emanuele acceperũt. Quos incõſiderate ſecutus conrardus grauem ſuoꝛũ ſtragẽ ab yconij ſoldano accepit. Qui de chriſtiano exercitu nuncio accepto grandes ex oꝛiente copias contraxerat: cõſtitutis militũ prefectis q̇ conrardo occurrerent. Greci eni vie duces quaſi paucoꝛum dierum itinere capadocia tranſmiſſa in terram vberem conrardũ perducerent monent duodecim tantuꝫ dierum commeatũ ferat Cum in lychaoniam per viarum anguſtias exercitum greci loco ſterili ſtatuiſſent: inito cũ turcoꝛum ſatrapis clandeſtino tractatu: in vaſta ſolitudine conrardum relinquunt: atqꝫ ita e caſtris noctu aufugiunt.

¶ Ducibus ⁊ commeatu deſtitutus imperatoꝛ: a prefectis militum cõſilium capit. Stat omnium ſentẽtia retro qua venerant cedendũ. Inter conſulendum exploratoꝛes referunt magnas turcoꝛum copias non ꝓcul abeſſe. Quo nuncio perterriti germani: quo ⁊ laboꝛ fameſqꝫ extenuauerat de rebus ſuis deſperant. Turci vero alacres pharmone duce nichil pigritant̃ chriſtianos inuadere: donec victoꝛia potiunt̃. Traditum ẽ emanuelis dolo gipſum farine admixtũ fuiſſe: vñ panis quo veſceret̃ xp̃ianus exercitus cõfectus eſt. Itaqꝫ ex ſeptuaginta milibus quos preter pedites cõrardus ſecũ eduxerat vix ꝑs decima ſupfuit. Imperatoꝛ cũ paucis ad niceam vrbem ſe recepit. inde miſſo ad ludouicũ federico ſueuoꝛũ duce cladẽ nũciat. Re cõperta ludouic⁹ ad cõrardũ comitãte federico conſolãdi hoĩs grã venit. fuit inter conrardũ ludouicũqꝫ longũ ⁊ familiare colloquiũ. deinde admiſſis primoꝛibus aulicis conuenit negociũ ſuſceptũ iunctis exercitibus peragere. at poſtqꝫ itineris nõnichil ſimul profecti ſunt: imperatoꝛ animo repetens ſuoꝛum paucitatem ⁊ q̃tum illi dignitatis atqꝫ auctoꝛitatis foꝛtuna detraxiſſet: partem reliquiarũ ſui exercitus itinere terreſtri ex epheſo conſtantinopolim premiſſa: ipſe mari eodem ſe contulit. Ludouicus vero inde tranſiens ad flumen venandri caſtra ponit cupidus manum cum turcis cõferre. Dum eo loci ſtationeꝫ haberet miles francus: ab altera fluminis ripa iaculis fundiſqꝫ hoſtis noſtros aquatione pꝛohibebat.

Victoria de turcis.

Sed reperto vado franci flumen traijciunt atqꝫ in turcos ꝓgrediuntur. Quibus partim fuſis partim occiſis aut captis caſtra eoꝛum diripiunt: atqꝫ ingentes inde opes expoꝛtant.

¶ Poſtridie habite de turcis victoꝛie: vltra progredi acies rex imperat. Incedendi hic mos conſtitutus erat. Singulis aciebus ex primoꝛibus ſatrapis vnus ſignifer preficiebatur.

Erroꝛ ſigniferi

Eo autem die gaufridus remacinus pictauus gerendi vexilli curam ſuſceperat. Cui mandatum erat ad montem vſqꝫ progredi qui in via qua iturus eſſet agmen editus videbatur. Et iſthic caſtrametari. Signifer igitur in prima acie mouens: cum ad conſtitutum ſibi locum ante ſolis occubitum veniſſet: ratus parum itineris illo die confeciſſe et lucis ſatis ad tranſmittendum montem ſupereſſe dicentibus vie exploratoꝛibus non procul abeſſe planiciem vbi ſtatiua haberet: vltra pergit. At poſtrema acies lentius incedens ꝙ locus caſtris deſignatus prope eſſet: turcoꝛum inſidijs graui eſt incommodo profligata.

Turci i nr̃os

Nam hoſtes poſtqꝫ acies diſiunctas progredi et primam longe abeſſe vident: iugum montis occupare feſtinant. Atqꝫ in noſtros quibus erat per vias anguſtas in montem conſcendendum adoꝛiuntur. atqꝫ adeo vſqꝫ occidunt: donec nox preliuꝫ diremit. Abeuntibus inde cũ ingenti preda ⁊ captiuoꝛũ numero turcis: recipientes ſe noſtri: cum neqꝫ de prima acie quicqꝫ compertũ haberent: neqꝫ gnari viarum eſſent: quid ꝑ denſas tenebras agerẽt cõſultant. Cuꝫ placuiſſet foꝛte foꝛtuna iter ꝑgere deſpiciũt in planicie ignes: quo ſigno admoniti caſtra ſuoꝛũ poſita illic eſſe: ad ſtationẽ egre peruenĩũt. Cũ periculi magnitudĩe cognita: vt q̇ſqꝫ vel patrẽ vel filiũ aut amicũ deſiderabat ita illachrymabat̃ ⁊ fiebat totis caſtris meroꝛ ⁊ luctus.

Vrbs ſatilia

Redintegrato exercitu viribuſqꝫ receptis rex ſuperatis montiũ iugis ad vrbem cui a francis ſatilia nomen inditum eſt contendit Eſt enim ad mare ſita potens: ſed agri indigens propter turcoꝛum potentiam: qui proximas arces occupant: nec ſinunt incolas terram colere. Sunt tñ intra vrbẽ feraces hoꝛti fructiferis arboꝛibus conſiti. Mercibus poꝛro ⁊ cõmeatu que mari impoꝛtant̃: affatim valet. In ea ludouicus cũ ſe exercitũqꝫ aliquot dies curaſſet: relicto pedite qui eũ terra ſequeretur cum reliquo exercitu ad ſancti ſymeonis poꝛtũ mari delatus eſt vbi mare influit far fluuius qui antiochiam interluit.

Poꝛtus ſcti ſymeonis.

Cognito ludouici aduẽtu raymũdus antiochenus prĩceps magno ſuoꝛũ numero comitatus regi obuiã venit: quẽ in ciuitatẽ regio apparatu exceptũ honoꝛabiliter habuit. Et eo curioſius id faciebat: ꝙ potẽtia regis fretus vicinas quaſdã alapiã ceſareãqꝫ ſibi inimicas ciuitates in ꝑtãtem ſuam adigere ſperaret. Sed voto obſtare ludouicus dicebat ꝙ hieroſolymã prius videre aſtringeret̃: q̃ aliquo ſe bello implicaret. Regis reſpõſo raymandus irritatus: ex eo tp̃e malo in frãcos aĩo fuit: ita vt inſidias regi tẽdere mitteret̃. Quãobreꝫ noctu egreſſus vrbe ludouicus hieruſalẽ ſe cõtulit

Cõrardus iperatoꝛ

Quo etiã cõrardus impatoꝛ hibernis apd̓ emanuelẽ cõſtãtinopolitanũ exactis aduenerat. Viſitatis deĩde ſumma religiõe locis quos ſua preſentia ⁊ ſanguine chriſtus ſacrauerat prĩcipes acconẽ maritimã vrbẽ ꝓfecti ſunt. Vbi conuẽtu habito de re cõi ⁊ bello cõcoꝛdibus aĩs gerẽdo cõſultãt. Quattuoꝛ erãt oĩno in ſyria ⁊ paleſtina prĩcipatus q̇ a principibus xp̃ianis ꝑ id tp̃s admĩſtrabant̃. hieroſolymitanus cui preerat balduinus rex: Tripolitanus: Antiochenus. Et rochenus eufrateꝫ verſus. Qui oĩs ſpẽ nõ paruã ceperãt magnoꝛũ principũ ope atqꝫ auxilijs ditionis ſue terios ꝓferre: q̃obreꝫ donis ingẽtibus quiſqꝫ certabat principũ amicitiã demereri.

Ceſarea philippi.

Damaſcus

Viſuꝫ ante oĩa eſt ex vſu chriſtianoꝛũ eſſe: damaſcũ ꝓficiſci. Precõis ergo voce edicit̃ oẽs ceſareã philippi ꝯueniant: q̇ ſyrie vrbs eſt in planicie ꝯſtituta: iũctis ibi exercitibus ꝑ montẽ libanũ oꝛdinato agmine ad quartum a damaſco lapidẽ caſtra metant̃: ex quo loco q̇ daria appellat̃ vrbs proſpici põt. Damaſco proximi ſunt cõplures per quĩqꝫ fere paſſuuꝫ milia hoꝛti ex quibus multa ciues cõmoda ad vite alimentũ ꝑcipiũt. Eos occupare noſtris in animo erat. Quibus captis ſicut detrimẽti plurimũ incolis accederet: ita adiumenti non parum noſtris afferretur. Nam cuꝫ vaſti ſint et aquarũ fiſtulis ex proximo amne deriuatis irrigui: omniũ preterea fructuũ genere feraces multa exercitibus atqꝫ iumẽtis pabula ſuppeditare poterãt. Igitur ex omni militũ numero tribus inſtructis aciebus: primã balduinus hieroſolimitanus. alteraꝫ frãcoꝛũ rex: cõrardus impatoꝛ tertiam duxit. Erat ex ciuitate vna ad oꝛtos via: ⁊ qua vectoꝛ equus tm̃ cũ clitellis aut coꝛdibus duci poſſet. Et ſinguli hoꝛti maceria terrea circũuallati: anguſta inter vtroſqꝫ ſemita relicta difficilẽ prebebãt acceſſuꝫ. Et poſt quidẽ macerias latebãt turci qui per macerias hoꝛtoꝛũ ex induſtria perfoꝛatas in adeũtes poterant ſagittas iaculari: neqꝫ a noſtris poterant facile cohiberi. Ad hoc quiſqꝫ hoꝛti dñs turriculaꝫ in ſuo fundo extruxerat quas eo tp̃e turci ⁊ preſidijs ⁊ commeatu muniuerãt. Et ad hũc quidẽ modũ hoꝛti arcis loco ab hoſte tenebant̃. Procedẽs aũt balduinus cũ illo primus ꝑueniſſet: frequẽtibus turcoꝛũ ſagittis tardatus publico itinere relicto: ad deijciẽdas terreas munitiões alia via ſe cõuertit. Multis locis effractis macerijs turci deprehẽdunt̃ cõpluribꝰ eoꝝ interẽptis captiſqꝫ. Reliq̄ q̇ ꝑ hoꝛtos excubabãt cognita balduini irruptione ſe fuge cõmittunt. Occupatis hoꝛtis turci id qđ futurum erat coniectãtes: fluuiũ q̇ pone muros damaſci fluit: ne in vſu noſtris eſſet denſis ſagittarijs ad oppoſitaꝫ ripã cõplẽt. Quo facto noſtros a flumĩe ꝓhibebãt. Sed poſtqꝫ totis copijs digladiari noſtri ceperũt: hoſtẽ repetere damaſcũ cõpellũt.

Egregiũ iperatoris ꝯrardi factum

Cõmiſſum ibi ab impatoꝛe egregium facinus memoꝛie ꝓditũ eſt. Cũ impatoꝛ pedes prelio ĩtereſſet: exertoqꝫ gladio pugnaret: turcus quipiã ignarus q̇s nã cõrardus eſſet: eũ arctiſſime a collo prehendit. at cõrardus tã valido ictu turcũ inter collum armũqꝫ ſiniſtrũ ꝑcuſſit: vt ab ea ꝑte ad dexterã vſqꝫ adacto gladio hominẽ ſecuerit. Quo admirabili cũctis facto reliqui exterriti preliũ turci deſeruerũt Re ad ciues relata ceperũt de ſalute deſperare: iamqꝫ pleriqꝫ ſarcinis quas expoꝛtarent cõgeſtis fuge ſe parabant: at ſi foꝛte ſubita oppugnatione premerent̃: muroſqꝫ hoſtis ſuparet per muri ambitum qua obſidio erat tigna bone craſſitudinis intra vrbẽ conſtituũt vt hoc repagulo impeditus miles dum obſtantia dimoueret ipſi ſpaciũ haberent demigrãdi. Sꝫ nõ placitum eſt deo chriſtianos tam inſignẽ victoꝛiã obtinere. Erant ſyrij quidaꝫ proceres quibus balduinus hieroſolymitarum rex fidem habebat. Hos damaſceni conuenientes magnis oꝛnant donis pollicẽturqꝫ longe maioꝛa ſi ab hoꝛtis quos tenebãt chriſtiani in oppoſitã fluminis ripam exercitum traducere poſſint. Negocio ab ſyris recepto ad principes veniũt. Oſtẽdunt longe faciliorẽ obſidionẽ foꝛe ſi ad alterã vrbis regionẽ milites locarent̃: preſertim ꝙ eo loci debilioꝛ ciuitas eſſet: et humilibus muris communita: nõ virgulta neqꝫ arboꝛes illic eſſe quibus a flumine prohiberent̃. flumen preterea lẽtius illic fluere. Quibus commoditatibus accidere poſſe: vt ad primam oppugnationem vrbe potirent̃.

Francos ſyrij decipiunt

Syroꝛum verbis creduli principes in eam partem qua ſyri eos ducunt copias omnes migrare iubent. Caſtris poſitis mu nitiones contemplati: malis ſe conſultoribus vſos eſſe intelligunt: q a flumine procul eſſent: ⁊ hortorum beneficijs deſtituti. Itaqꝫ cōmeatu egentes quo nec a ſyris iuuari poterant: neqꝫ vrbem oppugnare munitiſſimam. neqꝫ ad hortos vnde venerant regredi tentauerunt. Nā relictis a noſtris hortis: turci multis ſepibus atqꝫ tignis vias precluſerāt materiaſqꝫ reſarcierant: in eis tanqꝫ in arce firmiſſima ſe tutantes. ¶ Tot difficultatibus impliciti principes et q maxime a ſyris proderentur obſidionem ſoluerunt. Conrardus vero non multo poſt in germaniam reuertitur. Ludouicus in ſequenti vere franciam petit. Ad hunc modum duo delectiſſimi exercitus nulla re glorioſe geſta hoſti ludibrio fuere. ¶ Diſſoluto chriſtianorū conuentu: noradinus ex infidelium turba potens princeps nichil cunctatus copijs coactis anthiochiam petit. In quem egreſſus raymundus cum inconſiderate pugnat occidit anno ſalutis M.cxlviij. Comes vero edeſſanus dum ſe domū recipere cōtendit interceptus in vinculis ſitu ⁊ ſqualore loci extinctus eſt. Tripolitanus quoqꝫ comes a ſiccarijs quibuſdā confoditur. Ad hunc modū bona paleſtine ꝑs chriſtianis erepta eſt. ¶ Regreſſo in galliam ludouico gaufredus andegauus comes ⁊ eius filius henricus q̄ regnū anglie poſtea adeptus eſt regē orāt ſuppetias illis ferat aduerſus ſtephanū anglū qui normāniā iniuſte occupabat. Comparato igitur exercitu rex in ſtephanū copias ducens nō difficili negocio normanniā recuperat. quā henrico reſtitutaꝫ: henricus vexiuiū qđ normannum appellatur regi dat. ¶ Nō māſit in fide henricus qui ludouici cōtemptor mandatis parere negat. Mox tamen cū vernonē ⁊ nouum mercatū rex illi abſtuliſſet ſimulata obediētia eas a ludouico recepit. Eadē fere tempeſtate alienoram guillermi pictauen̄. filiam petulantē quidē feminam rex dimiſit pleriſqꝫ aſſeuerantibus: cognationis gradu ludouico attinere duas licet ex ea filias ſuſcepiſſet. Quā a ludouico dimiſſaꝫ henricus vxorē deſpōſat. Que res initiū fecit multis poſtea bellis. Nā ob eas nuptias andegauia: cenomānia: ⁊ turonēſis comitatus henrico aduenere. Quos principatus defuncto eius patre hērico vna cū anglie regno ſuſcepit: potēs aduerſus francos effectus. ¶ At rex ne ſine liberis maſculis vita defungeret conſtantiā alphonſi caſtelle regis filiā ducit. Que dum ſecundo partu filiam alteraꝫ edit moritur. Hinc ſuperinduxit alizam theobaldi bleſſen̄ filiam forma pudicitiaqꝫ laudatiſſimam. ¶ Acceſſit iterum ludouico cauſa belli in aruernos gerendi propterea q guillermus podien̄. comes: ⁊ claremontenſis princeps: preterea pollyniaci vicecomes: eccleſias peregrinoſqꝫ popularent. Quos prelio victos in vinculis habuit. Mouit quoqꝫ in cabilonenſem comitem qui cum cluniacū ſpoliandi loci cauſa ſatellitibus ſtipatus proficiſceretur: cenobitas ſacratis deo veſtibus ornatos cum multa plebe illi obuiaꝫ reuerēter occurrētes ſpoliauit: quingentis ex populo interfectis. Quod flagitium vlturus rex cabilonem ⁊ montem ſancti vincentij qui comitis erant receptis: bipertitoqꝫ principatu: burgundorum duci partem: alteram niuernorū comiti dedit. Hic tamen quem poſtremo nominaui ſeditioſos veſelai ciues in abbatem pinconē qui eorum dominus erat cōcitauit: ita vt monaſteriuꝫ diuturna obſidione vexatū cenobite egre tuerētur: niſi regis auctoritate adnixi opē accepiſſent. Mulctati ſunt ciues ſeptuaginta milibus ſolidorū quos compenſandi dāni cauſa monaſterio penderent. Niuernenſis vero iureiurando adactus eſt ſuo contentus eſſe ⁊ nō deinceps perſequi ſeruos dei.

Raymūdus occiditur.

Gaufredus ādegauie comes

Belluꝫ in aruernia

Tam egregijs geſtis deo hoībuſqꝫ cōmēdatiſſimus cū eſſet ludouicus: liberis tm̄ infecūdus precipua illi cura erat ſuſcipiēde prolis. Eam ob rem hanc vnā ſollicitudineꝫ tm̄ deo cōmittebat. Ergo exauditus: philippū ex aliza ſuſcepit cui ꝓpterea q dei munere datus eē crederet: adeodatus cognoīatus eſt. Verum priuſqꝫ naſceret: q̄eſcenti pr̄i hoc inſomniū apparuit. Videre viſus ē filiū calicē manu tenere hūani cruoris plenuꝫ: eūqꝫ ſuis ꝓceribus ꝓpinare: ex quo ipſi biberent impterriti. Quod viſum pr̄ vni tm̄ henrico albano q̄ legationē apoſtolicā apud frācos ꝑ id tp̄s gerebat retexit. Sꝫ defuncto ludouico legatus rē ꝓpalat. Anno ſupiore q̄ⱬ ludouicus mortē obiret: curat philippū regni conſortē aſſumere. Quare remis ꝑductuꝫ magna pompa adoleſcentem ſacrare iubet: annum vix quartūdecimū agentem. Cui dum coronatur guillermus nouelli regis auunculus remorum primas ⁊ ſancte ſabine cardinalis romanus legatus affuit. Henricus item anglie rex ob eas quas a rege in frācia terras poſſidebat obſequens pro debito ſubiectionis philippo aſtitit. Sacro coronamēti abſoluto memor rex adoleſcens q̄ⱬ impie pleriqꝫ per franciam deierarent ⁊ execrabili deum blaſphemia ꝓuocarent legem tulit: ſi quis eius impietatis reus compertus eēt in fluuiū aut paludē citra necē demitteretur. In iudeos quoqꝫ quorū erat per omnē franciā ingens multitudo ſeueritatem exercuit

Viſū de philippo auguſto naſcituro

Judei puniuntur.

Itaqꝫ huic ꝑfide genti impia conſuetudo erat ſurreptum quotānis aliquem infantem chriſtianum in locum apud ſe ſubterraneum ducere: atqꝫ illum diu penis affectum: tandē die veneris ſancte cruci affigere: cōtemnentes hoc ſuo immani facinore dei chriſti mortem ⁊ chriſtianoꝝ religionem ludibrio habentes. Quam rem poſtqꝫ rex certo cognouit iubet ad .iiij. kalendas martias omnes iudeos comprehendi. Comprehenſos auro argentoqꝫ atqꝫ veſtibus ſpoliat. Erat inter bituriges ebes charetonius potens et inſignis predo quem in dei ſeruos graſſantem philippus ducto in eum exercitu edomuit. Cōpeſcuit preterea ymbertū de belloico: ⁊ cabilonenſiū comitem qui predas ex ſacris locis agētes: viros religioſos magnis incommodis vexabant. Proceres quoqꝫ aliquot ad arma ⁊ ſeditiones pronos apud baruillam ſibi audientes fecit: cum annos tm̄ quindecim natus eſſet. Quo tempore ludouicus eius pater quorundam aulicorū ſuaſu adductus philippum in dyoniſiano templo coronari iteruꝫ impauit. Ubi yſabellā balduini hannonie comitis filiā philippus vxorē accepit. Cui in perpetuā dotē comes artheſiuꝫ vſqꝫ ad liſam amnē qui a flandrēſibus artheſios diſterminat attribuit. Paucis poſt diebus ludouicus paraliſis morbo interijt. Flatuſqꝫ eſt in monaſterium de barbello quod viuens extruxerat. Cuius ſepulchrū aliza regina auro argētoqꝫ ſuperadditis gemmis ornauit. Quo regnante tornacū que ſub nouiomenſi eccleſia ſexcētis fere annis extiterat epiſcopalis ſedes facta eſt Eugenio tertio romanuꝫ pontificatum gerēte. Curato patris funere philippus in iudeos iterum ſe cōuertit. Qui ingenti fenore ciues ita oberatos ſibi habebant vt eorum predijs ditati dimidiā fere ciuitatem vendicarent: alios in cuſtodia penes ſe ſeruarent. pleroſqꝫ fortunis omnibus diſſoluendi debiti cauſa ſpoliatos mendicis non diſſimiles efficerent. Domi preterea ex chriſtianis familiā continebāt: quorū quottidianis ſe. uitijs reꝫ ſuam augebant. Et cum pignoris loco veſtes ⁊ ſacroſancta eccleſie vaſa a creditoribus ſuſcepiſſent ea in ſordidos vſus admouebāt. His iudeorū iniq̄tatibus cognitis: bernardum anachoritam qui in ſaltu vicennarū ſolitarius incolebat: hominem ſanctitatis opinione clarum rex adijt. Rogat que de iudeis eius ſententia eſſet. Bernardus optimū factu eſſe reſpōdet ſi debita omnia quibus chriſtiani erga iudeos aſtricti tenebant rex remitteret: quinta omniuꝫ debitoruꝫ ad fiſcum (ſi volet) attributa. Anachorite ſententia rex cōfirmatus: predijs poſſeſſionibuſqꝫ iudeos mulctat: edicto ad diui iohannis baptiſte termino quo iudei omnes regno francorū abſcederēt. Neqꝫ dimoueri rex potuit. q̄qꝫ multi ex primoribus hanc ſeueritatē moderari tentaſſent: iudeorū muneribus illecti. Itaqꝫ cū precibus locus nō pateret: dieſqꝫ ad diſceſſum dictus aduentaret: iudei diſtractis ſuis rebus oēs abierūt: preter paucos qui religionem chriſti profiteri voluerūt. Quibus lauacri ſacramento ablutis philippus fortunas ⁊ libertatem reſtituit. Anno chriſtiane redemptionis. milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo Exactis e francia iudeis ſynagogas eorum ad chriſtianiſſimi ritum conuerti atqꝫ dicari iubet. ¶ Eſt in via militari qua a pariſio ad ſanctum dyoniſium itur ſacellum lepra infectis attributum. Quibus proxime adiacebat mercatus rerum venalium. Huius fori ius a leproſis comparatū philippus intra luteciā ſtatuit in eo loco qui campelli dicebat. Ubi ampliſſimis edibus extructis merces extrudi a mercatoribus ſine imbriū moleſtia poſſent. Hūc mercatū franci vulgo hallas appellant. ¶ Ambiuit quoqꝫ philippus perpetuo muro ſaltū vicennarū cum antea peruius eſſet. ¶ Occupabat eadē tēpeſtate viromandiā philippus flādrie comes quam ad ſe pertinere rex optimo iure dicebat. Hinc bello exorto cōtracto tandem ab alterutro principe exercitu. Comes ſponte ſua nullo commiſſo prelio occupata reſtituit. Nec miraculo caret q cuꝫ ad kalendas iulias in agro viromādenſi frumentatōibus pabulationibuſqꝫ ſegetes late miles detriuiſſet ita vt meſſis faciende nulla agricolis ſpes ſupeſſet: tanta tm̄ frumenti ⁊ oīs generis cōmeatus copia fuit: vt duplicatas fruges meſſores receperint. ¶ Inter has regis occupatōes venere ab hieroſolymis ad philippū eraclius patriarcha hieroſolymitanus ⁊ domus hoſpitalis prior: nūtij calamitatis quā ſalhadinus egiptius chriſtianis ꝑ paleſtinam intuliſſet: locis aliquot nō ſine noſtrorū cede occupatis. Cui incommodo niſi catholici principes ſuccurrant res hieroſolymitanas in hoſtiū poteſtatē breui relapſuras. His querelis rex motus pariſium: regni pontifices aduocat. Quibus conuenientibus: edocet que ſit in ſyria chriſtianiſſimi ſtatus. Oportere quemqꝫ eorum per ſua territoria populum admonere: vt miſere chriſtianiſſimorum conditioni ſuppetias ferant: ſe quideꝫ paratiſſimum eſſe qui in primis auxilietur: ſi preſentium rerum conditio admittat: ſed nichilo ſegnius miſſurum ſe ad id negocium viros ſtrennuos cum valida militum manu. ¶ Oratiōe regis a preſentibus laudata: paruo poſt tempore rex ex ſuis deſtinat qui afflictis rebus opitulentur. Ipſe interea

yſabella comitis hānonie filia philippi vxor in dotēꝫ habuit artheſij comitatum

Judei iteruꝫ

Judei regno expelluntur.

Mercatꝰ ſeu halle pariſiēſes.

Saltus vicē narum

Viromādia reſtituiť philippo.

Nota miraculum.

Oratores a hieruſalem

Philippꝰ in cōcilio pariſienſi bellū i hugonē burgūdū.

in hugonem burgundum qui arcem vergij circūſederat: in eoqꝫ guidonē loci dominū obſederat copias ducit Jam enī hugo turres quattuor nō procul ab arce erexerat: quibus ab eruptione obſeſſos ꝓhibebat: atqꝫ ꝑtinaciſſime cōſtituerat: nunqꝫ inde abiturū priuſqꝫ arcē recepiſſet. Sed obſtinatis ſecus ac cupiūt ſepenumero accidit. Rex enī celerius hugonis opinione aduenīēs: ſpem obſidentis intercipit: dirutiſqꝫ ꝓpugnaculis intra arcem a guidone recipit̄. Sed nec tanto incōmodo accepto hugo populari eccleſias ⁊ monaſteria deſtitit: q̄uis a philippo ne id cōmitteret crebro admonitus extitiſſet. Eam ob rem rex ad caſtilionē promoto exercitu arcem vi expugnat. Unde ſibi timēs hugo regis gratiā prope impetrare elaborat. Qua impetrata: duobus caſtellis ꝑtāti regis permiſſis donec triginta milia librarū eccleſijs ꝑſoluiſſet: philippus pariſium regredit̄.

lutecia pariſioruz lapidibus ſternit̄.

Ubi dum aliquot dies incolit ambulāti per palatium fetor quidam ex vijs publicis infert̄: quo ſupra modū offenſus: cognito ꝙ ex ceno lutoqꝫ viarū procederet: vias lapidibus pauire cōſtituit: opus ꝓfecto ꝓpter vrbis magnitudinē grāde atqꝫ arduum.

Cimiterium ſcti innocentis.

Propterea accitis ciuibus ⁊ mercatorū prepoſito: negocium dat vias ſternendi. Eodem ſtudio adductus: campelli partez que ⁊ importādis venalibus rebus: ⁊ ſepeliendis humanis corpibus proxime ſacellū ſancti innocētis erat: ſepire quadratis lapidibus fecit: eāqꝫ ad ſepulturā tm̄ humanā deputauit. Per hos dies richardus henrici angli filius cum pictauiam teneret: nec inde debitā philippo fidē preſtaret: ſed doloſis dilationibus inverba regis iurare cunctaret̄. Philippus hominis ad rebellionē inclinantis aſtutiam nonvltra tolerare conſtituit.

Bellum in richardū aqtanie ducem.

Quare bituriges magnis copijs petens aquitaniā ad caſtrū vſqꝫ radulphi vaſtat. Ea re cognita henricus vna cum filio richardo: educto in philippū exercitu: eum ab obſidione arcis vi atqꝫ armis dimouere cōtendunt. Quibus in cōſpectum francoruz veniētibus: in anglos ſe philippus ꝯuertit: facta pugnādi poteſtate. Qua audacia territi hoſtes: mox ad regem legatos de pace mittunt duos cardinales: qui ꝑ id tempus ad recōciliandos reges in franciam roma aduenerāt Promittunt anglorum nomīe fidem regi preſtituros ⁊ que ad ius fidelitatis ſpectant ex ꝓcerū arbitrio facturos. Cōditione accepta atqꝫ inducijs hincinde firmatis: ab armis diſceſſum eſt.

Nota miraculum

¶ Interim dū de pace agit̄: quidā introducti a richardo ſatellites: quos illa etas coterellos appellauit: duz alea ludūt quidā perditis nūmis blaſphemus in deum: dum ſimulachrum virginis filiū dextra geſtantis in templi veſtibulo aſpicit: iacto in imaginem lapide brachij partem a filio abrupit: ex quo ꝓfluēs cruor multis egrotātibus ſalus fuit. Satelles aūt virginis cōtemptor demonio mox arreptus eodē die ſpiritum miſerabiliter efflauit. Nemo igit̄ venerabiles imagines ſanctorū deſpuat que tametſi nichil in ſe diuinitatis obtinent: ſunt tū ad monimentū virtutis populo exhibite. Admonētqꝫ humanā mētem imitari eoꝝ ſpectatiſſimā vitam quorū imagines in honore haberi vidēt.

Nuntij a hieruſalem

Quietis ꝑ franciam rebus nuntij iterū ex aſia aduenīūt qui oīa apud chriſtianos qui in ſyria erāt a ſalhadino profligata eſſe: atqꝫ ipſam ſanctam ciuitatem vna cum rege: et chriſti crucem aſportatam: treſqꝫ tantum vrbes ſupereſſe: tyrum: tripolim: atqꝫ antiochiam: ⁊ caſtella pauca in fide ſtare. Qua per franciam calamitate vulgata: merore omnes affecti ſunt. Atqꝫ ipſe in primis Philippus tot malis condolens: per nuntios henricum anglum in colloquium vocat.

Cruce ſignati in turcum.

Conuenientibus regibus in planicie que a giſortio non ꝓcul abeſt. Tanta fuit tyri preſulis ſuaſu principiuz charitas: vt nemo illos vllo tp̄e a ꝑpetua pace diſceſſuros formidaret. Itaqꝫ cruce ī hoſtes fidei deſumpta: ꝙplurimos pontifices et proceres populorum quoqꝫ numeroſam multitudinem vt idem faceret prouocauerunt. ¶ Ad tantam expeditionem cuz pecunia deeſſet: cōuocatis pariſij pontificibus ⁊ nobilitate rex petit ſibi annuam decimam eccleſiaſticorum ꝓuentuum concedi. Que poſtea ſalhadini decima appellata eſt.

Salhadini decima.

Militi autem qui ere alieno tenebatur permiſſuz eſt: cōtracti ad illū diem fenoris libertatē habere. debita vero tribus terminis creditoribus perſoluere.

Richardus turbator expeditionis.

His ita in contione definitis tertio poſt menſe richardus anglus pictaueñ. induciarum ⁊ iuriſiurādi preuaricator occaſione ſumpta in raymunduz tholoſatem bellum mouet. Quod poſtqꝫ ꝑ raymūdi nuntios philippus cognouit promoto exercitu caſtrum radulphi buſentalū inſuꝑ ⁊ argentoniū expugnat.

Nota

Leurontē vero ſecus paludem ſitum cum circūſediſſet tanta ſiccitate terra inaruit. vt palus ipſa areſceret Aquarum igit̄ cū iumēta atqꝫ exercitus indigeret. nec vllus de celo ymber ſperaretur: mox eruptione aque pluribus locis facta palus exūdauit. Expugnatum leurontē rex ludouico theobaldi bleſceñ. filio conſobrino ſuo donauit. A leuronte ad mōtricardum exercitum progredi iubet. Quaz arcem cum aliquot dies circūſediſſet tandem expugnat: incenſis ſuburbijs: ⁊ turre grandi ⁊ munitiſſima ſolo equata. Inde progreſſus per aruerniaz philippus: omnia que angli regis in ea

regione erant occupat. Tam multis incōmodis acceptis rex anglus reducto exercitu ꝑ normāniam cum richardo filio abiēs nō pauca loca donec giſortiū veniſſet perdit ⁊ diripit.

Richardꝰ a prē deficit.

Nō multo poſt interiecto tempore Richardus pictaueñ. cū negatam ſibi ab henrico patre margaretam philippi ſororem que apud henricū ad coniugij ſpem aſſeruabatur nō impetraret vxorem: a patre deſciſcens ad Philippū ſe contulit preſtita de terris quas in francia poſſidebat fide. ¶ In ſequenti vere philippus cepti in henricum belli diligens executor: copias educēs: dum iter in cenomainā facit firmitatē bernardi cū alijs quatuor munitiſſimis caſtellis capit: mox cenomaniā ꝓgreſſus vrbē circūuallat ex qua ſe henricus ꝓripiens: chinonem petit Cenomania recepta philippus turonos adorit̄ vbi flumine ligeri impeditus: ipſe lanceā manu apprehendēs: vadū pre exercitu ſcrutatus: viam qua ſui tuto pergerent monſtrauit.

Philippi egregiū factū

Flumine traiecto: turonū vi expugnat. Nihil tamē ſeuitie ciuibus inferri rex ꝑmiſit. Duodecimo poſt receptā vrbem die preſidio ī ea relicto: philippus exercitū reduxit. Interim circiter. xv. kalēdas iulias henricus anglus apud chinonem defunctus eſt.

Henricꝰ anglus morit̄.

quo ꝑſecutore diuus thomas cantuarieñ. dum veſperoꝝ officio intereſſet quattuor ſatellitum miniſterio quinqꝫ vulneribꝰ eſt trucidatus: quē beatoꝝ martyrū collegio relatū eccleſia venerat̄. Huius hērici ſepulchrū apud frontēuallem viſitur. ¶ Patri richardus ſucceſſit. Atqꝫ paulo poſt pace cum philippo icta: rex quecūqꝫ henrico abſtuliſſet: richardo ſponte ſua reſtituit. Receptis a richardo tribꝰ caſtellis: ipſe quoqꝫ liberalitate in Philippū vſus creſacū eſſaudunū et dolonnam donat que philippo ꝑpetua eſſent.

Expeditio ī ſyriam.

¶ Ordinatis ad hūc modū rebus: reges de expeditione hieroſolymitana cōuenīūt: vt iunctis claſſibus in ſyriam nauigarēt. Anno igit̄ ſalutis cēteſimo octogeſimonono ſupra. M. circiter feſtū diui iohannis baptiſte: poſtqꝫ apud diui dyoniſij ſepulchrū preces habuiſſet philippus: veſelaum richardo comite ꝓfectus eſt. ¶ Ibi filio in tutela matris atqꝫ auūculi remenſis legati apoſtolici relicto: ianuam ſe contulit. Richardus vero marſiliam profectus eſt. Comparatis ianue que ad expeditionē cōuenirent. Cū mari ſe reges cōmiſiſſent orta tēpeſtate pars meſſarā: pars ad alios portus delati ſūt. Ubi hybernis exactis philippus proximo vere: cum richardus in menſem auguſtū nauigationem differre ſtatuiſſet educta claſſe acconem appulit. Quā miles chriſtianus iam ſecūdo anno obſeſſam expugnare non potuerat.

Accō ciuitas paleſtine.

Caſtris igitur accone poſitis: Philippus vrbis muros licet prope machinis diruiſſet: expugnare tamen locum ſuſpedit: richardum expectans. Hic cum aduenıſſet: rogatus a philippo vna oppugnationem facere: ꝑnegauit.

Richaardꝰ perfidus.

Neqꝫ arbitris qui vtriuſqꝫ pricipis aſſenſu rei militari ꝑfecti erant obtemperauit. Tanto liuore atqꝫ odio anglorum gens francos oīs habet: vt lupum oui facilius ꝙ francis anglum concilies. Itaqꝫ (ſicut ego accepi: cum apud henricum anglie regem huius nōis ſeptimū: Caroli octaui regis francorū nūc regnantis legationis munere fungerer) liberos ſuos dum ꝑ etatem licet pleriqꝫ in anglia parentes arcu ſagittas mittere inſtituūt: propoſitaqꝫ illis franci hominis effigie. Age inquiūt fili: diſce ferire et mactare francum. Recuſante auxilium richardo: cum obſeſſi philippū oppugnationem parare vident: vrbem ſe dedituros dicunt: ſi cum ſuis fortunis ſalui abire permittantur. Admiſſa conditione philippus adiecit liberandos inſuꝑ eſſe captiuos omnes ꝙ ꝑ egyptum et ſyriam a ſalhadino tenebantur. Atqꝫ ipſam chriſti crucem in primis reſtituendam: nō abituros hinc niſi hec oīa ipleta ꝑfeciſſent.

diſcedit philippꝰ ab accone.

¶ Recepta vrbe diſtributiſqꝫ inter principes captiuis: philippus cum richardū ſuſpectum haberet: ꝙ cum ſalhadino ꝑ nuncios cōmunionē haberet a quo etiam donis honoraret̄: ꝙqꝫ ipſe grauiter egrotaret: vocatis ſui exercitus primoribus in franciam ſe reuerti velle dixit. Atqꝫ ita odone burgundoꝝ duce exercitui prefecto: tribus tātum triremibus a ruffino ianueñ. preparatis in appuliam nauigauit. Ubi poſt aliquot dies morbo leuatus romam religionis et voti gratia profectus eſt celeſtino tercio romanā ſedem miniſtrante. ¶ Poſt philippi diſceſſum richardus captiuos quos ex obſeſſis habebat ad ſe duci iubet: cum ab eis chriſticolas et domini crucē: ſicuti conuenerat repetit: nec ꝓmiſſo ſe abſoluere ſalhadinus curat: milia ſex ex vrbe eductos capite damnauit.

Iudeoꝝ execrabile factū

¶ Cum in franciam philippus veniſſet: eſſetqꝫ apud ſanctū germanū de layo: execrabile iudeorū facinus ad eum delatum eſt. Apud brayū caſtrum iudei chriſtianū quēdam (quē furti atqꝫ homicidij inſimulabant) captum ſerto ſpineo coronauerant: deductūqꝫ ꝑ oppidum et multis verberibus affectū tandem cruci affigentes interemerant: ꝑmittēte loci domina quā ipſi muneribus euiciſſent. Cognita iniuria rex nulla mora interpoſita neſcientibꝰ aulicis qd animo agitaret: ad brayum perpropere ſe contulit. Moxqꝫ portas et viarū exitus a ſuis diligenter obſeruari precipiens: ſupra octoginta iudeos comprehēſos cremare iubet. ¶ Sup-

Suſpitio a ſyria.

plicio de iudeis expleto. agente apud pentizaram philippo littere ex ſyria ad eum ꝑferunt. Quibus admonebatur bartaſim quẽdam ex arabia in franciã richardi conſilio eius necandi grã miſſum eſſe. Qua re intellecta de ſe ſollicitus rex: diligentiore cuſtodia vſus eſt. Sed miſſis in ſyriam ad amicos legatis: quia id ab inimicis fictũ cognouit omni ſe ſuſpitione abſoluit.

Philippus normãniam occupat.

Atq; iniuriarũ quas a richardo accepiſſet recordatus hoĩs ꝑfidiam vlciſci feſtinat. Giſortio igitur atq; velexino quod normannũ dicũt occupato. tota deinde normãnia potitꝰ eſt.

Ingeberga damalte regis filia philippi vxor

¶ Deinde liberoꝝ cupidus ſtephano nouiomenſi antiſtite ad caynũ dalmatarũ regem miſſo ingebergam ſororẽ regis vxorem duxit. Quã pariſij receptam paucis interactis diebꝰ dimiſit: occaſione ſumpta: ꝙ eius conſobrina eſſet. De qua re ꝓcurante cayno tametſi legati apoſtolici midas ⁊ cecinus cardinales querere mandata recepiſſent. ſegniter tamen agentes: vel largitione regia corrupti: vel metu offendendi regis ꝑterriti negocium non abſoluerũt. Ingeberga autẽ licet diuortium iniquo animo ferret: celebs tamẽ apud francos viuere ꝙ alteri viro nubere maluit.

Richardꝰ ſyriaꝫ reliqt et diui martini canõicos ſuis fortunis ſpoliatos expellit.

¶ At richardus anglus relicta ſyria cum in franciam reuertiſſet: in clerũ turonenſem ſeuire cepit: exactis e templo diui martini ſacerdotibus quos fortunis oĩbus ſpoliauerat. ad quã calamitatẽ philippus alteram addit. Nam omniũ eccleſiaꝝ que in ꝑincipatu richardi erant bona diripuit. Expulſiſq; e ſacris locis dei ſeruitoribus predas ſibi ex eoꝝ ꝓuentibus fecit. Nec ab his que ſue ditionis erant cõtinuit manus. Sed vectigalibꝰ et crebris tributis oppreſſit: dictitans opus illi eſſe grandi pecunia ob terre ſancte liberationẽ quã ſuis militibus impartiret. Eſt em̃ omni peccanti preſens ſemꝑ aliqua ratio quã ſuo pretendat errori.

Philippi in ſacerdotes ſeuitia

Uallisruelli caſtellum a normannis obſeſſuꝫ et a philippo dirutum.

¶ Cum hec in eccleſia dei ageret philippus richardi frater iohannes qui ſine terra nomen habebat: adiunctis ſibi comite dalphino et darõdello comite: et rothomagorũ parte ad caſtrũ vallis ruelli mouens arcem obſidet. Ubi poſtq; vix dies octo heſitaſſet: ſuperueniens philippus tam inſperato in hoſtem irrupit vt capeſcentibus fugam normannis: caſtra deſeruerint que fuerũt in predam francis. Paruo poſt tꝑe cõtemptis inducijs cũ richardus arquas circũſediſſet: philippus educto preſidio quod in valleruelli habebat locũ diruit. Aduerſuſq; richardũ inde ꝓfectus: hoſtem anglũ cũ normãnis ad dieppã vſq; fugauit: nauibus que in ſtatione erant incenſis.

Richardꝰ inducias violat.

¶ His hoſtiliter aduerſus anglũ geſtis. cum ꝑ inducias ab armis paulo ceſſatũ eſt richardus nullius ꝓmiſſi tenax: violatis inducijs bellũ inſtaurat Poſitis nõ procul ab eſſouduno caſtris: cum acies cõgrediendi ſignũ expectarent: ecce Richardus paucis comitantibus ad philippũ ſponte ſua inermis acceſſit. Eidemq; preſtitit ſe regis mandatis pariturum. Deinde inter reges conuenit conuentionem apud vallẽruelli ⁊ caſtrũ gallardi ad nonas ianuarias habere. Ubi ⁊ ꝑpetua vt ſperabat̃ pacis formula dicta eſt. et datis hincinde atq; acceptis obſidibus firmata.

Maria bohemoꝝ ducis filia philippi vxor.

¶ Inſequenti marcio menſe philippꝰ mariam ducis bohemorum filiã matrimonio ſibi cõiũxit.

Richardi ꝑfidia.

Moxq; richardi ꝑfidia fractis inducijs: cum arcem briſoni dolo captam ſolo ꝓſtraſſet: philippus collecto exercitu dammallam ꝓgredi feſtinat: vbi dum in obſidione detinetur: ad nouẽcurtũ richardus adueniẽs preſidium quod in eo erat ꝓmiſſis adduxit: locum illi ꝑmittere. Quem receptum armis ⁊ cõmeatu munit.

Guido thouardꝰ capit̃

Inde in philippũ dammallã circũſidentem ducens: dum loco regem ſummouere cõcertat: ipe a francis ferociter impetitus fugatur. Capto in fuga guidone thouardo viro apprime nobili ⁊ ſtrennuo: franci dammallam repetentes arcem oppugnant.

Nouẽcurtuꝫ caſtrum.

Sed dedentibus ſe hoſtibus ſi inſtructi armis diſcedere liceret. dammalla recepta eſt: et arx ſolo equata. Giſortium deinceps adueniens et protenus nouẽcurtum quod richardus ſibi rapuerat circũuallans multo ſuoꝝ periculo expugnauit.

Balduinus flãdrꝰ cũ richardo iũgit̃

Reginaldus comes bolonieñ. ꝯſpirat

¶ Pugnantem aduerſus anglum alia philippũ ſollicitudo turbauit. Balduinus em̃ flandrenſium comes ad richardum deciuit: quẽ preterea ſecutus reginaldus comitis dõnimartini filius: multas francis incõmoditates hi pariter inuexerunt: ꝙq; ipe reginaldus nuptijs domine bolonienſis atq; ipſo comitatu pauloante a rege honoratus auctuſq; extitiſſet.

Sãctꝰ audomarus fit comitis flandri

Per has belli tempeſtates ſanctus audomarus artheſij inſigne atq; munitiſſimũ oppidum in poteſtatem balduini venit.

Iudei in frãciã redeunt:

Philippꝰ a clero penſiones exigit.

Iudeos autem eiectos francia philippus pariſiũ reduxit. pecunie forte inter tot belli impenſas egens. Nam ⁊ de eccl'ijs vectigalia penſioneſq; annuas reclamante clero excepit. Quãobrem maiore ꝙ vllo tempore bello mox implicitus eſt.

¶ Itaq; richardus numeroſo inſtructus exercitu giſortium mouẽs omnẽ per ambitum regionem populatur corcella arce ad ſolum complanata. In quem cum copias philippus duxiſſet: primo aduentu hoſtis illum ne giſortium peteret prohibuit. Sed animos tollens philippus: cuneo facto ꝑ acies hoſtium perrumpens: giſortium ingreſſus eſt quibuſdam ex ſuis aulicis atq; proceribus ab hoſte intercluſis captiſq;.

¶ Deinde abeunte in normanniã richardo: philippus hoſtili agmine normãnos iſecutꝰ ad nouũburgũ ⁊ bellũmõtẽ rogerij vſq; progreſſus: vicos cõplures ferro igneq; vaſtauit.

Philippus normanniaꝫ vaſtat.

Repetente tãdem franciã philippo: cum intellexiſſet richardus illum exercitum dimiſiſſe: in velexinũ et claromontem incurſiones facit. Cui occurrentes bellouaci antiſtes et guilhelmus de demelli: cum ab hoſte predas recuperare inconſulte nituntur inſidias hoſtiũ incurrentes capti abductiq; ſunt.

Innocentiꝰ tercius.

¶ Cum tantis animis reges digladiant̃: innocentius tercius qui celeſtino tercio in ſedem romanam ſucceſſerat: ſtudioſus pacis petrum capuanum cardinalem ad reges mittit. Qui de pace quidem deſperans: quinq; vix annoꝝ inducias impetrauit. Nec richardum adducere potuit: vt obſides daret atq; reciperet.

Richardꝰ occiditur.

Ipſe autem ferox et indomitus hoſtis: non lõgo poſt interiecto tẽpore dum in lemouicibus arcem lemouicam obſidet: emiſſa ex arce ſagitta ictꝰ eo vulnere interijt

Reuelatõ atq; inſtitutio ordis ſancte trinitatis.

Sub hoc innocentio romano pontifice ordo fratrum ſancte trinitatis de redemptione captiuorum autoribus iohãne de mata et felice anachorita initium cepit. Qui poſtq; apud ceruum frigidum meldenſis territorij ſolitariam diu vitam egiſſent: per quietẽ admoniti pontificem romanũ conuenire: a quo vite modum acciperent cũ innocẽtiũ adijſſet cognouerũt pontificem ſimili reuelatione fuiſſe diuinitus inſtinctum. Quãobrem a pontifice benigniſſime excepti ſunt. Et quinto kalendas martias cum dies feſtus agnetis ſecundo agitur innocentius rem diuinam faciens: dum diuinam euchariſtiam circũſtantibus ſe oſtendit: angelum dei videt candore multo fulgentem cancellatis manibus duos captiuos tenentem: chriſtianum vnũ alterũ maurum: tanq; eos cõmutaret. Cui angelo crux rubri ⁊ azuri coloris ad pectus eminebat. Quo viſo et re diuina confecta: anachoritas ad ſe vocans: iam inquit filioli aĩaduerto dei ſpiritu vos duci. Conficiam vobis indumenta exemplo viſionis ꝙ mihi diuina celebranti innotuit. Igitur conſutis tunicis iohannem feliceniq; candidis veſtibus decorauit: ſuperaddita cruce qualem angelus oſtendiſſet. Additq; nouo ordini titulũ de trinitate et redemptione captiuorũ cui negocium imponit: captiuos a male credentibus chriſtianos liberandi. Eius rei ſimulachrum rome in celio monte apud ſanctum thomã de formis viſitur: vbi eccl'iam diuine trinitati innocentius extruxit. Richardo defuncto philippus contracto grandi exercitu ebroicas normannoꝝ vrbeꝫ cum alijs compluribus inſtructiſſimis arcibus occupat: atq; oĩa cenomannia tenus perdit. Arturus preterea britonũ princeps andegauiam vrbem quã ſibi richardus ſuſtulerat recepit: philippoq; obuiam pergens eius fidei ſe permiſit.

Namurci comes capit̃.

¶ His rebus rege prepedito: Robertus bleſenſis et euſtacius de noua villa philippũ namurci comitem balduini flandrenſis fratrem cum equitibus auratis duodecim et ſacerdote vno petro duacenſi comprehendũt ad regemq; ducunt. Nec longa mora interceſſit: cum inter philippũ et iohannem: richardi ſucceſſorem cui ſine terra cognomẽ fuit inducie dicte ſũt et ſacramento firmate.

Interdictũ i francia.

Conceſſa philippo a bello quiete: noua illi a romano legato afflictio conſurgit propter ingebergam vxorem dimiſſam: Nam conuentu prelatorum habito ex eorum ſententia legatus philippo et toti regno ſacris et cõione hominũ interdixit: ꝙuis romanũ pontificem rex appellaſſet.

Seuit philippus ĩ clerum

Qua legis ſeueritate exaſperatus philippus in clerum ſeuitia vſus eſt: pulſis e ſuis ſedibus pontificibus: quoꝝ aſſenſu hanc ignominiaꝫ accepiſſet. Itaq; nec dignitati nec vicariatui pepercit. quin etiam plebeios ſacerdotes rebꝰ ſuis exutos extruderet. Quin ⁊ ingebergam in arce ſtampenſi clauſam tenuit. Nec a plebe tẽperauit: exacta a populo tercia parte bonorum: preter vectigalia et annuas penſiones.

Pax inter reges

¶ Inducijs prope diem finituris reges inter vernonem et inſulam andelinam de firmanda pace conuenerunt. Ibi partitis terris de quibus contendebat̃: iohannes anglus omnia que philippus richardo abſtuliſſet ludouico regis filio (cui blanca alphonſi caſtelle filia nupſerat: et iohannis neptis erat) libera permittit. Adiũxit preterea anglus ad tantam liberalitatem: ſi abſq; liberis moreret̃: inſtituere ſe ludouicum heredem oĩm poſſeſſionũ que cis oceanũ gallicum ſue ditionis eſſent.

legati a philippo illuſi.

¶ Interim dum hec aguntur alter a pontifice romano legatus otho hoſtienſis epiſcopus in franciam venit: attributo ſibi collega burdegallenſi archipreſule. hic philippum admonet ingebergam vxorem recipiat. Paruit legato philippus. Nam cũ sueſſione legati varijs diſceptationibus de regis cum vxore reconciliatione agerent: rex tãte more impatiens aſſumpta ingeberga inſalutatis legatis conſilium dimittit. Abeunte rege legati rubore perfuſi alter romam ſe contulit: alter in franciam reuerſus eſt.

Bellum rurſus ab ãglis

¶ Exactis inde paucis menſibus: conuenientibus iterum non longe a vernone regibus: philippus iohanni anglo atq; normannis diem dicit quo Pariſij ad iudicium venirent. Statuto die poſtq; ad rebellionem anglum inclinare philippus cognouit. Cõſilio a proceribus capto militem cogit ducitqꝫ in normanniam ad caſtellum cui bontauentum nomen eſt:quod vna cum genſelino et gorneyo munitiſſimis locis proſtrauit. At cũ hyems inhorreſceret:relictis vbiqꝫ preſidijs reges bello tantiſper dum hibernarent abſtinuerunt.

Jubet inocẽtiꝰ reges bello abſtiere a quo philippus ꝓuocat.

¶ Ineũte vere Philippus britonum atqꝫ pictauorum auxilijs fretus:aquitaniã ſibi ſubiugauit:nec multo poſt in normannos cõuerſus:Conchas et vallẽruelli cum inſula andelina in poteſtatem recepit. Eodẽ ferme tempore Innocentius tercius pontifex miſſis in franciam nũcijs regibus mandat bello ſuperſedeant: pena in contemptorẽ precepti adiecta. Sed philippus appellatione aduerſus legatos ſe tutauit. Atqꝫ ita ad radepontem copijs inſtructis mouẽs:poſt quindecimum obſidionis diem arcem expugnat. Dehinc ad gallardum caſtrũ profectus(quod edito ad ripam ſequane loco ſitum eſt:et a richardo magnis munitionibus inſtauratũ) conſtituit preſidiũ qđ intus erat fame ad deditionẽ compellere: ne vel militem difficili et periculoſa obſidione ꝑderet: vel caſu aliquo obſeſſi clam dilaberentur atqꝫ ſubterfugerent. Igitur magnis foſſis atqꝫ aggeribus caſtellum circũdat:impoſito inter aggerem ⁊ arcem milite. Extruxit preterea ligneas turres ex quibus tela in obſeſſos iaculari poſſent. Comparatis omnibus que oppugnationi conuenirent:inſilientibus francis atqꝫ acerrime pugnantibus obſeſſi non minore animi fortitudine francos repellebant:donec quintodecimo die continua oppugnatione fracti deditionem fecere.

¶ Altero qui ſecutus eſt anno philippus cum falleſiam atqꝫ danfrontem recepiſſet:ad diui michaelis promõtorium quod in periculo maris ab incolis dicit̃ ꝑuadens ſue omnia ditioni ſubiecit. Quod videntes normanni ne philippi fortune temere obſiſterent:abrincas baiocũ conſtantiã atqꝫ lexouiũ vrbes dedunt. In quibus relicto valido preſidio:rex Rothomagum primariã normannie ciuitatem obſidione premere conſtituit. Circũſeſſa a francis vrbe: ciues triginta dierum inducias a philippo impetrant. Interim in angliam miſſis ad iohannem anglum nũcijs,vt infra impetratos induciarũ dies obſeſſis opitularetur:cum nihil ſpei a rege acciperent:ſed intelligerent hominem deſidere et cunctari: ad ſuos remigrantes nuncij ſe atqꝫ ciuitatem philippo permiſerũt. Quorũ exemplo moti arquenſes et vernolienſes in verba regis iurant.

Philippus in aqtania.

Anglꝰ ad rupellã cũ claſſe.

Andegauia vrbs diruit.

¶ Subacta normannia in franciam cum redijſſet.paucos ibi dies cõmoratus:aquitanos magnis copijs petit. Prima ad arcem lochiarum caſtra fecit:quã magnavi expugnatã droetio de nullo dono dedit. Inde chinonem acri virtute a preſidio defenſã cepit.oẽs vero qui intus erant compendium in cuſtodiam duci iubet. Intercedentibus paucis poſt hec diebus:iohannes anglus rupellam cum claſſe appellit. Cui a philippo deficiens comes touardus ſe coniunxit. Vrbs andegauia primos iohannis impetus experta eſt:quam ſolotenus anglus deſtruxit. Eapropter in pictauiam veniens philippus omnibus munitioribus pictauorum locis impoſito preſidio touardũ vbi anglus agebat petere cum ſtatuiſſet iamqꝫ ad hoc acies ordinatas haberet:comitis touardi terra ferro atqꝫ igni vaſtata:duorũ annorum inducijs inter reges firmatis:ab armis temperatum eſt Quibus exactis philippus iterum in aquitaniam militẽ promouet:vbi equatis ad ſolũ quibuſdã caſtellis.alijs autem receptis:cũ preſidiũ in illis collocaſſet eius regionis curã guillermo mareſcallo ⁊ guillermo de rupibus cõmittit atqꝫ in franciam remeat. Illi a rege prefecti dum pictauie agunt locatis inſidijs:touardi vicecomitem et ſauarũ maulioneum predas abigentes capiunt:quos vna cum hugone vicecomitis fratre.et amerio liſigniaco:atqꝫ militibus quinquaginta ad philippum mittunt.

Graplitũ in britonibus collis.

Aurelianeñ. ⁊ antiſſiodorẽſia pōtifices philippo repugnant.

¶ Eſt in britonum principatu collis editus ad ſeptẽtrionem ſpectans ſinuoſo maris eſtuario circũdatus:cui britonũ lingua graplitũ.id eſt mari vndiqꝫ implicitum:nomen eſt:in eo colle cum britones arcem extruxiſſent que in aduenientes anglos ꝓpugnaculum eſſe poſſet:id michael quidam inter britones nõ ignobilis cũ philippo nunciaſſet:cõtracto apud mantã exercitu: Comiti ſancti pauli et michaeli cõmittit arcem occupare. Nec pigritatur comes regi parere. Itaqꝫ arce capta:michaelem cum valido preſidio arci preponit. Ad hoc expugnande arcis negociũ cum pontifices franci a philippo premoniti armatos aliquot ex ſuis miſiſſent:ſoli aurelianeñ. atqꝫ altiſſiodoreñ. antiſtites detrectare auxiliũ non formidauerunt. Quãobrem cum philippus eorum terras donec ſatis de contemptu factionem feciſſent occupaſſet ep̄i romanum pontificem adeũtes: philippum ne id faceret pontificia auctoritate prohibere niſi ſunt. At pontifex francorum conſuetudini que de temporalium rerum gubernaculis introducta eſſet detrectare nihil tentauit. Igitur epiſcopi mulctam a rebellione philippo ſoluentes:que ſue ditionis erant receperũt poſt biennium ꝙ illa rex poſſediſſet.

Almaricꝰ hereticus.

¶ Eodem anno qui fuit chriſtiane gratie milleſimus ducenteſimuſſeptimus. Almaricus carnuteñ. litteris apprime eruditus cum apud Pariſios non

paruam doctrine opinionem obtineret:palam docuit quoſqꝫ chriſtianos membra chriſti corporis eſſe:et dum a iudeis chriſtus pateretur vna cũ ipſo dolorem atqꝫ afflictionẽ fuiſſe reuera perpeſſos. Sed errorem cum tueri non poſſet:damnatus eſt reſipiſcere:et contrariam ſententiam aſſerere. Ob hanc ignominiam contracta animi egritudine:paulo poſt tempore interijt.

Alij heretici

¶ Fuere alij preterea litterati homines qui ſingulis diuine trinitatis perſonis ſingula tempora per ſucceſſionem tribuerent:aſſerentes patris omnipotentiã chriſti aduentu deſiuiſſe:chriſti vero doctrinam ſpirituſſancti acceſſu exoletam eſſe. Cuius hereſeos autores ꝓcurantibus petro pariſieñ. epiſcopo:atqꝫ garino conſulari viro deprehenſi:honoribus et dignitate priuati ſunt. Laycos id eſt qui extra cleri ordinem eſſent:ignis abſũpſit. Feminis vero parcitum eſt. At almarici cadauer quod pone diui martini pariſieñ. eccleſiam ſepultũ fuerat:exhumatum et crematum eſt.

Fredericus imperator.

¶ Per eoſdem ferme dies Fredericus imperator miſſis ad philippum nũcijs:petit locum deligi vbi de rebus ad vtrũqꝫ pertinentibus colloqui poſſint. Apud vallicolorem placuit conuentionẽ habere. Eſt enĩ vallicolor vltimus regni locus tullum verſus ſpectans. Philippo conſiliũ non fuit illo proficiſci. Sed miſſo ludouico filio cũ procerum ornatiſſima caterua:fides atqꝫ amicitia que vetuſtiſſimo federe inter principes romanos regeſqꝫ francorum obſeruata fuiſſet innouata eſt.

Noui muri pariſieñ.

¶ Eodem tempore cum a veteri diui dyoniſij porta:vſqꝫ ad eam que nunc noua appellatur multum agri intercederet:eam omnem partem pariſij vrbis ſequana tenus muro philippus claudi iubet. In eaqꝫ domos extrui:quas incoleret populus. Muniuit preterea pleraqꝫ alia per regnum francie loca: arces turreſqꝫ exedificauit:precio dato ijs a quibus poſſeſſiones ad hunc vſum recipiebat.

Johãnes anglꝰ excõicat

Ad grauelingam claſſis regia.

Dãmus portus.

¶ Interim reginaldus bolonie comes:qui eccleſiarũ atqꝫ pauperum oppreſſor erat ⁊ ob eam rem extra hominũ cõmunionem pontificum auctoritate poſitus cum a rege ſibi timeret (comitatu bolonie ludouici filij regis poteſtati ꝑmiſſo)cum othone pſeudo imperatore amicitiam iungit:moxqꝫ poſtqꝫ ablatas ſibi terras a philippo recuperare non poſſet niſi parlamenti diffinitione illas reciperet:flandriam petens in angliam ad iohannẽ anglum nauigauit. Erat hic Johannes a romano pontifice excõmunicatus propterea ꝙ eccleſie prouẽtus ãnos ſex vſurpauerat:epiſcopoſqꝫ anglia extruſiſſet quos in francia receptos philippus reuerenter habebat. Cum hic in anglia ſtatus rerum eſſet:conſilio ſueſſione habito(in quo dux brabantinus affuit)viſum eſt dignum rege eſſe ſi in angliã expeditionem duceret:pontificeſqꝫ ſedibus expulſos reſtitueret. Cui ſententie ferrandus flandrenſium comes aduerſatus eſt:propter duo munitiſſima oppida ſanctum audomarũ atqꝫ aeriam que ludouicus occupabat. Jam enim (vt poſtea cognitum eſt)cum iohanne anglo reginaldi bolonienſis ſuaſu ferrãdus ſentiebat. Non deſtitit tamen a ceptis rex. Sed ad boloniam ingentes copias ducens:vbi claſſis vehẽdi militis cauſa parabatur:mox ad grauelingam maritimũ in flandria oppidum profectus: naues illo ſe ſubſequi iubet. Promiſerat ferrandus ad eum locum venire et de offenſis in regem ſatiſfacere. Sed poſtqꝫ a fide et promiſſis deficere perfidũ hominem compertum eſt:philippus omiſſa in angliam expeditione in caſſeletum quod in colle paucis a graueliga miliaribus diſtans munitiſſimũ erat:irrumpens brugas vſqꝫ ꝑuenit.claſſemqꝫ ad dammũ deduci mandat. Eſt autem dammus nauiũ ſtatio et portus vnde excauato opere humano alueo merces brugas deferuntur.in eo portu quia regia claſſis contineri non potuit:pars in proximo mari ſeorſum in anchoris manſerat. Philippo autem a brugis gandauũ promouẽtem reginaldus bolonienſis et guillermus longaſpata mari ex anglia delati occurrente illis flãmingorũ turba regias naues que extra portum erant inuadunt:captas abducũt atqꝫ poſtridie eas q̃ in ſtatione ſeruabantur inuadere feſtinant. Quibus franci viriliter obſtiterunt. Cognito claſſis et ſuorũ periculo Philippus in hoſtẽ dimiſſa obſidione reuertitur:quos naua li pugna fugatos ad duo milia interemit:compluribus ex eorũ nobilitate captis. Deinde dãmũ repetens quod reliquũ erat nauiũ armamentis ⁊ commeatu receptis incendit. Dirutoqꝫ portu cum agro adiacenti poſtqꝫ a gandauis:brugeñ. ypris atqꝫ inſula obſides recepiſſet: in franciam exercitum reduxit.

Albigeſij

¶ Erant per hos dies in narbonenſi prouincia quã vulgo linguã occitanam appellamus chriſtiane puritatis ꝑmulti contemptores ex albigeſio primã ſue doctrine et iniquitatis inſtitutionem referentes. Quorꝫ dogmata nemo ad hunc mihi diem notus ſcriptor reliquit. Et cum hereticos eos vocent atqꝫ ob eam culpam exterminatos eſſe autores tradant genus tamen hereſeos pretereunt. Puto eos quoad coniectura aſſequi poſſũ arrianam peſtem ſecutos fedis quoqꝫ amoribus et maſculinis cõcubitibus indulſiſſe. Ideoqꝫ legitimas nuptias et carnis eſum damnare. Diffuſum id virus cum totam ferme regionẽ inquinaſſet: romanus pontifex innocentius tercius miſſo gallone cardinali legato Philippum pontificis auctoritate monet in hereticos armari: peccatorũ remiſſione cõceſſa his qui inſigne crucis ad id bellum deſumerent. Legati oratione permotus philippus: permittit ſuos arma capere: et in albigenſes proficiſci. Fuiſſe in exercitu epiſcopos multos et proceres inuenio: atqꝫ in primis eudonem burgũdie ducem. henricum niuernenſem: petrum ſenonũ archipreſulem: Reginaldum rothomageñ. Robertum baioceñ. Jordanum lexouium: et reginaldũ carnotenſem.

Biterre ciuitas.

Igitur mouentes franci biteras primũ obſident expugnantqꝫ occiſis qui in ea erant multis hereticoꝝ milibus. Quo periculo territi reliqui regionis incole ad carcaſſionem munitiſſimam vrbem confugerant: in qua a noſtris circũcepti: inde abire nudi omnino compelluntur: vt qui pudendis membris per ſummũ nephas abuſi fuerant: ea ad ignominiam videnda exhiberent. Eliminata fediſſime gentis turpitudine: frãci cupidi ſua quiqꝫ loca reuiſere: reliquo exercitui ſymonem de monteforti hominẽ nobilem et ſtrennuũ nec minus religioſum preficiunt.

Symõ ð mõteforti.

Qui mox belli cura ſuſcepta: non ſegniter que ſupererant executꝰ eſt comitante eum dominico viro hiſpano quo autore predicatoꝝ ordo initium ſumpſit. Itaqꝫ arces per eam terram expugnauit: hereticis interemptis. Habuit tamen obſcena albigenſiorum turpitudo defenſores aragonũ videlicet regem: ſancti item eligij comitem et fuxi principem qui eductis ingentibus copijs ſymonem apud murellum arcem obſederunt. Qui tametſi raros armatos ſecum in preſidio haberet: nihil tamen deſperãs re diuina a ſacerdote facta: poſtqꝫ ſe in primis atqꝫ ſuos confeſſionis ſacramento purgaſſet: eruptionem ſubito facit regem aragonum et hoſtium octodecim milia interemit: cum ipſe octo tantũ ex ſuo preſidio amiſiſſet. Credi merito poteſt deum pro ſua religione comitem recte pugnantem adiuuiſſe.

Egregia victoria.

¶ Per hos dies multis ymbribus ſequana amnis auctus paruum apud Pariſios pontem deiecit.

Johãnes anglus.

¶ Hec inter iuſtiſſima bella Johãnes anglus ex anglia mouens andegauiam que diruta erat reſtituit et muro claudit. Inde deficientibus ad eum britonibus atqꝫ pictauis: ope eorum auctus rupem monachi quod caſtellum ad ligerim flumen Guillermus de rupibus ſupra non multos annos extruxerat coatendit. Ibi cum primã oppugnationem ſibi non bene procedere intelligit: fecit conſuetudinem ad aggerem qui ad foſſos erat quoqꝫ die ambulandi et ſcrutandi qua parte caſtello potiretur.

Nota factuz.

Qui ne ab obſeſſis telo aliquo offenderetur: ſatellitem inſtituerat ſcutum pretendere ambulanti. Eam rem cum ex obſeſſis vnus ingenio pollens animaduertiſſet: tenuem ex canapi funem texit iuſta longitudine que ad aggerem ꝑtingere poſſet. Eius funis extremo ad ſagittam deligato reliquũ clauo iuxta ſe ad muri pinnas affigit. Atqꝫ ita ſagitta baliſte impoſita: anglo dum tranſiret inſidiatur quem vbi ſuo more incedere videt ſagittam in ſatellitis ſcutum penitus adegit: mox cordula ad ſe reducta ſatelles cum ſcuto quod gerebat in foſſam preceps ruit: in quem obſeſſi tela crebra iaculantes necauerunt. Satellitis nece exaſperatus Johãnes: furcas e regione caſtri protenus erigi iubet cõminatus niſi ſe dederent eos furcarum ſupplicio affectum iri omnes. Nihilominus tamẽ franci pugnaciſſime arcem tutati ſunt occiſis pleriſqꝫ anglis.

Ludouicus philippi filiꝰ

¶ Interim occupato aduerſus flandrẽſes Philippo: filius eius ludouicus ductis ad chinonem copijs cum inde magnis itineribus ferre opem obſeſſis contendit: cognito eius aduentu anglus relicta obſidione traiecto ligeri quinquaginta eo die miliaria fugiens confecit. Fugato anglo reliquas arces et ipſam andegauiam ludouicus recepit: dirutoqꝫ caſtello belloforti et terris vicecomitis touardi vaſtatis: muros quibus andegauiam anglus muniuerat diſſipauit: nec moncotoro abſtinuit: quod fundo tenus dirui iubet.

Moncotoꝝ caſtellum,

Filio in pictauia bellum gerente philippus poſtqꝫ accepit othonem multis militum millibus apud vallencinas caſtra habere vt ferrando ceteriſqꝫ francorum perfugis auxilio eſſet: exercitum cogit: et per flandriam ducens cum omnẽ fere regionem diris incurſionibus vexaſſet: tornacũ proficiſcitur a comite ſãcti pauli et fratre garino qui hoſpitalarij ordinis erat ex hoſtium poteſtate paulo ante receptam.

Tornacum

At agente tornaci philippo nunciatur: othonem quintum ex vallencinis ad mauritaniam decẽocto miliaribus tornaco diſtantem conſediſſe.

Otho ĩpator cũ copijs.

Quem adoriri cupientem regem proceres dehortati ſũt propter viarum qua incedendum eſſet anguſtiam. Ingreſſus poſtea in hannoniam francus terram omnẽ magnis incõmodis affecit: propterea ꝙ eius terre dominus in numero hoſtiũ habebatur. Redeunte tornacum philippo: vbi paucorum dierum quiete militem ſeqꝫ recrearet: accepit othonem inſtructis aciebus aduentare. Eodem die ſiue fortuna ſiue deo ita volẽte vicecomes melduneñ. et frater garinus cum leuis armature mille militibus iter quo hoſtis veniebat euntes in tumulum qui extra militarem viam erat abierũt. vnde proſpicere lõge lateqꝫ poſſent: ſi quis hoſtis appareret. Viſo hoſte qui inſtructiſſimo ordine accedebat: maturant ad philippum deferre othonis aduentum.

Philippus aduerſꝰ othonem.

Tum militem in armis ſtare philippus iubet. Vocatoqꝫ procerũ conuentu: conſilium fuit paulo vltra progredi: vt quid ſibi hoſtis faciendum inſtituiſſet exploratum certius haberet. Erat inter vtrũqꝫ exercitum riuulus non adeo magnus ꝙ traiectu difficilis. Quo ſuperato hoſtis tornacum adire ſimulat. Sed ꝯtra ſentiens garinus ſuadet aut prelio conferendum aut cum ſumma ignominia abeũdum eſſet. Igitur procedentibus vſqꝫ ad pontem bouinum francis: cum laſſus rex ſub fraxino arbore obdormiſſet: et ad clamorem ſuorum quos in vltima acie hoſtis inuaſerat expergiſceretur: ſacellum quod proxime diuo petro dicatum erat ingreſſus: breui precatione habita tam hylaris in equum conſcendit: ꝙ ſi ad conuiuiũ inuitatus extitiſſet: atqꝫ ita in primam aciem progreſſus militi animos dedit. Otho vero rege inſpecto: ſuos a via ſubducens: agruꝫ qui ſeptẽtrionem verſus erat occupauit. Quare factum eſt: vt ſolem meridianum pre oculis hoſtis haberet. Diſpoſitis in acie francis: philippus in hac ſententia locutus eſt.

Orõ philippi ad milites

Viri commilitones ſpem capimus rei bene gerende: preſertim qui aduerſus ſacris interdictos et eccleſie ſpoliatores pugnam ſuſcepimus. Et nos tametſi per fragilitatis humane tenuitatem peccatores ſumus tamen cõmunionem tenemus fidei et inſtitutiõis catholice. Quare bono animo eſtote et progredimini in hoſtem viriliter. ¶ Dabit deus in ſe ſperantibus victoriam. Ad hunc modum paucis cum locutus rex eſſet: impartita militi benedictione: ſignũ pridie nonas iunij bello dat. Itum eſt in hoſtem et pugnatum incredibili virtute. In flandrenſes primus a ſueſſionẽſibus ĩpetitus fuit ſubſequente petro remigio campanorum ductore: qui galterum de guiſtella et buridanum captos abduxerunt. At galterus ſancti pauli comes et comes bellomontenſis cuneo facto acies hoſtium irrumpunt obuios quoſqꝫ ferientes: ita vt penetratis aciebus iterum in conſertos hoſtes pari gloria reuerterentur: ad quos ſe conferentibus magna virtute francis: egregiam inter illos operam nauauerũt eudo burgundus/ mattheus momorentianus/ galterus de ſancto paulo/ hugo de marolio/ cuius poteſtati ferrandus flandrẽſis a francis interceptus ſe permiſit ſuis vel fugatis vel occiſis.

Ferrãdꝰ flãdrus capit.

Ferrãdo capto tota belli moles in othonem incubuit qui philippo procul inſpecto: in eum ſe prorũpens intercurrentibꝰ qui ad regis cuſtodiam deputati erant: egre ſe defendit: atqꝫ equo quẽ inſidebat ſauciato: e prelio cedens cum alterum equũ recepiſſet aufugit.

Otho fugit.

Othonis vero pedites qui inter equites dilapſi erant: philippum ab equo deijciunt: ita vt opera galli de montigniaco/ ⁊ petri criſtaldi difficillime fuerit periculo liberatus: hoſtes autem poſtqꝫ othonem fugiſſe cognouerunt: animis deſtituti compluribus occiſis fugientem dominũ ſecuti ſunt. relicta ĩperatoria aquila que drachonis ſimulachro alte ſuperpoſita curru vehebatur. Fugientibus alemãnis Reginaldus comes qui ſuos ſeorſum continuerat: prelium inſtaurans vulnerato per ylia equo captus eſt.

Reginaldus boloneñ. capitur.

Supererat ex toto othonis exercitu brabantinorũ turma ſeptingentoꝝ armatoꝝ qui deſperata ſalute: vt cũqꝫ ponterant preliabantur. Quos poſtqꝫ hhilippus proſpexit: miſſo cum duobus expeditorum milibus Thoma de ſancto valerio: omnes aut capti aut occiſi ſunt: cum niſi vnũ ex ſuis tantum recenſito numero thomas deſideraſſet: qui tamen inter cadauera occiſorum ſaucius repertus eſt: ⁊ deinde chirugorum ope curatus. In othonis exercitu mille quingenti equites aurati: inferioris vero ordinis et peditum centumquinquaginta millia (ſicut ex captiuis cognitum eſt) fuerunt. Hoſtibus ſuperatis cum fugientes miles francus perſequeretur: veritus rex ne diſſipato exercitu vel captiui effugerẽt: vel receptis viribus hoſtis nouam aliquam cladem importaret: receptui cani iubet: atqꝫ ita receptis poſt inſignem victoriam militibus captiuos per diuerſa francie loca in carcerem mittit. Reginaldum vero bolonienſem perone cathenis vinctum ſeruat. Ferrandum flandrenſem pariſium deducit: atqꝫ in turre quam luparam vocant includit.

Pro dyademate carcerẽ ferrandus accepit.

¶ De huius ferrandi fortuna cum mater que portugalla erat ariolos et diuinatores conſuleret inſequens reſpõſum habuerat: rex in prelio cadet pedibus hominũ atqꝫ equorum calcatus: nec ſepeliretur: ferrandus a pariſiis iocũdiſſime excipietur. Quo oraculo ſtolida mulier decepta. ſecus ac ſperabat pro regni dyademate filij carcerem accepit. ¶ Reuerſo in franciam philippo: pictaui qui coniuratione cum hoſtibus facta domi ſe continuerant belli exitum expectantes cum victorem philippũ pertimeſcerent: per vicecomitem touardum veniam impetrant. ¶ Et iohannes anglus miſſis ad regem legatis roberto apoſtolico cardinali et renulpho linceſtrie comitem quinquennes inducias cum philippo firmat. Cum hec in pictauis gerũtur ferrandi vxor ad regem de viro ſollicita venit. Offert ferrandi loco depoſituram ſe obſidem gauffridum brabantini du cis filium:ſoluto pro ferrandi et ſuorum captiuorum redemptione iuſto precio:ſe quoqꝫ arces per flandriam atqꝫ hanoniam deſolaturam quas rex dirutas eſſe preciperet. Ad hūc modum femina maritum et captiuos liberauit.

Victorie. Monaſterium.

¶ Eodem tempore quo Philippus othonē vicit:ludouicus de pictauis victoriam obtinuit. Quorum beneficiorum:gratia rex qui in deum omnia referebat monaſterium quod victoriam appellauit prope ſiluanectum edificat:aſſignatis largiſſime annuis prouentibus iis qui in eo miniſtraturi erant cenobitis.

Ludouicꝰ ī angliā copias ducit.

¶ Rebus ī francia feliciter compoſitis:Ludouicus grandi exercitu contracto et claſſi īpoſito in angliā traiecit. Londoniiſqꝫ a ciuibus exceptus paucis diebus inſulam recepit:iurantibus in verba eius regni proceribus. Qua re cognita iohannes fugiens breui poſt tempore morte eripitur. Cui proceres iuriſiurandi contemptores (relicto ludouico) henricum iohannis filiū ſufficiunt. Igitur anglorum perfidiam execratus ludouicus quindecim marcharum argēti millibus ab henrico acceptis in franciam integro exercitu ſe recepit. ¶ Philippus vero cum vetulus eſſet et annos tres et quadraginta regnaſſet anno ſalutis. M.ccxxiii. vita excedens apud ſancti dyoniſii edem magnificentiſſimo ſepulchro conditur. Rex proculdubio geſtorum magnitudine memorabilis qui cum ab initio etatis adeodatus appellaretur:auguſtus quoqꝫ dictus eſt:tum propter eius egregiam ſanctamqꝫ virtutem:tum quia adeptum regnū auxit. ¶ Reliquit preterea ex teſtamento tercentum mille pariſieñ. librarum in ſumptus hieroſolymitani belli:que pecunia hieroſolymorum regi iohanni qui tum aderat compoſtellā deuotionis cauſa profecturus annumerata eſt. Millia inſuper centena domui hoſpitali. Almarico montifortenſi totidem qui terre albigenſium prefectus erat. Pauperibus millia viginti. Sunt qui minus a philippo legatum eſſe tradunt:ſed ego hyſtoricum gallum ſecutꝰ plus fidei franco ꝙ peregrino autori dandum ſum arbitratus. Addidit ad dyoniſianorū monachorum numerū triginta cenobitas qui perpetuo rem diuinam pro ſe deo exſoluerēt. Anno quo deceſſit viſus eſt in occidente cometa cum anno ſuperiore luna ab intempeſta nocte vſqꝫ ad inſequentis diei crepuſculum defeciſſet.

¶ Eiuſdem compendii Liber ſeptimus.

Poſt philippum regni gubernacula ſuſcepit Ludouicus ſextum ⁊ trigeſimum agens annum Hunc tradunt auctores Caroli magni genus in reges francos per matris cognationem rettuliſſe. Carolus enim ludouici quarti filiꝰ a quo hugo cappetus regnum ſuſtulit:emengardam filiam comiti namurcenſi vxorem dederat ex qua ſuſcepta prole virili balduinus hanonieñ. comes natus eſt qui yſabellam ex ſe genitam huic de quo ſcribimus ludouico matrimonio copulauit. Putant hoc facto francis plus nobilitatis ad reges qui inde prognati ſunt pueniſſe:quaſi a prima origine perſeuerent in poſteris mores et virtus. Sed vt in ceteris animātibus atqꝫ in plātis ita in hominū genere contingit. A forti imbecillis equus:a fructifera arbore ſterilis plerūqꝫ enaſcitur. Nihil eñ natura fert quod temporis acceſſu a ſtirpe non degeneret.

Pictaui rebellant.

¶ Adepto regno ludouicus cum pictaui parere detrectarent:anglis fauētes ducto ad niortum arcem exercitu eam obſedit:in qua preſidio erat ſauaricus mauleonus cū non inualida anglorum manu. Qui poſtqꝫ aſſidua oppugnatione ſe premi videt:impetrata cum ſuis abeundi libertate deditionem fecit. Itum deinde eſt ad ſanctum iohannem quod incole dangeli vocant. Cuius oppidani regis potentiam formidantes ludouico occurrunt:atqꝫ vt dominū ſuum et regem reuerentur:recipiuntqꝫ.

Rochella

¶ Tam proſpere ſuccedentibus ſibi rebus: rochellam maritimū in pictauis oppidum et idem munitiſſimū:quo ſtatio eſt nauium quibus merces mari importantur:petit. vbi (quem ex niorto abiiſſe memorauimꝰ) ſauaricus mauleonus erat multis anglis ſtipatus. Poſtqꝫ continuis decem et octo diebus oppugnatio facta eſt : orta inter mauleonum et anglos ſuſpitione de dedendo oppido mens ſauarico fuit ne (ſubeunte diſcordia) in poteſtatem hoſtis ipſe nolens incideret. Salute a Ludouico impetrata : abeunt in angliam omnes. ¶ Fama perferente rochellam a francis poſſideri : Lemouicenſes et Petragorici ad Ludouicum veniunt imperata facturi. Quibus in fide receptis et Rochelle impoſito firmiſſimo preſidio : franciam repetiuit.

Sauaricus mauleonꝰ.

¶ Sauaricus vero cum ad anglum regem veniſſet : multis indiciis coniectans ſe regi eſſe ſuſpectum et ſibi parari inſidias:clam ex anglia ad Ludouicū ſe contulit. a quo indulgenter receptus fidem debite ſubiectōnis regi preſtitit. ¶ Ea re cognita rex anglus tributo a clero anglie collecto:richardū fratrē in aquitaniā cū trecentarū nauiū claſſe mittit.

Sāctus macharus.

Qui primo appulſu ad ſanctū macharū caſtra ponēs: arcem vi expugnat atqꝫ oppidū quod arci iunctū erat diripit. Cognito richardi in aquitaniā aduentu: ludouicus vnū ex mareſcallis(id eñ nomen eſt officii eius ꝗ parte aliqua bellicis rebus preeſt)aduerſus anglos cū copiis premittit. Francis in terrā dñi bergeraci irrumpētibus agroſqꝫ populātibus:richardꝰ relicto caſtello cui rochelle appellatio eſt:quod ⁊ ipſe obſidebat:rebus ſuis diffidens in angliā claſſem reduxit.

Pſeudo flādrie comes

¶ Per id tempus balduinus quidā auſus ſe mentiri balduinū flandrenſem eſſe qui ex conſtantinopoli grecorum perfidiā cū aufugiſſet a flandrēſibus exceptus eſt:reiecta comite muliere profecto ſapiente:que ad ludouicū queruloſa veniēs permouit regem peronā proficiſci. Quo ſimulato rem balduinū ad ſe euocatū:cum multa rogatus vel ſuperbe reſponderet:vel nulla de ſeuera indicia exhiberet:tertio inde die regno abſcedere ludouicus iubet. Abiens mendax homo vallicenas poſtqꝫ a ſuis ſe deſertū intelligit: burgundiā ſpecie mercatoris aſſumpta:a neſcio quo milite agnitus: ad comitē deductus eſt: quē in ergaſtulo multis cruciatibus affectum furce illaqueatum ſerui domine comitis ſtrāgulauerūt. ¶ Interea romanus a pontifice gregorio nono legatus pariſiis ſacerdotū conuētu habito rege cū multitudine procerum conſidente de albigenſium hereſi atqꝫ pertinacia queſtus regem ⁊ qui concilio aderant excitat crucem aduerſus hereticos pro dei religione ſumere. Ipſeqꝫ romanus cōplures ſua manu cruce ſignauit. Anno inſequenti ꝗ erat chriſtiane gratie ducēteſimus vigeſimuſſeptimus ſupra milleſimum ludouicus ⁊ qui cum eo cruce dñica inſigniti erant ad bituriges cōueniunt inde nyuernum lugdunūqꝫ pretereūtes auinionē prouincie nō cōtemnendā vrbem petunt:que ſeptimo iam anno interdicto eccleſiaſtico dānata:ab hereſi nō reſipuerat.

auinio circūſidetur

Quā cum ludouicus pacto ciuibus interpoſito nullo incōmodo eam affecturā ſed vltra profecturum:portas regi occludunt. Qua accepta iniuria ludouicus auinionē circūuallat. Ea obſidio cū a kalendis decēbribus ad mediū auguſtum cōtinuata nō ꝓcederet fortiſſime ſe tuentibus hereticis: telis et ſcorpionum mille ſexcenti ex noſtris periere. Inter quos guido ſancti pauli comes ſtrēnuus eques ⁊ bellicarū rerū peritiſſimus:⁊ lemouicarū antiſtes interēpti ſunt. His incōmodis acceptis ludouicus iurat ſe nunqꝫ niſi vrbe recepta inde abiturū. Cognita regis indignatione ⁊ conſtantia:ciues duos ad eū de primoribus ciuitatis mittūt: qui ſe ciuitatēqꝫ poteſtati ludouici atqꝫ romani legati ꝑmitterent. Rebus cōpoſitis ludouicus vrbē ingreſſus:foſſas ciuitatis terra expleri ad ſummū imperat. demū trecētis preclaris edibus muriſqꝫ ad ſolū exciſis:ciues ab interdicto romanus laxauit:ordinato illic epō petro corbio erudito hoīe ꝗ ex cluniaci cenobio erat. Auinione recepta rex tholoſam ad quartū vſqꝫ lapidem peruadens deſiderium cepit franciam reuiſendi. Atqꝫ ita cura rerum prouincie ymberto de belloico qui eum genere attingebat deputata:in franciam venit. Vbi paruo tempore immoratus ad mompēſerium cū feſtinus reuertiſſet egrotauit. ⁊ ſecundo idus nouembris defunctus eſt: rex per omnem vitam continens: ⁊ qui nullius preter proprie coniugis concubitu vſus fuiſſe perhibet. Ex mompenſerio ad ſanctum dyoniſium elatus iuxta philippi patris ſepulchrum humatus eſt. Eius mortem merlinus vates anglus hoc vaticinio viſus eſt preſignaſſe. In monteuenti morietur leo pacificus.

Ludouico ſuffectus eſt ludouicus filius annos duodecī natus: quē in blanche matris tutela pater reliquerat. Eius erudiēdi ſollicita mater curā ſine intermiſſiōe adhibuit:ita vt vigili ſtudio elaboraret chriſtianis illū īſtitutis preclariſqꝫ moribus educari. Deputatis ad id negociū religioſis hoībus ordīs ꝑcipue predicatorū atqꝫ minorū. Quorū diſciplīa ita didicit vite ſanctimoniā amare:vt illo tpe nēo religioſior ſit habitꝰ. ¶ Regni dyadema a ſueſſionū antiſtite apud remos ad calēdas decēbris ſuſcepit: orbata ꝑ hos dies eccleſia remorū paſtore. Sꝫ theobaldus cāpanꝰ:petrꝰ mauclericꝰ britonū dux ⁊ hugo marchie comes ꝓpter nō idoneā ad regnandū etatē pui hn̄tes ludouicū: cōiuratōe facta a rege deficiūt.

Cōiuratio ī ludouicum

Atqꝫ añ oē mauclericus duas munitiſſimas arces ſanctū iacobū de beurō atqꝫ beleſmū īpoſito ad preſidiū milite occupat:quas a pr̄e dū ad albigēſes ꝓficiſceret duci cuſtodiēdas tribuerat. Cōiuratōe patefacta nouellꝰ rex ex mr̄is ꝯſilio magnis itineribus in britonē ducit. At theobaldus cāpanus viſo regii militis exercitu futuri ꝓuidus neſciētibus ſociis ad regē cōcedēs delicti veniā impetrauit. Statiqꝫ ludouicus mauclericū atqꝫ hugonē ꝑ caduceatorē monet ad ſe veniāt aut pugnādi faciāt poteſtatē. Cōiurati rn̄dent acceptiſſimā ſibi pacē cōcordiāqꝫ eē:tm̄ dicat̄ cōuentioni dies ⁊ locus: cū de pace colloquiū cū rege habere poſſint. Apud chinonē cum die con-

Inſidie ī ludouicum.

dicto coniurati non veniſſent: tertio vocati: miſſis ad ludouicū nuntijs ſpondent ſe vindocinum venturos ibiqꝫ ꝓ regis voluntate ſe purgaturos. Quo reſponſo placatus rex adoleſcēs tm̄ illis mandat ab iniurijs abſtineāt. Illi aūt regis benignitatē atqꝫ indulgentiā contēptui habentes: permultos regni proceres in ſuā ſententiā ducunt. Blanchā regis matrē indignā dicentes: que tm̄ principatū adminiſtraret: nec decere illos femineo duci imperio. His atqꝫ alijs ſuaſi verbis ꝓceres ſollicite explorant: quonā modo in ſuā poteſtatē ludouicum a matre abducant. Iter per agrū aurelianum faciente rege: nuntiat̄ inſidias ſibi a proceribus poſitas eſſe. Eā ob rem retro inde cedens pariſiū verſus cū ad montēheriū veniſſet: ad matrē pariſiū agētē mittit q̇ filio timēs ꝑiſios ad arma excitat: q̇ collecta rapti ex agris hoīz multitudīe ad regē ꝯtendūt. Inſidiatores vero cognito ꝑiſiorū aduētu ſilētes abiere. Igit̄ recepto rege: pariſij domū reuertunt̄.

Bellū ī theobaldū cāpanum

Marchie comes ad anglos deficit.

Rex anglus

Blāche egregium factuz.

¶ At ꝓceres ſuo inſtituto fruſtrati: in theobaldū cāpanū a q̊ cōiuratiōe patefacta deſerti erant bellū mouent. Obſeſſoſqꝫ oppido quod cahorſaz vocant frequenti populatione companiā infeſtabant. Re ad ludouicū per theobaldi nūtios delata: proceres primum rex admonet ab armis diſcedant. Qui regi nō audientes mox vt acceperūt ludouicum infeſto exercitu ad ſe feſtiare obſidione ſoluta: domū quiſqꝫ remeauit. Uerum hugo ſue in regem cōiurationis acer ⁊ diligens autor ad anglos traijcit. Regemqꝫ admonet tempus adueniſſe: cum ablatam ſibi a philippo normanniam recuperet. Ludouicum quidem adoleſcentem non acceptum nobilitati eſſe: quippe qui ipſis inconſultis ⁊ preter iuſtam etatem regnū adiuiſſet. Scire ſe. ſi anglus cum exercitu galliam petat futurum vt ſe adiutore normanniam vendicet. His hugonis verbis perſuaſus anglus claſſe inſtructa ad britones vna cum hugone duce: q̄q̄ aſpera hyems eſſet adnauigat. Moxqꝫ adiunctis ſibi britonuz auxilijs vicinos britonibus agros incurſionibus populationibuſqꝫ diſperdit. Quod poſtq̄ ludouico nunciatum eſt. Copias in ducem primuz educit: beleſmumqꝫ arcem pertinaciſſime prius obſidet q̄ inſolitis antea frigoribus hyems militem moleſtaret. Sed huic malo blancha ludouici mater remedium attulit: iubet calones caſtris egredi ⁊ arbores cuiuſqꝫ generis fertiles atqꝫ infecundas ſuccidere: eaſqꝫ conſciſas ad caſtra importari. Quo nimirum facto tanta lignorum congeries in caſtris fuit: vt magnis crebriſqꝫ ignibus excitatis: hybernus rigor nec militem nec iumenta offenderit. Prima oppugnatione irrita: mareſcallus militum dum ſecundā popugnationem parat: foſſores inſtituit qui cuniculis viam in arcem faciant. Ipſe interea machinis diſpoſitis muros quatit: ⁊ ſimul militem oppugnationem facere iubet. Tanta fuit lapidum vis: vt primaria arcis turre concuſſa nutaret: et muri cuniculis perforati prope dilaberētur. Quo periculo territi britones cum nullum ab hugone ſubſidium ſperarent ſe atqꝫ arcem ludouico dedunt. Beleſmo ſuperato: anglus hugonem increpat cuius ſuaſu bello ſe immiſcuit. atqꝫ ita exercitu claſſi impoſito angliam repetiuit.

hayapānelli

regalis mōſ

Scholaſticorū ⁊ ciuiū pariſienſiuz diſſenſio.

¶ Per idem tempus ij qui hayapannelli incolebant: ad britones defecerunt. Sed blanche iuſſu iohannes de vineis in eos copias ducens paucis diebus compeſcuit. Ludouicus britonum regionem ingreſſus ardonez atqꝫ chancealum validiſſimas arces cum cepiſſet ducem perterruit. Qui ad fratrem drocarū comitem miſſis nuntijs orat regem ſibi conciliet: in ſe nullam moram fore quin imperata faciat. Comes de ducis animo certus factus regem placat. Igitur datis obſidibus hugo iureiurando promittit nullo ſe nunq̄ tempore arma in regem capturuz ſed in fide conſtanter permanſurum. Cnm annos quattuor ludouicus bona vſus fortuna eſſet. Regalis montis cenobium non procul ab yſara flumine extruxit: collocatis in eo fratribus ciſtercienſi ordinis. Interea dum circa cenobij inſtitutionem rex animū intendit: ſeditio inter ciues ⁊ pariſieñ. ſcholaſticos inſurgit: ita vt non nullis vtrinqꝫ occiſis cum ſibi de iniurijs acceptis ſatis non eſſe factum ſcholaſtici queruntur: eo indignatio ꝓceſſit: vt de transferēdo ſtudio: hoc eſt vt vulgo loquuntur vniuerſitate: conſultarent. Quos etiam rex anglus francorū perpetuus ⁊ implacabilis hoſtis clandeſtinis nuncijs vt id facerent ſollicitabat. Daturum ſe illis dicens (ſi oxonam tranſirent) domos ad diuerſandū libertatēqꝫ atqꝫ priuilegia conceſſurū. Sed ludouico cura fuit ſcholaſticos continere: ne nobile regnum litterario ſplendore priuaret: quem diuus carolus magnus autore alchuino pariſij locauerat. Nam ante id tp̄s nulla ſchole conuentio apud pariſios fuerat inſtituta. Quare miror quoſdam doctrine ſibi ſcientiam arrogantes iactitare ab athenis diuum dyoniſiū aryopagitam ſecutā ſcholaſticorū multitudinē romā primum: deinde pariſiū demigraſſe. Cuius rei veriſimilitudinem nullo vel grece locutionis vel collegij vel eruditi hoīs veſtigio cōfirmant. Nam ante caroli magni etatem apud pariſios ſcholaſticorum conuentum fuiſſe nemo ſcriptorū prodit. Alioquin ex ſcotia venientes bede diſcipuli pariſienſis ſchole autores fruſtra fuiſſent a carolo conſtituti.

¶ Erat comiti prouincie filia margaretha hanc ludouicus a patre acceptam vxorem duxit. Curauit quoqꝫ robertum fratrem terris atqꝫ vxore donare. Nam artheſium atrebatemqꝫ illi attribuit deſponſata mathilde brabantini ducis filia.

¶ Dum hec geruntur: federicus ſecūdus romanus imperator per nuncios ludouicum orat: ad vallicolorem venire non recuſet. habere ſe que illi communicata eſſe velit. Ludouicus delectu militum habito: cum ad locum perueniſſet (federico egritudinem ſimulante) in franciam ſe conuertit. Creditum eſt imperatorem fallere regez voluiſſe: vt ſi cum paucis aduenifſet comprehenſum abduceret.

Crucis chriſti partē cum ſpongia ⁊ lācee ferro pignori obligatā ludouicuſ liberauit

¶ Per hos dies balduinus bizantinus imperator ludouico coronam chriſti ſpineaz dono dat: quam religioſiſſimo receptā apparatu ex vicennis ad dyoniſianum cenobium portari iubet. comitantibus ſe fratribus roberto alphonſo caroloqꝫ. Nec multo poſt tempore ludouicus cognito ꝙ balduinus rerum inops bonam dominice crucis partem cum ſpongia ⁊ lancee ferro quibus dum cruci affixus chriſtus eſſet potus et confoſſus fuerat pignori obligaſſet ingenti pecunia recepta. Ludouicus per balduini aſſenſum diſſoluto ere ſacroſancta dn̄ice paſſionis monimenta in regio apd̄ pariſios ſacello condit: inſtitutis ibi ad dei cultuz miniſtris.

¶ Deinde obſtinatis in perfidia albigenſibus cum multis militem francum iniurijs afficerent: accito iohanne bellomontenſi rex illi imperat copias in hereticos ducere. Audiens regio dicto iohannes exercitum educit: atqꝫ in primis arcez que mons regalis dicebatur expugnat. deinde alijs atqꝫ alijs locis intra paucos dies receptis rebellem hereticū domat ⁊ penis afficit. Igitur rebus feliciter expletis poſtq̄ ad regē venit magnis muneribus donatus eſt.

Theobaldꝰ cāpanus nauarre rex.

¶ Eodem tempore mortuo nauarroruz rege: theobaldus campanus eius frater in regem a proceribus aſſumitur. Qui breui mora interiecta collecto ex ſuis atqꝫ francis non contemnendo exercitu in aſyaz proficiſcitur: animo rebus chriſtianis opem conferendi. Sed laſciuientibus ⁊ predis intentis gallis neqꝫ theobaldo regi parentibus: res male proceſſit.

¶ Non receperat adhuc paterne hereditatis alphonſus ludouici frater portionem. Comitis tholoſatis filiam ludouicus illi vxorem dat: cum pictauie atqꝫ aluernie portione: ⁊ ea parte quam in albigeſio tenebat. Mox vocato regis iuſſu comite marchienſi: qui fidem alphonſo ſubiectionis iure preſtaret: dehortante vxore que angli regis mater erat: ad anglos cōtempto alphonſo comes defecit. Apud quos multa fingēs quaſi ſuis eſſet poſſeſſionibus a ludouico eiectus: permouit regem exercitum in gallias traducere. Ea re cognita ludouicus copijs coactis in marchiam expeditionem ducit. Monſterolumqꝫ ⁊ bergam arces munitiſſimas occupat. Bergam autem prorſus deſolauit. Nec moratus fonceum vbi gaufridus liſignianus erat circunſidet: quē ⁊ paulopoſt nonontū vi expugnat.

veneno ludouicus appetitur.

¶ At mater angli regis vxor comitis marchiani poſtq̄ ludouicum videt ſuperiorem atqꝫ potentiorem bello eſſe: veneno regem intercipere tentauit. Sed venientibus in ludouici caſtra ijs quos venefica mulier ad perpetrandum facinus inſtituerat cum deprehenſi fuiſſent puluerem in cibos regios inijcere: furcis appenſi ſtrangulati ſunt. Que res adeo angle mulieri indoluit: vt conciſcere ſibi mortem tentarit Sed a ſuis impedita perpetua egritudine laborauit.

¶ Cum ad hunc modum regis fortuna in dies melior eſſet: ⁊ multi ad eum auxiliares iugiter aduenientes: ad fontanetum arcem progreſſus eam obſidione cingit. Eſt autez arx in medio fluento altis turribus et muro duplici extructa: quam ij qui intus erant diligenti opera defendebant: ita vt a noſtris parum damni acceperant: ideo rex turrim ligneam erigi imperat ad eam altitudinem: vnde in arcem proſpectus eſſe: ⁊ lapides telaqꝫ iaci poſſent. Sed in turrem iniecto ab obſeſſis igni machina conflagrauit. in ea oppugnatione pictauenſi comes graue in pede vulnus accepit. Quam ob rem ludouicus oppugnationez redintegrat tāta militum contentione: vt alij portas cremarent: alij funibus ⁊ ſcalis in muros ſcanderent. In arcemqꝫ ad hunc modum irrumpētes eam cum comitis marchiani filio ⁊ equitibus quadraginta peditibuſqꝫ octoginta captam ſolotenus imperante ludouico diruerint.

¶ Fontaneto deſolato: villarium mox quod ad guidonem rupefortenſem pertinebat: qui marchiani comitis partium erat deſtruxit. Idem et alijs compluribus fecit: donec in conſpectu hoſtiū caſtra metatus eſt. Apud talliburgum hec gerebantur: ⁊ erat charentum flumen traijciendū Ponte igitur facto cū francus ꝑtranſiſſet: frumentatores xantonas verſus pabulantes cum oīa per agrū xantonū corriperent marchianus comes in eos ꝓgreditur. Sed ludouicus nichil cunctatus auxilio frumētatoribus affuit. Primoqꝫ regis incurſu ſeneſcallus comitis ſignifer interemptus eſt moxqꝫ redintegrātibus preliū regibus preliatū eſt diu atqꝫ ferociter. Ceſſit tm̄ anglus retro: ⁊ pedē referre cepit. Hericus aūt cognita ſuorū fuga xātonas petit. in eo prelio multis occiſis: capta ſunt hoſtiuȝ duo fere milia. ¶ Cum henricus xantonas ſe recepiſſet: inſequēte nocte receptis quot poterat ex fuga militibus: portas ſibi aperiri iubet ſimulans in francos ducere quos inopinantes ⁊ heſterno labore defeſſos interciperet. Sed cōuerſo itinere blayam ꝓfectus eſt. Quocirca xantonibus animus fuit ludouico ſe dedēdi. Quos imitatus eſt reginaldus pontij dn̄s: venit ⁊ ad regē maior natu filiorū comitis martiani: mādatis pariturus. Cui pax in hac formula conceſſa eſt. Quecunqꝫ belli iure de comitis poſſeſſionibus rex haberet: ea comiti pictauorū alphonſo forent. Ipſe vero arces meſſinū cretoyaȝ atqꝫ eſtardiū ſibi retineret. Cognito quid filius apud regeȝ effeciſſet: comes pater aſſumptis vxore ⁊ reliquis liberis ad regē veniens ad pedes eius ꝓſtratus q̇ conuenta erant roborauit fidelitatis iureiurando interpoſito. ¶ Pacata ad garonnā vſqꝫ aquitania: henricus blayam deſerens cū richardo filio burdegallā traiecit. Unde miſſis ad ludouicū de inducijs nuncijs eas egre obtinuit: reclamantibus ꝓceribus frācis: quos in aſia richardus ignominioſe habuerat. ¶ Per idem tp̄s federicus imperator germanus romane eccleſie aduerſabat̄. Cuius tyrannide preſſus pontifex romanus innocentius quartus lugdunū delatus: regē per nuncios orat: ad ſe venire nō tardet. Uerū prepediente morbo: cū apud pontiſarā diu decubuiſſet: pōtifici morem gerere nō potuit. Eius morbi cū nullū a medicis remediū eſſet: deo oīa attribuens ludouicus crucē dn̄icā ſibi aſſumens: rebus hieroſolimitanis ſubſidiū ferre illocꝫ expeditionem ducere voto ſe aſtringit. Recuperata ſanitate rex cluniacū ad innocentium ſe contulit. Apud quē dies quindeci de hieroſolimitanorum rebus conſulens: pontificali tandē benedictione ſuſcepta in franciā rediens beatricem regine ſororeȝ fratri ſuo carolo deſpondet: andegauiamqꝫ atqꝫ cenomaniam attribuit. Memor deinde voti: paratis que ad hieroſolimitanam expeditionem pertinebant pariſios adiens: relicto alphonſo fratre qui vna cum blancha matre regnum adminiſtraret lugdunum contendit: vbi federicum timens innocentius agebat. Salutato pōtifice ludouicus iter ingreditur ⁊ mari apud aquam mortuam vbi claſſis parata erat conſcenſo cyprum appulit: vbi hybernauit. Ad primum autem inſequentis veris tempus cū apud cyprum nō pauci ex franco exercitu morbo interijſſent. Ludouicus ſoluens in egyptuȝ proſpera nauigatione delatus eſt. Eſt damyata egypti vrbs nilo adiacens que et helyopolis dicta eſt. Cum in vrbis conſpectum claſſis aduenisset: egiptij per ripas diſpoſiti noſtros a continenti facile repellebant. Sed deſilientes ex nauibus franci hoſtem damyataȝ repetere coegerūt. Poſitis non longe ab vrbe caſtris primores damyatani igne per muri circuitum impoſito: noctu aufugerunt. At noſtri accepta illorum fuga: loco potiuntur atqꝫ ignē reſtingunt. Ego autem legationibus volens abſtineo quas ab oriente ad ludouicum miſſas quidam ſcriptores tradunt: que plus verborum ꝙ rerum ad rem geſtam pertinentiuȝ habēt. Damyata capta: ruderibuſqꝫ atqꝫ inquinamētis hoſtiū purgata ciuitate: ritū chriſtiane religionis legatus q̇ in expeditōe cū ludouico erat ordinauit. Poſtqꝫ a labore miles ſe refecit ludouicus ad maſſerā quā pharamiā platina vocat exercitū ducit qua nili pars alluit. Dū exercitus cōpoſito agmīe incedit: hoſtis noſtros vt poterat ꝑmebat: quo cū leuibus cōmiſſis prelijs frācus ſuperior euadens: tandē in inſula quā nilus ꝓxime maſſerā efficit caſtra depoſuit vbi varia fortuna pugnatū eſt. Nā tāetſi hoſtis fuga ⁊ clade dānificatus ē amiſſo inter ceteros duce pharhardino: tn̄ ludouicus plurimis incōmodis acceptis: fratrē inſup robertum artheſij comitē amiſit. Nā cū poſt hoſtiū fugā ſtragēqꝫ frāci in caſtra ſe recipere debuiſſent: ipſi ꝑ agros palātes regionēqꝫ luſtrātes: hoſtē mox viribus receptis in ſe conuerſum ſenſerunt. Quē egre ſuſtinētes: cū in caſtra redijſſent: a tergo inſecutus hoſtis caſtra oppugnare non diſtulit. Sed inde egregia noſtrorū defenſione repulſus eſt. Ad hec incommoda grauis quoqꝫ peſtilentia ⁊ fames franco militi acceſſit. Ita vt rari integri eſſent. Eodē tp̄e ingētibus copijs inſtructus ſoldanus maſſeram aduenerat. Qui cognita rerum preſentium conditione: poſtqꝫ accepit ludouicū egrotare: ⁊ de repetēda damiata conſilium capere: ſuos in armis ſtare iubet: qui ſtatim iter agentibus noſtris irruentes: ⁊ regē ipſum duoſqꝫ eius fratres caroluȝ ⁊ alphonſum cum reliquijs exercitus comprehendūt. Eos vero qui infirmitate laborabant per nilum petentes damiatā ad vnū necauerunt. Ludouicū vero ſoldanus per ſuos medicos diligenter curare iubet. Curatū de inducijs alloquitur. Que his conditionibus firmate ſunt. Ludouicus milia octo bizantiorū ſarracenorū ſui redimendi gratia ſolueret: damyata ſoldano reſtituta: ſoldanus vero quoſqꝫ captiuos ex egypto alijſqꝫ ſue poteſtatis locis liberos emitteret. Que niſi impleta redderet: iurat alioquin ſe mahumetū ꝑnegaſſe. Eandē conditionem cum ſoldanus a ludouico de chriſto deo exigeret iuſiurandum religioſus rex exhorruit

Henricꝰ xantonas petit

Marchie comes ad ludouicum venit

Innocētius q̄rtus lugdunum venit.

beatrix vxor caroli Ludouici fratris

ludouicꝰ ad cyprū appulit

Damyata : q̄ ⁊ helyopolis

Robertꝰ artheſij comes moritur

Ludouicꝰ capitur

Inducie

Nota ludouici fidē ⁊ conſtantiam

---

negatqꝫ conſtanter id ſe facturum. Inducijs datis ſoldanus a ſuis occiditur. Eo interempto homicide ludouicū diſtrictis gladijs cōuenientes petūt pacta ſibi ſeruari que cū ſoldano cōueniſſent. Igit̄ annuente rege damynta hoſti dimittit̄. demum receptis fratribus ⁊ captiuis principibus rex dimiſſa egypto in ſyriā venit. Hoſtis vero de duodecim milibus captiuorū: tribus tm̄ milibus reſtitutis reliquos vel trucidauit vel mahumeti impietati conſentire coegit. Ludouico capto exercitati pleriqꝫ adoleſcentes: tanqꝫ regem cuſtodia eximere ſperarēt: conuenientes duce hungaro: qui illis nō aliter ꝙ epiſcopus preſidebat: magnā ſibi ſociorūȝ multitudinem coegerant. Atqꝫ ita per pariſios aurelianoſqꝫ ⁊ bituriges profecti cum nō furto non adulterijs abſtinerent a biturigibus non longe a vico qui mortuum mare dicitur qua ad nouam villam iter eſt: perempti ſunt. Hi enim paſtorellos ſe nominari volebant. De quibus hoc diſtichon ſcriptum eſſe comperio.

M. ſemel: et bis. c. l. i. coniungere diſce.
Duxit paſtorum ſeua megerā chorum.

¶ At ludouicus in ſyria agens: ne repentino ſuo diſceſſu hoſtis pacta nō ſeruaret: premittit in franciā fratrē pictauie comitem: q̇ adminiſtrando regno operā cum blancha matre daret. Ipſe interim vt erat religioſiſſimus cū ſydonem vrbē peteret: chriſtianorū cadauera q̇ per viam inſepulta putridaqꝫ iacebant: ſuis manibus ſepeliuit. Ioppem quoqꝫ ⁊ alias per ſyriā dirutas ⁊ maritimas vrbes muris turribuſqꝫ muniuit. Peregrinatus preterea in ciuitatem nazareth atqꝫ ad thabor montē: ioppen regreſſus eſt. Ubi nuntio de matris morte accepto poſtqꝫ debita deo ꝓ matris anime ſalute perſoluiſſet poſt ſextum huius expeditionis annū franciam repetere conſtituit: in quam angli incurſiones facere ſe parabant. Cū pariſium veniſſet conuentu generali habito rēpublicam reformauit: ſtatutis optimis legibus de iure a iudicibus dicēdo: ⁊ de officijs non emendis. De irreligioſis atqꝫ execrabilibus iuramentis: de ſcortis quibus domos ⁊ luſtra habere ad explendam libidinem interdixit. Uetuit preſides atqꝫ pretores quos aut balliuos aut prepoſitos appellāt poſſeſſiones in territorio ſue ditionis dū prefecturam gerūt: comparare. Liberos ſuos matrimonio copulare incolis ꝓuincie cui preſidebant. Per id tēpus prefectura apud pariſios venalis habebat̄: ſoliqꝫ ciues precio illam ſibi vel liberis ſuis cōparabant. Unde fiebat: vt inopes premerentur opulenti oīa licenter agerent. Fures nullis penis afficerent̄. Hanc venalitatē rex prohibuit: conſtituto annuo ſtipendio ei qui prefectus eſſet. Atqꝫ ita ſtephanū boilleū iuſticia atqꝫ equitate ſpectatū hoīem prepoſitum inſtituit: qui officiū adeptus intra paucos dies ſtatū ciuitatis longe tranquillioreȝ reddidit. ¶ Interim dū rex palatio egreſſus audiſſet blaſphemū quendam dei nomen iteruȝ temere aſſumere: candenti ferro labra deierantis inurere iubet. ¶ Erant in cenobio diui nicholai laudunenſis adoleſcētes tres ex flandria nobiles diſcendi ſermonis franci gratia illic a parentibus poſiti. Hi laxandi animi cauſa arcu ⁊ ſagittis deſumptis: cū in proximuȝ cenobij ſaltum proceſſiſſent: feramqꝫ vltra monaſterij fines ꝑſequuntur: ſilue cuſtodes ab enguerranno conciaco conſtituti: adoleſcentes comprehenſos ad enguerrannū ducunt: quos non ſecus ac aliene rei inuaſores habitos patibulo appendit. Qua re ad ludouicum per gillum brunum francie coneſtabilē delata (hoc enī eſt nomen eius qui militie apud francos primus poſt regem preficit̄) enguerrandum ad ſe vocat: venientē tametſi ludouicus vltimo ſupplicio plectere animo cogitaret: flexus tamen precibus amicorum: ꝗ apud regem multos habebat enguerrannus: decē illum milibus librarū pariſienſiū mulctauit: atqꝫ triennij exilio in ſyriā ire ibiqꝫ opem aduerſus ſarracenos chriſtianis ferre imperat. Ex enguerranni mulcta hoſpitalē domum apud pontiſarā: apud pariſios dormitoriū fratrū ordinis diui dominici tecto cooperire: ⁊ minorum eccleſiam extruere iubet. ¶ Et cum inopum atqꝫ egenorum curam ſollicitiſſime gereret: ijs qui luminibus orbati eſſent locū pariſij aſſignauit ſacello atqꝫ cellulis vbi habitarent extructis quem cecorum locum appellauit. Eius quoqꝫ impenſa complures religioſi cenobia pariſij edificauerūt. ipſius ludouici opus ē domus hoſpitalis ſecus ſequane littus prope templū diue marie pariſieñ. Eſt preterea apud compendiū ſancti nicholai diuerſorium egenorum. Eſt ⁊ rothomagi apoſtoli mathei cenobium: ⁊ apud longum campum monaſterium monialium diui franciſci regulam profitentium. Attribuit quoqꝫ diuerticulum penitētibus feminis que a libidine reſipiſcerent: quas dei filias appellauit. Cartuſienſibus etiam extra vrbem ad ſancti michaelis portam monaſterium dedit. Deduxit preterea ex mōte carmelo viros religioſos quos a monte ipſo carmelitas dicimus. Quibus apud pariſios locum eccleſiamqꝫ attribuit. Huiuſmodi operum ſtudioſus rex alieni quoqꝫ minime tenax

Fides ab hoſte violata

Paſtorelli

Rex plus

Optime leges

Stephanus boilleꝰ ꝑpoſitꝰ pariſiorꝫ

Enguerranni cōciaci iniquitas

Carmelite.

erat. Unde venientem ad ſe henricum anglie regem ad annum ſalutis milleſimum ducenteſimum quinquageſimum nonum ſumma charitate excepit:dimiſſa illi aquitania:ea quidem lege:vt normannie andegauie atqꝫ cenomanie cederet. ob quas magne olim contentõnes inter francos angloſqꝫ extitiſſent ⁊ quas a philippo auguſto receptas francie reges ad eaʒ etatem poſſediſſent. Addidit quoqꝫ lemouicenſes petragoricos ⁊ cadurcos. Agennenſem vero agrum quem alphonſus eius frater nuptiarum lege tenebat ab anglo grandi pecunia redemit. Adiecit preterea xantonuʒ partem que vltra charentam amnem eſt:retenta regibus frãcis ſuprema ditione atqꝫ poteſtate. Et ne timorate conſcientie rex ſcrupulo trepidantis animi offenderetur: quingentis militibus annuum ſtipendium conſtituit:quos hieroſolymam aduerſus chriſtiane religionis hoſteʒ anglus mittere decreuerat. ¶ Firmata iureiurando inter reges pace:anglus in angliam tranſfretauit.

yſabella filia iacobi aragonũ philippo ludouici filio nubit

Ludouicus miſſis ad iacobum tarraconenſium regem nuncijs:yſabellam eius filiam philippo filio vxorem impetrat. Atqꝫ per has nuptias iacobus carcaſſonam vrbem cum alijs quibuſdam locis que in ꝓuincia tenebat ludouico reliquit. Ludouicus contra ruſſilionem cathaloniamqꝫ de quibus controuerſia agebatur iacobo permittit. Eodem tempore manfredus federici imperatoris nothus ſicilie regnũ occupabat. Cui alexander quartus pontifex romanus communione hominũ interdixit ꝙ ſedem apoſtolicam infeſtaret:militantibus cum eo iudeis atqꝫ ſarracenis. Preterea ⁊ qui alexandro ſucceſſit vrbanus quartus manfredi tyrãnidẽ perſecutus:ludouicũ per nuncios orat feſtinet ad ſe mittere carolum eius fratrem andegauie duceʒ cui ſicilie vtrũqꝫ regnum cũ apulia ⁊ tarento donaret: graue profecto incommodũ andegauorum familie. Cognita pontificis voluntate:rex cõmunicato cũ fratre conſilio morem vrbano gerendũ eſſe conſtituit. Igitur plurima militum manu collecta: carolus aduerſum manfredum philippum montifortenſem premittit:qui viam romanam per id tempus a manfredi milite obſeſſam patefaceret. Sublato per philippũ viarũ impedimento. Carolus per lombardiam romã petere iubet: ipſe marciliam profectus:inſtructa triremi: ducibus guillermo cornuto: ⁊ roberto de baſſes peritiſſimis naucleris oſtiã delatus:rome tandem exceptus eſt. mox adepta ſenatoria dignitate dyadema quoqꝫ ſicilie regni(donante clemẽte vrbani ſucceſſore)accepit annua quadraginta milium ducatorum penſione indicta:quã ſedi apoſtolice ſolueret. Additũ quoqꝫ eſt: imperium non reciperet etiã ſi ad illud gerendũ accerſiret̃. Cum romaniã miles francus nondũ attigiſſet:carolus rome aliquot dies moratus eſt. Recepto vero exercitu:⁊ pontifice ſalutato:cũ ſancti germani arcem fortiſſimo preſidio defenſam expugnaſſet: in manfredũ beneuenti agentẽ mouet. Cõmiſſo vtrinqꝫ prelio:manfredus occubuit: ⁊ beneuentũ vi receptũ. Reliqua geſti a carolo in apulia belli nõ perſequor. Satis eni illud conſtat manfredo atqꝫ conrardo ſuperato:Henrico item hyſpanieñ. fugato:⁊ apud montem caſſinũ per loci abbatem capto.⁊ in carcere vincto:carolum regno eſſe potitũ donec cõſtantia aragonũ regina bellũ aduerſus eũ inſtaurauit.

Altera in ſyriã expeditio

¶ Dum hec in apulia a carolo geruntur:legatus a pontifice romano ad ludouicuʒ pariſium venit:qui regem ad hieroſolimitanam expeditionẽ hortaret̃. Nullum negociũ fuit ſua ſponte currentem ꝓmouere. Cõuocato eni ex toto regno conſilio:poſtqꝫ legatus rei chriſtiane in ſyria ſtatum longa oratione patefecit: oẽs pari voto fidei cauſam amplectẽtes: vna cum rege cruce ſe inſigniunt. Claſſe igitur apud aquas mortuas parata:rex cũ tribus ſuis liberis philippo iohãne atqꝫ petro:anno chriſtiane gratie milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono exercitum eduxit. Condito prius teſtamento.regniqꝫ adminiſtratione ⁊ cuſtodia ſymoni de nella ⁊ dyoniſiano abbati matheo vindocinẽſi permiſſa. Impoſitis claſſe militibus: cũ in altum delati ſunt:egre per ſeuiſſimas tempeſtates ad ſardiniam inſulam appulerunt. Ubi recreatis ijs qui morbo affecti erant: cum relique naues ex marcilia aduenıſſent: thunicium nauigare conſilium fuit:propterea ꝙ eius terre princeps miſſis aliquando ad ludouicum nũcijs religionem chriſti profiteri proponeret ſi per procerum ſuorum voluntatẽ commode poſſet.

Thuniciũ ludouic⁹ petit.

Hac ſpe adductus rex:cũ non lõge a carthaginenſi portu abeſſet: admiraldũ cũ aliquot nauibus premittit qui duabus tantũ magnis in ipſo portu nauibus viſis:eas occupat:⁊ militem in continentẽ educit:ſignificãs regi opus eſſe maiore manu. Igitur ludouicus mouẽs cum nocte illa copias nauibus continuiſſet:interim hoſtis littora armatis complet. Egreſſis tandem in terram noſtris: fonteſqꝫ aut puteos querentibus occurrit copijs potenter inſtructus hoſtis. Qui tametſi ſummis viribus francos adoriretur. decem tamen milibus ſuorum occiſis terga vertit.

Hoſtis ſarracenus fugit

¶ Re bene geſta claſſis prefecti ludouicum conueniunt. Admonẽtqꝫ carthaginem non magno negocio expugnari poſſe:ſi ad muros vrbis copie promouerentur. Acceptis a rege copijs prefecti carthaginem oppugnare conſtituũt. Interea hoſtes eruptione facta:caſtra noſtrorũ inuadunt. Sed caſtrorũ mareſcallus educto in hoſtem milite:inter vrbẽ hoſtẽqꝫ ſuos locat. prefecti vero claſſis ſigno dato arcem aggrediũtur et capiunt. Arce a noſtris occupata:ludouicus cũ ijs quos ſecũ habebat mareſcallo ſe coniũgit:atqꝫ ita ſarraceni vertũtur in fugã multis eorũ interemptis:multis etiam in abditiſſimis ſpeluncis ſaluatis.

Thunicij rex.

¶ Poſt habitam victoriã rex carthaginẽ ingreſſus:thuniciũ ꝓficiſci diſtulit:donec carolus ſicilie rex vt ꝓmiſerat aduentaſſet. Et q̃ crebris incurſionibus hoſtis exercitũ vexabat:vallo foſſiſqꝫ munire caſtra iubet. Ea re cognita thunicij rex cõtracto numeroſo exercitu: ordinatiſqꝫ aciebus ad maris littora ꝓcedit. vbi naues in anchoris ſtabãt. At robertus artheſij comes primã hoſtium aciem ꝓmoto e caſtris milite:intercipit. Joannes item cambellanus diuerſo a roberto itinere ducens:ita hoſtes cõpreſſos dedit:vt eis paruam ſe tuendi poteſtatẽ relinqueret. Elapſi tamen fuge ſe committũt:comitãtibus his qui ex arce cum ingẽtib⁹ ſpolijs aufugerant.

Peſtilentia in exercitu francorum

Interfluentibus poſt hec paucis diebus: ꝓpter peſtilẽtes aquas et aeris intemperiem morbus exercitum inuaſit:mortuiqꝫ ſũt imprimis iohãnes triſtanus niuerneñ. comes ⁊ romani pontificis legatus:⁊ plebeij non pauci.

Sanctus ludouic⁹ morit̃

Et ludouicus ipſe ventris ꝓfluuio laborans:poſtqꝫ ad ſe vocatũ philippum filium ſalutari doctrina admonuit: ſacris chriſtianis multa religione ac pietate perceptis:cinericio ſtrato decumbens aĩam efflauit. qui ꝑ omnem vitam ſingulari charitate pauperes curauit:ita vt quoqꝫ die centum et viginti inopes quotidiano alimento reficeret:preter alios quibus xp̄i exẽplo pedes ipſe abluebat. Nec horrori ſibi erat exulceratos fetenti ſanie leproſos oſculari:⁊ eos ad colloquium admittere. De ludouici obitu incertus michi autor hoc diſticon edidit:quod nõ tam ꝓpter carminis venuſtatem:qꝫ ad piiſſimi regis memoriam hyſtorie coniunxi.

Anno milleno bis centum ſeptuageno:
Thunis catholicus deceſſit rex ludouicus.

¶ Mortui regis oſſa carne nudata ad ſanctum dyoniſiũ elata ſunt ⁊ humo commendata. Dum aũt a pariſijs funus effert̃:fuere deſignatis locis ſtationes vbi pyramides cũ lapideis ſtatuis ⁊ xp̄i cruce cõſtructe que ad hancvſqꝫ diẽ perſiſtũt. Eius tã religioſi principis plurima opa miraculis cõprobata legũtur ⁊ creduntur.

Carolus andegauẽſis ſicilie rex

¶ Eo die quo ludouicus mortẽ obijt: carol⁹ ſicilie rex in caſtra frãcorũ venit. Cui obuiã ꝓcedẽtes primores exercitus:diſſimulato(vt poterant)merore:carolũ excipiunt. Uerũ non ita facile dolor occultatur quin aliquo ſe indicio ꝓdat. Igitur carolus languentem quandã ꝓcerum leticiam admiratus.mox qualiter ſe frater gerat ꝑcontatur. Reſpondẽtibus illis regẽ quidẽ morbo affici:feſtinat carolus ludouicũ inuiſere. Quẽ vt mortuũ cõſpexit:humi ꝓſtratus cũ breuem ad deum orõnem emiſiſſet:ſurgens a lachrymis tẽperauit.nec meſticie ſignum prodens:bono animo eſſe reliquos hortat̃: ne ex damno recenter accepto hoſtis ferocior eſſet: qui conſuetudinem fecerat caſtra francorum per dies quoſqꝫ iaculis offendendi. Ad quartum enim lapidem e regione caſtrorum noſtrorum caſtra ſarracenus habebat.et q̄uis in noſtros intra vallum ſe continentes tela eminus emitteret:erumpentibus tamen francis nunqꝫ prelij poteſtatem hoſtis exhibebat. Duʒ his leuibus prelijs aſſueti eſſent collectis demũ maioribus copijs munitiones francorum obire et late per agrum vagari ad oſtentationem ceperunt. Quam rem animaduertentes frãci:caſtris egreſſi in hoſtem pergunt. Et q̄uis paulo longius carolus copias haberet: nichil tamen cunctatus militem educit:ſimulans fugam:vt hoſtem aliquo aſtu falleret. quem inſecuti ſarraceni velut fugientem comprehenſuri eſſent:carolum ſtatim in ſe arma vertere:⁊ frãcos a tergo venire conſpiciunt:ita inter duas acies interceptus hoſtis multa ſuorum clade accepta:ad caſtra ſe recepit. Tria milia occubuiſſe illic traduntur:preter eos quos fugientes mare deſorpſit.periere preterea complures in foſſis quas in perniciem noſtrorum ſuperiniecto ſabulo ſarracenus extruxerat. Erat inter hoſtium caſtra et thunicium maris ſinus quo ĩ vrbem commeatus affatim importabatur. Hunc vt hoſti precluderet carolus:accerſitis fabris lignarijs ſpacioſam turrim ligneam edificari et ad ſinus oram admoueri mandat. Qđ poſtqꝫ rex thunicij cognouit:coacto ex omni regno ſuo ingenti exercitu:aut terrere francum aut omnino perdere ſtatuit. Progredienti ſarraceno chriſtianus exercitus occurrit fugatqꝫ atqꝫ perſequitur. Deſtitit tamen longius abire:eo ꝙ laſſus eſſet miles: et inſidias ab hoſte poſitas eſſe vereretur. Igitur in caſtra hoſtium conuerſus omnia diripit atqꝫ incendit. Hãc victoriam grauis peſtilentia ſecuta eſt:a qua nec ſarracenus immunis euaſit. Quamobrem adductus thunicij rex caduceatorem de pace ad philippum regem mittit. ¶ Induciarum

Inducias rex thunicij a philippo petit.

he fuerunt leges:impenſam omnē preſentis expeditionis ſarracenus auro compenſaret: annuū tributum quod ſicilie regibus ſoluere tenebatur: carolo quotannis penderet. Captiuos chriſtianos liberos dimitteret. patereturqꝫ chriſti fidē in ſua gente ꝑ fratres ordinū diui dominici: atqꝫ franciſci libere annunciari ⁊ doceri:neqꝫ ſuos prohiberet ſacris initiari chriſtianis. Auri parte diſſoluta:decēnes inducie iuramento pacte ſunt. Demū parata claſſe ⁊ milite recepto:philippus per ſiciliam(vbi patris viſcera in monte regali terre ſunt religioſe commēdata)⁊ inde per italiā in galliam ſe cōtulit:yſabella vxore in itinere defuncta:⁊ nauarrorū rege theobaldo apud drepanū mortuo. Cū autē viterbiū philippus veniſſet:diſſidentes de pōtifice inſtituendo cardinales ad cōcordiam adduxit qui in theobaldū leodienſem archidiaconum cōuenerunt q̇ gregorius decimus appellatus eſt.

Rex philippus ſacrat.

¶ Regni aūt dyademate remis a sueſſionenſi antiſtite adepto: viromandiā artheſiūqꝫ a roberto fratre inuitatus viſere cōſtituit Qui licet inter delitias pro regia dignitate verſaretur:tamen poſt amiſſam vxorem cilicio cōtinenter vſus eſt.

Arminiacus comes

Cū autē tertium annū regnaſſet:diſſidentibus per odiū arminiaci comite:⁊ girardo de caſa bona: Philippus girardi cauſam tuebat. Sed arminiacus ad caſambonam accedens multis opprobrijs cū girarduʒ laceſſiſſet:girardus iniuriarum impatiens: caſtello egreſſus in arminiacū proſilijt:⁊ comitis fratrē:quē imprimis occurrenteʒ ſibi habuit necat. Quo incōmodo affectus comes:accerſito in auxiliū comite fuxenſi:in girardum ad caſambonam progredit. At girardus hoſtiū poteſtatē veritus:in caſtellū quod philippi erat cum vxore ⁊ liberis ſe recepit:regis auxilio implorato:cui ſe cauſamqꝫ oīs diſcidij permittebat. Verū arminiacus fuxenſiſqꝫ parui philippū habentes. girardū obſident. ⁊ caſtello expugnato omnes incolas occidunt:preter girardū:qui claʒ forte fortuna aufugerat. Eam rē grauiter ferēs Philippus:copioſo admodū exercitu contracto fuxum petit:vbi in arce ſitu atqꝫ arte munitiſſima multis ſatellitibus ſtipatus comes agebat: ſecurus loci quē inexpugnabilem arbitrabatur. Ad quē cū philippū propter ſcopulorū rigorē ⁊ vie anguſtiā proxime caſtra admouere:nec militē ꝓmouere poſſet: rupem concidere:⁊ anguſtias proferre inſtituit:nō ſe inde abiturum profeſſus:priuſqꝫ arcē diruiſſet. Conſtantiā philippi ſecū reputans comes: nūcios ad regem mittit:qui eū ad oēm obedientiā paratū eſſe teſtarent. Juſſus ergo comes ad philippum ſupplex accedit:quē in cuſtodiā miſſum anno toto vinctum tenuit. Abductis inde vxore et liberis comitis philippus pariſium repetit. Exacto anno liberatus carcere fuxenſis comes poſſeſſionem omnē a philippo recuperat. ¶ Eodem prope tēpore anno ſalutis milleſimo.cc.lxxij. patrum ſynodus preſide gregorio decimo romano pontifice lugduni habita eſt: vbi de expeditione in ſyriam ducenda actum eſt. Ludouicus cognito pontificis aduentu: ad eum ſalutandū profectus poſtqꝫ de chriſtiano ſtatu diu confabulati ſunt:tres lugduno finitimas arces in poteſtate gregorij donec ſynodus ſolueretur permiſit:attributo inſuper ad pōtificis cuſtodiam(non paruo numero)milite. Rediens lugduno philippus mariā iohannis borbonienſis filiā qꝫ forma erat ⁊ pudicitia inſignis:duxit vxorem. Mortuo deinde henrico campano nauarrorū rege filiā eius iohannaʒ a matre ad ſe deductam in tutelam recepit:miſſo ad nauarros ſtephano belmarchio qui fidelitatis iuramenta puelle nomine a proceribus exigeret. ¶ Per idē tempus ferrandus caſtelle regis filius qui ex blācha ludouici filia duos liberos ferrandum ⁊ alphonſum ſuſceperat:moritur. Cuius morte poſt patris deceſſuʒ regnū caſtelle ſicut ex cōuentione nuptiarū conuenerat ad alterū ex ferrandi filijs ꝑtinebat. Sʒ perfidus rex pater ferrandi cum ſanxium ſuperſtiteʒ ferrando videt: matre blancha filijſqꝫ exheredatis: ꝓceribus caſtellanis imperat ſanxium in ſuuʒ regem admittāt: eiqꝫ debitam preſtēt fidem:preſertim cū ſe etate ⁊ morbo confectū adminiſtrando regno nō ſatis ydoneum iudicaret.

Cōtentio de r̄gno caſtelle

Sanxio rege inſtituto: pater nichil prorſus terre aut ditionis: ſuis nepotibus diſtribuit. Nec admonitus a philippo vt pactorum recordatus nepotum iura ſeruaret: aut ſi id minus vellet:blancham ⁊ liberos eius ad ſe dimitteret. Permiſit igitur caſtellanus veternoſus rex blancham cum liberis hyſpania abire. Ad hoc philippi incommodū alterū ſucceſſit mortuo non ſine veneni ſuſpitione ludouico eius filio.

Petrus brochꝰ veneficꝰ

Cuius autor veneficus petrus brochius regis cubicularius eſſe putabatur. Nam ſepe numero reginā mariam īſimulabat:qꝫ mulier videlʒ nouerca: primoris matrimonij liberis regnum inuideret:optaretqꝫ ex ſe partos ad id dignitatis promoueri. Cū de ea re inter aulicos ⁊ regni proceres rumor increbeſceret:nec vlla ratione tanti flagitij patrator īueniri poſſet: vaticinio rē querere inſtituit. ¶ Erat apud niuellā brabantie oppidum religioſa ex beguinarum profeſſione mulier vaticinandi perita. Ad hāc conſulendā philippus petrū baiocum antiſtitē vxoris petri brochij conſobrinū ⁊ ſtephanū

Nota.

diui dioniſij abbatem legat. Hi cū niuellam perueniſſent:petrus baiocus ſimulās ſupereſſe ſibi aliquid diuini obſequij quod non abſoluiſſet: Relicto domi abbate ad vatem contendit Cognoſcitqꝫ ex illa quis ludouici necem procuraſſet:et ſimul mulierē obteſtatur: ne ſuo college abbati reuelet homicidam. Que paulopoſt a ſtephano rogata:reſpōdet que de cede, nouerat ea baiocenſi epō dixiſſe a quo ſi velit ſciſcitet. Hoc aſtu preuentus a petro ſtephanus: ⁊ ſi doli ſuſpitionem haberet:re diſſimulata vna cum antiſtite ad philippum redit. Quē cum imprimis rex de beguina interrogaſſet:atqꝫ ex eo quid baiocus pōtifex fecerit accepiſſet. Vocato ad ſe epō querit quod fuerit mulieris de filij cede oraculum. Quo reſpondente ſe oraculum a muliere ſub ſacre confeſſionis ſignaculo audiuiſſe:neqꝫ id ꝓ ſacerdotali integritate reuelare poſſe. Et ego rex inquit epiſcope non vt confeſſorem:ſed vt nunciū ad vatem te legaueram. Sed propterea indiſcuſſum crimen non vltra differam. Accerſito igitur Theobaldo dolenſi pontifice:atqꝫ arnulpho milite templario:his negocium imponit vatem conueniēdi. Qui legatione diligenter expleta:philippo referunt reginam culpa carere : alterum eſſe qui facti conſcius ante philippi oculos dietim verſaretur. Hac relatione q̄uis triſticiam philippus contraxiſſet:dolorē tn̄ diſſimulat. Atqꝫ interim ſororis blanche que ab hyſpano rege cōtempta fuiſſet reminiſcens:ſororia iura repetere conſtituit.

Bellū in caſtellanos iane.

Cuius rei cauſa comparato exercitu ꝑ pictauiam atqꝫ vaſconiam ad ſaluamterram in pyreneo ſaltu oppidum copijs promotis:tandem ſeua hyeme impeditus:cōmeatuqꝫ defectus:ex quorūdam ꝓcerum quibus expeditio non placebat conſilio:militem domū dimittit:miſſo in nauarram cum delecta militū manu carolo artheſij comite:qui belli motū ſedaret ſuppetias ferens euſtachio belmarchio quē ſeditioſi quidam nauarre primates pampilone obſeſſum tenebant .

Nauarra.

In eo belli negocio cum ſecūda fortuna carolus vſus eſſet:caſtelle rex carolū ꝑ nūcios oratum facit: ad ſe concedat. Sed id facere carolus diſtulit donec philippū de re ipa cōſuleret.

Carolꝰ artheſij comes hyſpaniā petit.

Ex conſilio regis cum ad caſtelle regem carolus acceſſiſſet.longa confabulatione habita:caſtellanus carolum orat vt conciliator pacis inter philippum et ſe interueniat. Et vix quidem hec locutus fuerat caſtellanus ecce tabellarius ex francia cum epiſtola venit. Litteraſqꝫ caſtelle regi reddit. Eas poſtqꝫ rex ꝑlegit: O carole inquit non ſum amicorꝫ ope deſtitutus. Sunt apud francorꝫ regem qui mihi diligenter obſequūtur meqꝫ de his q̄ apud philippum geruntur efficiunt certiorem. Quibus et te conuenire oportuit:qui mihi es conſobrinus. Talibus colloquijs poſtqꝫ dies aliquot exacti ſunt:carolus vale regi dicto nauarram petens:ordinatis rebus:ad philippum in franciam venit. narrans que a caſtelle rege ipe audiuiſſet:eſſe apud eum qui archana ipſius conſilia inimicis ꝓderent. De qua re cum philippus magnopere ſollicitus eſſet:cōtigit vt tabellarius qui ad regem caſtelle litteras a petro brochio ꝑ idem tempus acceperat morbo interceptus:priuſqꝫ mortem obiret:litteras ipas monacho cuidam tradiderit philippo ꝑferendas:ꝑ omnē religionem obteſtatus:q̄ nemini niſi philippo litteras redderet. Acceptis litteris monachus ad regem ꝓficiſcitur. et vt tabellario promiſerat commiſſa abſoluit.

Petri brochij ꝓditio reuelat.

Intelligit rex ex litteris petrum brochium perfidum et rerum ſuarum proditorem eſſe . Nā ex diplomate et ſigillo cognitus eſt autor. De quo nihil dubius rex brochiū deprehēſum: pariſij in cuſtodia haberi iubet. Quod vbi cognouit baiocus preſul:romam aufugit:eccleſie preſidio ꝓtegendus. Conuocatis pariſij paucis poſt diebus ꝓceribus :morte damnatus eſt brochius:quē carnifex excipiens ante ſolis ortū patibulo ſtrangulauit. ¶ Brochio vltimo ſupplicio affecto philippus atqꝫ caſtellanus rex:cū hic bayone eſſet:ille apud monmarſanū ageret:et per legationes vltro citroqꝫ miſſas de blanche et filiorum iniurijs tractaretur:nuncij a pontifice romano martino quarto veniunt:qui reges ad pacem cenſura eccleſiaſtica compellerent. Hec cauſa extitit quāobrem philippus cepta non eſt ꝓſecutus. Magna in excelſo pricipe vel humilitas vel ſocordia:ad ſacerdotis imperium cauſam innocētis ſororis et pupillorum deſerere.

Petrus arago.

Deſeruit tn̄ philippus et profectus inde:aragonie regem petrum occurrentē ſibi habuit. Qui paucis apud tholoſates diebus moratus:in cathaloniam remeauit. vbi cōſtantia eius vxor ex manfredo genita virum docet tempus adueniſſe cū ſicilie regnum ad ſe ꝑtinens occupare poſſit.

Sequane exundatio

¶ Eadem tempeſtate ſequana fluuius tam exundanti aquarū incremento intumuit:vt maioris apud pariſium pontis teſtudines ſex diſſoluerit: et minoris vnā vrbe ꝑ gyrum aquis circūſepta. ¶ Ad petrum aragonū redeo. Agente importune apud virum conſtantia ne ſicilie res negligeret:adductus quoqꝫ a nicholao tercio romano pontifice qui caroli regis potentiam minorem facere cupiebat:vt conſtantie ſue vxoris ius in ſicilia vidicaret:petrus miſſis meſſanam pāhormūqꝫ nūcijs:iubet terre conditionem ⁊ ſtatū inquiri

Cõmunicato cum ciuibus conſilio:nūcij adductis ſecum regni quibuſdā p̄marijs ad petrum reuertunt̄. Cum quo federe icto ſicilienſes cū in vrbes ſuas quiqꝫ conceſſiſſent cõſtituta ad deteſtabile facinus nocte:oẽs gallice ſtirpis vna cū grauidis vxoribus necant. Nec defuerunt qui matribus exſectis euulſum exvtero fetum ad parietem alliderent:ne qđ frāci ſāguinis apud eos poſthac extaret. Hoc crudeli initio petrus ſpem cepit:et ſimulata in ſaracenos expeditione in ſiciliam mox aduerſus carolū andegauū ſe conuertit:qui eodẽ tp̄e meſſanam obſidebat.

¶ Contra vero philippus de rebus ſicilie ſollicitus:vt petrum a ſicilienſi bello reuocaret in aragoniā ꝑ parpigniacū exercitum ducit genuā capit ⁊ diruit. Publicauerat em̄ martinus quartus petri regnū:⁊ occupantis fore decreuerat. Erat in aragoniā iter vnū qđ incole ſcluſam vocāt tranſitu quidẽ difficile:ſed breue:quod preterea hoſtis dolijs ſabulo oppletis impediuerat:ſeqꝫ in iugis montiū continebat vnde francoꝝ venientes copias contemplaret̄. Scrutanti philippo cõmodū qua faceret iter. Ruſcillianus quidā nothus qui apud genuā captus libertatẽ a rege meruerat:ſcire ſe ait viam ad p̄mū ꝓmū lapidem qua neſciente hoſte exercitus tuto euaderet. Rem gratā leto aīo rex excepit. Juſſiſqꝫ aliquot ex ſuis ſimulare ꝑ ſcluſam facere trāſitum:ip̄e cū expedita militū manu nothū ſecutus:tandẽ ꝑ denſiſſimos ſentes et inculta virgulta:in ꝓmū montẽ euaſit:atqꝫ ad ſe ꝑ eādem viam copias oẽs recepit. Hoſtis aūt cū in montes ſupaſſe francos:⁊ ad ſe ordine inſtructo contendere videt:nullo cõmiſſo prelio:fugā arripuit:caſtris relictis. Jnde ad petrālatā itum eſt:quā a frācis circūuallatam:oppidani intẽpeſta nocte igne ꝑ menia iniecto deſeruerūt. Ea a noſtris occupata ⁊ preſidio impoſito philippus geronnā copias mittit. Ubi laborioſa nimis obſidio fuit:⁊ oppugnatio frequens:atqꝫ diu inutilis.

Machina extruit.

Deniqꝫ excogitauit philippus machinam quā ad quatiendos diruendoſqꝫ vrbis muros fabricatā obſeſſi noctu vrbe egreſſi ſuccẽderūt. Eā ob rem nimia indignatiõe parcitus rex:firmat aīo fame p̄mere ciuitatẽ.

Peſtifer annus.

Jnterim tn̄ propter cadauerum ꝑ agros paſſim iacentium putorẽ ⁊ muſcarū vix credibilẽ multitudinẽ peſtilens factus aer francis letifer fuit.

Petrꝰ i aragoniā reuertitur.

¶ At petrus accepto philippi in aragoniam aduentu relicta pāhormi vxore conſtantia:q̄ rerū ſicilienſiū curā gereret:magnis aſſumptis copijs in aragoniā nauigare feſtinat. Erant regie naues in ſtatione apud portum roſe vnde cõmeatus in caſtra francoꝝ dietim facile importabatur:donec petrus aragonenſis vectores intercipere magnopere conatur. Jtaqꝫ portum roſe occupaturus milibus duobus et quadringentis armatis aſſumptis:ad portum mouens inſidias ponit. Cuiꝰ aduentu ab exploratore franco cognito:rẽ ad radulphū coneſtabilẽ ⁊ iohannẽ haricurtū exercitus mareſchallū defert. Hi cõione cum comite marchiano habita:quingentos electos milites duce exploratore educūt. Contẽplatis aūt hoſtiū copijs q̄ ſuis maiores erant:cū neſcirẽt petrū in inſidijs agere:retro abire ſtatuerant:niſi eos cohortatus matheus de roya.

Mathei de roya ad ſuos oratio.

O inquit cõmilitones ecce in conſpectu adeſt hoſtis quẽ querebamus. Quid cunctamur:hodie diue aſſumptionis marie feſtum diem acturi ſumus. Ab ea ſperemus opem aduerſus eos qui cõionis chriſtiane ſunt extorres. Par em̄ nobis meritum impendet eccleſie iniurias vlciſcendo:ac ſi in fidei hoſtes pugnaremus. Hac mathei oratione incitati franci aragones inuadunt. Fitqꝫ prelium atrox et cruentum:ita vt petrus equo deſiliens cū pedite pugnaret.

Petrus vulneratus interijt.

Ubi vulnere accepto:et fugientibus ſuis ipſe quoqꝫ fuge ſe cõmittens paulopoſt interijt. Hac victoria philippus exultans de expugnanda geronna maxime laborabat.

¶ Erat in philippi exercitu fuxenſis comes q̄ cū gerõnenſibꝰ nõnūqꝫ (non ignaro rege) colloquebat̄. Hic ciuitatis ſtatū cõpertū habebat:⁊ in illa tridui vix cõmeatū eſſe non ignorabat. eā ob rem ſciens cupere ciues philippo conciliari:regẽ rogat ſi geronnenſes ad deditionem ſaluis fortunis oībus reciperet. impetrat comes paucoꝝ dieruꝫ inducias:donec geronnenſes ſuū regem ad ferendas illis ſuppetias admoneant. Miſſis ob eam rem a geronnenſibus ad petrū legatis:cognita principis ſui morte ad ſuos cū rediſſent ciuitatem philippo dedunt ꝑmiſſa illis exportandoꝝ quo vellent bonoꝝ ſuoꝝ poteſtate.

Geronna dedit philippo

Recepta geronna firmū ex ſuis preſidium philippus imponit. Atqꝫ ad tholoſates ſe cõferre cõſtituens:malo conſilio vſus:claſſis partem q̄ in portu roſe erat in franciam remittit. Qđ poſtq̄ hoſtis cognouit:francos relique claſſis cuſtodes adoritur et plurima cede dilaniat:inter quos enguerrannus caroli nautū prefectus ⁊ aubertus de longaualle viri armis ſtrenui occidunt̄. Franci vero tanto incõmodo accepto:nauibus igne impoſito atqꝫ incẽſo oppido ad regem ſe recipiunt. Qui egre ignominiā ferens febrem incidit. Et cum iugum montium hoſtis inſideret:philippus per anguſtias pyreneas parpigniacum ſe contulit.

Philippus moritur.

Ubi recrudeſcẽte morbo:ſacris chriſtianis receptis rex emoritur. Cuius exſecta precordia narbone ſepulta ſunt. Oſſa vero ad dyoniſianum cenobium elata. Huic philippo due vxores fuerunt:vna yſabella ex aragonenſibus que tres illi liberos tulit. Ludouicum qui mortuus eſt infans. Philippum qui pulcher appellatus eſt:et Carolum valeſienſem. Ex altera cui marie nomen fuit brabantini ducis filia proceſſit Ludouicus ebroicenſis comes:et Margareta que anglo regi nupſit:⁊ Blancha quā auſtrie dux auberti alemānoꝝ regis filius duxit vxorem.

Patris regnum philippus pulcher anno gratie ſalutaris ducenteſimo octogeſimoſexto ſupra mille ſuſcepit.

Edouardus fidefragus

Ad quem edouardus anglus veniens aquitaniam ſub philippi ditione atqꝫ poteſtate ſe poſſidere cognouit:preſtito iureiurando in fide erga regem ꝑmanendi:quā tamen minime obſeruauit. Nā magnis copijs normanniam derepente inuaſit:regie claſſis occiſis prefectis et alijs plurimis qui normanniā philippi nomine moderabant̄. Quam rẽ poſtq̄ rex cognouit ad edouardum et aquitanie prefectos mittit. Mandans eos qui huiꝰ rebellionis autores extitiſſent comprehenſos petragoricum ducāt digna ꝓ ſcelere pena afficiendos. Sed cõtumax anglus dicto audiens nõ fuit. Eapropter per arnulphum de nella coneſtabilem aquitaniam philippus ſibi vendicat. Et nihilominus edouardo diem dicit ad iudicium ſuū veniendi.

Attẽde edouardi dolum.

At anglus debite philippo fidei conſcius vt aliquam concepte a ſe fraudis viam aperiret:ꝑ nūcios philippo ſignificat ſe aquitaniam:et quicqđ in francia terre ſub iperijs eius tenuiſſet remittere:eiqꝫ in ꝑpetuū cedere. Hec em̄ edouardus dicẽs ſpe magna ducebatur:armis poſſeſſionem repetendi:quas iure belli atqꝫ gentiū forte poſtea comparatas non aliena ditione aſtrictus retineret.

Guido flandrie comes cum filia retinetur a rege.

¶ Eadem ferme tẽpeſtate guido flandrie comes inita clam cum edouardo ſocietate filiam illi ſuam deſponderat. Quod ne preter philippi aſſenſū facere videret̄:ip̄e cum filia ad regem venit:vt inde in angliam ex regis ſententia traijceret. At ſecus ac comes ratus eſt accidit. Nam pater in cuſtodia habitus eſt. Et filia cum liberis philippi educanda tradita.

¶ Jnterim carolus philippi frater expeditionem in aquitanos ducit. Et rionem arcem maritimam circūuallat. Quo tempore rodulphus de nella pontẽſeyum obſidens quam arcem complures aquitani angliqꝫ preſidio tenebant:pacto cum anglis clam inito:arcem recepit:atqꝫ ita anglis liberis dimiſſis:aquitanos oēs vinctos ad carolū rionem perducit. Quos furcis appenſos carolus ante rionis portas ſtrangulare īperat. Quo terrore perculſi Johannes de ſancto iohāne:et iohannes britonicus qui rione obſeſſi erant noctu fugientes:priuſqꝫ naues ad hoc in portu paratas conſcẽdiſſent:a vaſconibus angliſqꝫ necantur. Jntellecta obſeſſoꝝ ſeditione:carolus arcem expugnat:interemptis vaſconibꝰ cū bona anglorum parte. Deinde ad ſanctum ſeuerum mouens cum per continuam eſtatem dura obſidione locum preſſiſſet:oppidum tandem capit. At paulopoſt carolo in franciam abeūte:oppidani in fide non manſerunt.

Cẽteſimā et quiquageſimā philippꝰ indixit.

¶ Multis bellis occupatus philippus:cum re pecuniaria laboraret tributum a mercatoribus primū:mox ⁊ a clero plebeqꝫ centeſimam atqꝫ quinquageſimam oīm que poſſidebant exigit. Secutūqꝫ eſt aduerſus anglos ingens bellū. Cuiꝰ rei gratia miſſus ab edouardo frater eius eadmondus bayone mortuus eſt. Poſt eius mortem vaſconibus ſollicitis et ſūmopere curantibus preſidio et commeatu munire ciuitates:Robertus artheſij comes qui in aquitania aduerſus anglos bellum adminiſtrabat occurrit fugauitqꝫ:compluribus ex illis occiſis.

¶ Per idem tempus Henricus dux barry q̄ edouardi filiam deſponſauerat campaniā incurſionibus atqꝫ incendijs vexat. quẽ Halterus creciacus cum magnis copijs barrum iubente philippo petens:terram ita vaſtat:vt henricum per campaniam graſſantem domū repetere cõpulerit.

Bellū flādreſe.

¶ Jnſurrexit preterea aduerſus philippum guydo flandrie comes atqꝫ edouardi partium fuit:cum fuiſſet a philippo ſue libertati ꝑmiſſus. Hanc belli cauſam iuſtā eſſe ratus philippus:arma capit:et magno militum robore in flandriam ꝓgreditur. Et ad inſulam caſtra ponens oppidum cum arce expugnatuꝫ recepit. Dum hec a philippo geruntur carolus aquitania prefectis relicta:artheſium reuerſus eſt. Atqꝫ a ſancto audomaro copias in flandrenſes mouet. Cui occurrens apud furnas guydo comes:ſexcentis equitibus et ſexdecim peditum milibus inſtructus:prelium non detraxit. Jn quo guillermus iuliaci et henricus bellomontenſis cum plurimis capti ꝑ diuerſas cuſtodias aſſeruari iuſſi ſunt:et furne cum omni valle caſſetẽſi a Carolo occupate:guido vero brugis ſe recepit. Ad quem edouardus anglus ex anglia concedens:cum audiſſet philippum ad ſe infeſto agmine ꝓficiſci relictis brugis ip̄e et comes gandauū petunt. Philippo quidem (abeunte guidone) brugenſes deditionem fecere. Nec multi dies interceſſerunt. cum edouardus inducias a rege poſtulauit.

Jnducie.

Quibus ad biennium conceſſis et iureiurando

Sancti ludouici in ſctõs relatio.

roboratis philippus flandria egreſſus eſt. ¶ Eodem tempore bonifacius octauus pontifex romanus ludouicum regem claris operibus et miraculis illuſtrem in numerum celeſtium incolarum rettulit.

Regalia.

Conceſſit preterea philippo atqꝫ eius ſucceſſori filio priuilegiũ vacantium eccleſiarum prouentum anni vnius exigendi: preterqꝫ earum quas cathedrales et monaſticas vocant: id autem ius regalie appellatum eſt quod regibus ita peculiare eſſe franci contẽdunt: vt nihil magis ad ius regium pertinere poſſit.

¶ Conuenere per id tempus apud vallicolorẽ aubertus alemannus rex et philippus qui veteris amicitie atqꝫ ſocietatis iura innouarunt. Firmata inter reges beniuolentia cũ induciaꝝ finis adeſſet: philippus carolum valeſiũ cum valida militũ manu in flandriam mittit: qui duaco atqꝫ bethunia capta: brugas cõtẽdit aduerſus robertum guidonis filium: qui illic caſtra fixiſſe dicebat. Prelij poteſtate facta: cũ victoria ad francos inclinaret: fugientes flamingi gandauũ ſe recipiunt.

Guido comes ⁊ robertus ei⁹ filius in viculis habentur.

Quos cum carolus inſequeretur: guido intercedentibus amicis cũ filio roberto ad carolum ſupplices acceſſerũt deinde ad philippum deducti diuerſis cuſtodijs mancipantur. Tunc flandriã ingreſſus philippus: fide illi a proceribus preſtita: iacobum de ſancto paulo flandrie prefecit. Nec parum fortune fuit tot ſecularibus bellis regem implicare: niſi romanũ etiam pontificem aduerſus eum ꝓuocaret. Bonifacius enĩ octauus bellũ hieroſolymitanũ animo agitans: cũ ſperaret philippũ ad id bellũ inducere: appamenſem epm ad regem mittit. Qui incaſſum ſe niti cum intellexit: minis agere tentans: quaſi philippũ regno priuandũ dictaret: ſi pontifici non ſuffragaret in carcerem philippi iuſſu coniectus eſt. Quo facto quia ius gentium violaſſe philippũ bonifacius diceret: vt erat ſupra modũ arrogans: vltionem parat. Itaqꝫ miſſo in franciam archidiacono narboneñ. philippũ vetat quicqꝫ de eccleſie prouẽtibus ꝑcipere: q̃ tñ etſi eccleſiarũ defenſor ſit: ſe tamẽ regnũqꝫ francie per eius cõtumaciam ad romanã eccleſiã deuolutum eſſe. Si ſecus faceret: ipm cum fautoribus in hereticorũ numerũ habiturum. Epiſcopis quoqꝫ et aliquot abbatibus theologis inſuper et pontificij iuris doctoribus diẽ dicere iubet: rome ad kalẽ. nouẽbres ſe ſiſtendi. Simulqꝫ indulgentias et conceſſiões a romanis pontificibus francis elargitas nullas eſſe declarat. His mandatis ab archidyacono expoſitis philippus epm appamenſem qui ob maledicta in regem in carcere tenebatur archidyacono reſtituit. ſimulqꝫ imperat regno ſine cunctatione illũ excedere. Inſequenti poſtea vere conuentu pariſij habito pontifices primũ philippus cõmemoratis quas a bonifacio acceperat iniurijs rogat: a quo ſuarũ eccleſiarũ predia prouẽtuſqꝫ accepiſſent: deinde ad ꝓceres cõuerſus. Et vos inquit viri nobiles quem vobis regem dñmqꝫ habere arbitramini? Reſpondentibus ſine controuerſia regio ſe iure illa oĩa tenere atqꝫ tueri: at inquit rex. bonifaci⁹ ita agit: quaſi vos regnũqꝫ omne francoꝝ ſedi apoſtolice ſubiectum ſit. Imperiũ enĩ alemãnorũ quod ipe alberto ter petenti negauerat: illud cũ francoꝝ regno ſimul alberto contulit. Nos autem o viri fidei veſtre atqꝫ beniuolentie gratias agentes pollicemur: libertatem publicam veſtra ope freti ꝓtegere.

¶ Conuentu diſſoluto: rex publico edicto ꝓhibet e regno quicqꝫ auri argentive aliaꝝqꝫ merciũ exportari: cõſtituta in preuaricatores edicti pena. Iubet p̃terea ad regni extremos fines atqꝫ exitus cuſtodes aſſignari: qui ingredientes egredienteſqꝫ aſſeruent.

Cauſa cedis in frãcos apud curtracũ a flamingis facte.

¶ Interim dum hec a philippo ſollicite curantur: ſeditio a flandrẽſibus in iacobũ comitem ſancti pauli quẽ genti prefecerat rex orta eſt: ob vectigalia quibus comes incolas aggrauabat. Ad curtracũ hec primo peſtis exundauit. Fitqꝫ a plebe brugenſi in francos pernitioſus inſultus: cadẽtibus vtrĩqꝫ q̃plurimis. Quod vt reſciuit philippus: delectos bono numero milites brugas mittit. Quos ſimulata parendi humilitate receptos: nocte inſequente brugenſes trucidant. Fama extitit comitem ſancti pauli brugis admiſſum cõminatum fuiſſe oppidanis quibuſdam necem: atqꝫ ob idipm brugenſes animos ad tãtum facinus deſumpſiſſe. Noctis atqꝫ hoſpitis ſui tamen beneficio defenſus comes aufugit: ſuis relictis quos noctu brugenſes ad magnum numerũ furentes trucidauere. Et ſceleris immanitate tumultuoſiores effecti contracta omnis generis hominũ manu: ſpem capiunt guidonem comitem ſuum quẽ in cuſtodia philippus habebat liberandi. Atqꝫ ita mouentes guidonem namurcum comitis flandrenſis filiũ obuiũ excipiunt qui alemannorũ theutonicorũqꝫ raptim copijs inſtructus: eorum expectationem auxit. Parantibus bellum brugenſibus: rex nouas copias roberto artheſieñ. attribuens iubet in flandriam proficiſcatur. Robertus negocium recipiens eductis copijs inter brugas curtracũqꝫ caſtra ponit ad fluentum quod medium inter ſe atqꝫ hoſtes erat. Quod tametſi ponte flamingi iunxiſſent aduenientibus tamẽ francis pontem diſſoluerant. Quo a francis magna contentione hoſtiũ inſtaurato: dies prelio dicta eſt.

Francoꝝ temeritas.

Erant in exercitu brugenſium plebei fere omnes verubus partim partim clauis et preacutis ſudibus inſtructi. Quã ob rem parui illos habentes equites franci: peditem qui in prima acie erat ⁊ bene rem gerebat ad ſe reuocant: atqꝫ ita equites ex equis preliantes in aciem ꝓgreſſi occiduntur. Quibus dum auxiliari Robertus magna vi cõtendit: multis vulnerib⁹ acceptis occubuit: fuge ſe cõmittẽtibus duobus hominũ milibus: inter quos comes ille ſancti pauli et bolonienſis comes/robertuſqꝫ claromontenſis comitis filius principes extiterũt ꝑpetua ignominia notati. Periſſeqꝫ in hoc prelio referuntur preter ipm Robertum genere inſignes viri Godefridus brabantinus cum eius filio egregio adoleſcente. Comes dammallus Iohãnes hannonie comitis filius: reginaldus de neella francus coneſtabilis: Guido caſtrenſis mareſchallus: Iacobus de ſancto paulo/Iohãnes bruliacus baliſtarioꝝ prefectus et alij numero ducenti: quorũ nuda cadauera inhumata triduo feris auibuſqꝫ patuere: donec ex ordine minorũ quidam fraterculus roberti artheſienſis corpus triginta vulneribus confoſſum in proximo virginũ monaſteriolo terre condidit. Occiſorum milia duodecim fuiſſe referuntur. Brugenſes autem tam inſigni victoria adepta feroces: direptis frãcorũ caſtris curtracum cũ arce capiunt. Et guido namurcus ſuperbus iuuenis: rebus maioribus ſtudẽs inſulam obſidet tornacũqꝫ atqꝫ duacum cum gandauo et ypris in ſuas partes vel metu vel pollicitis allicit. et mox attrebates incurſionibus et populationibus infeſtat. Preſignaſſe hanc tam diram cladem cometa ferebatur: qui ſuperiore proximo anno viſus fuiſſet. Hanc a plebeis ignominiã franca nobilitas accepit: que ſuis viribus et generis claritate freta atqꝫ ſuperbiens: popularem turbam et miniſterijs vilioribus operam nauantem cõtempſit. Sumit enĩ animos quiſquis libertatem tuetur: nec inermis eſtimari debet qui pro patria vitaqꝫ decertat.

¶ Eodem tempore pontifices franci quibus ab archydiacono narboneñ. dies dict⁹ erat (tribus ad bonifacium deputatis epiſcopis) purgatos ſe a contumacia faciũt: propterea q̃ ⁊ bello flandrenſi deſtinerentur: nec liceret legibus poſitis regno egredi.

¶ Clade ſuorum accepta philippus copioſiſſimũ ſupra q̃ credi poteſt exercitũ cogit. Progreſſuſqꝫ cum in agro attrebatium caſtra poſuiſſet: hoſtemqꝫ flamingum pene in conſpectu haberet (nam viti iacũ hoſtis obſidebat) neqꝫ hoſtem prelio laceſſiuit: neqꝫ locum vllum oppugnare ſuſtinuit territus vt vulgatum poſtea eſt nuncio quod ſoror eius edouardi vxor ad illum dimiſerat.

Cõmentũ ſeu fictio ab edouardo inuenta.

Cui⁹ commenti autor fuerat edouardus. Nam cum ad flamingos inclinaret: omni ſtudio laborabat bellicum philippi apparatum diſſoluere. Igitur beniuolentiã ſimulans edouardus vxorem de fratris futuro periculo certam facit: dicens ſe certo ſcire ſi philippus prelio aduerſus flamingos congrederetur eum a ſuis in manus hoſtium prodendum fore. Soror accepto fratris periculo philippum ſibi cauere litteris admonet. Huius rei cauſa rex othelinum burgũdionum ducem comitatu artheſij donat. Moxqꝫ preſidijs per loca munitiora relictis: reliquũ exercitum domũ dimiſit.

Clades flamingoꝝ.

¶ Paucis vero poſt diebus flamingus commiſſi ſceleris penã excepit. Nam apud ariam occurrentes brugenſibus franci ſupra octingentos interemerunt.

¶ Hec cum in francia geruntur carolus valleſius in appulia agens poſtqꝫ de brugenſi victoria certum nũcium accepit: compoſita cum frederico de rebus ſicilie pace: ad philippum ſe recepit.

Burdegalenſes philippi detrectant imperium.

¶ Burdegalenſes cum incõmodũ a francis ꝑ flamingos acceptum cognouiſſet: philippi detrectantes imperium regios miniſtros qui apud eos erant ciuitate extrudunt. Sibiqꝫ ditionem vſurpant. Verebãtur enim ſi quando icto inter francos angloſqꝫ federe in edouardi poteſtatem venirent: pena non diſſimili plecti: qua lõdonienſes edouardus paulo ante affecerat: quos ad rebellionem ad ſuarum edium portas ſtrangulatos fuiſſe fama vulgabat.

Bellum rurſus ĩ flãdria.

¶ Pugnatum eſt rurſus eodem anno aduerſus flandrenſes. Qui non procul a ſancto audomaro victi: milia .xv. ex ſuis vno prelio amiſere. preterea apud inſulam graſſantes quingentos flamingos tornacenſes duce fucaudo melleo omnes vel necauerunt. vel captos abduxerunt.

¶ Per eos dies philippus aquitaniam edouardo reſtituit: paxqꝫ inter reges conuenit. Habitumqꝫ eſt non multis poſt diebus pariſij epiſcopoꝝ atqꝫ magnatum conſilium vbi de bonifacij pontificis in francos concepto imperio actum eſt: deferentibus proceribus bonifaciũ pontificatu indignũ eſſe: qui et homicida et hereticus eſſet: quorũ ſcelerũ teſtes in promptu habere facile erat. Fuit igitur omniũ vna ſententia bonifacij iuſſis parere non deberi: niſi prius ſeſe ab obiectis illi criminibus expurgaſſet.

Abbas ciſtercienſis.

Cui ſententie vnus tãtũ ciſtercienſis abbas non eſt aſſenſus: ſed conſilio relicto: ciſtercium ſe contulit. Iohannes quoqꝫ monachus romanus legatus (qui per eos dies legationis munere apud francos fungebatur) cognito quid in boniſacium conſultaretur:ad pontificem reuerſus eſt. Qui autem a pontifice venerāt conſtancienſis archidyaconus et nicolaus beſarus:miſſi vt regno ſacris interdicerent:apud trecas deprehenſi carceri deduntur.

Bellū a flandris.

¶ Erat guidoni flandrie comiti philippus filius qui bonifacij partes ſecutus:non contēnendas ex theutonicis alemaniſqꝫ copias in flandriam deduxit. Quibus aucti flandrenſes ſeuiore q̄ prius animo bellum in francos parant. Et ad fānctum audomarum expugnandi loci ſpe procurrentes: quattuor millibus ex ſuis interēptis morinū proximam vrbem ſine preſidio relictam inuadentes incēderunt. Et cum aduerſus illos grandem admodum exercitum peronnam vſqꝫ philippus promouiſſet:conſilio comitis ſabaudie inducias dedit flandrenſibus et accepit:nulla re glorioſe geſta.

Philippus in bonifaciū.

¶ Poſt hec bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens Philippus:anagniam quo ſe pontifex receperat ſarram ex colūnenſium familia cum nogareto equite franco in italiam mittit:ob cauſam inſinuande prouocationis:qua aduerſus bonifacij iniurias philippus ſeſe tuebatur. Sarra mutata veſte:ne ab italis agnoſceretur:quot poteſt amicos colligit:et conductis ducentis ex ijs q̄ ſub carolo valeſio in appulia militauerant nogaretum cum bona manu ferētinum premittit: vt inde vrgēte negocio ſarre auxiliaris adueniret:ipſe anagniam nocte gibellinarum ope ingreſſus bonifacium in patris domo capit:inde romam deductum ſuperbuꝫ pontificem atqꝫ animi egritudine laborantem mors abſtulit. Ferunt nogaretum ſarrāqꝫ in mandatis habuiſſe pontificem ad philippum ꝑducendi:ſed pontificie ſanctitatis reuerentia partim deterritos partim anagnenſium occurſu prohibitos cepto deſtitiſſe. Talem vite exitum habuit cōtemptor omniū hominū bonifacius qui chriſti preceptorū minime recordatus: adimere et conferre regna pro ſuo arbitrio conabatur:cum non ignoraret eius ſe loco verſari in terris:cuius regnū non de hoc mundo et terrenis rebus ſed de celeſtibus eſſet:quiqꝫ dolo et malis artibus epiſcopatū romanū ſibi queſiuerat:et celeſtinum a quo dignitatem receperat in carcere dum vixit habuerat.

Conuerſi de monaſterio vallis ſarnarij apparitio nocturna.

Non pretermittam hoc loco ſcribere quod conſtanti fide per hos dies in pariſienſi agro accidiſſe ab hiſtoricis accepi. Erat adam de monaſterio vallis ſarnarij conuerſus:cui villa creches ad ipm monaſterium ꝑtinens cōmiſſa a loci abbate fuerat. Hic paucos ante chriſti natalem dies ad villam ſibi creditam ex cenobio ante diei exortum proficiſcens vno ſeruo tantum comitatus:videt in via proceram arborem pruina geluqꝫ albeſcentem ad ſe ociſſime concedere:qua re equus cui inſidebat adam terrefactus e via ꝓſiliens:vix potuit a conuerſo ad viam reflecti. Eodemqꝫ metu affectus ſeruus nutare cepit ita vt in pedes ſtare et ambulare difficile illi eſſet. Propior conuerſo facta arbor cum homini nihil nocuiſſet euanuit:aerem et ſulphureū odorem relinquens. Suſpicatus propterea cōuerſus aliquid a demonio illuſionis fuiſſe ſibi obiectum:ad ſuperos animū vertens:diue marie laudes recitat. Moxqꝫ pone ſe hominis nigri equitantis effigiem conſpicit:aduerſum quem adam indignabundus. Cur inquit infelix mihi audes inſultare: cum mihi habeam in monaſterio comprecatores fratres quibus cura ſedula eſt me et reliquos a cenobio abſentes deo et diue marie commendare? Ubi quādoquidem nulla tibi pars mecum eſt. Diſcedens inde ad pauculum tempus demon:protenus conuerſo aſtitit forma hominis q̄ maxima: cui prolixum et gracile collum erat. Quem ſe infeſtantem adam fruſtra pugione repellere conatus: videt confeſtim illum mutata effigie mediocri ſtatura eſſe et monachi inſtar cuculla faciem velare:cuius oculi ſicuti es cādens rutilabant. In quos dum conuerſus gladiolum incaſſum vibrat:pecudis ſimilitudine viſus demon non minor q̄ aſinus auritus apparuit. Unde magis timens ſeruus:domine inquit deſcribe in ſolo orbem:atqꝫ in medio crucem chriſti inſculpe: in circo enim ſtantibus nobis nihil aduerſabitur inimicus. Fecit igitur conuerſus ſicuti a ſeruo fuerat admonitus. Nec ſic deſtitit impius aduerſator. Nam aſininas aures in cornua commutauit: atqꝫ ad circulum concedens opprobrijs eſt a conuerſo reprobatus: et ſputis contaminatus. Cumqꝫ a ſeruo doctus conuerſus cruce ſe ſignaſſet:demon in dolij ſpeciem figuratus: ſe molerias vicum verſus in rote ſpeciem circumegit: conuerſo illeſo relicto. Huius tam mirandi euentus indicia extiterunt. Abbas imprimis vallis ſarnarij: qui a conuerſo fidem rei queſiuit. Scriptor preterea hyſtorie:loci vbi hec geſta ſūt inſpector qui equum prius manſuetum calcitrantem poſtea atqꝫ ferocientem ſe vidiſſe profitetur. Languor item ſerui diuturnus: et veſtium conuerſi intolerabilis fetor:et vocis donec zinziber deſumpſit difficilis emiſſio.

Angoliſma ciuitas mortuo comite marchienſi philippi fuit

¶ Per eoſdem dies Marchienſi comite mortuo: Angoliſma ciuitas Philippo obuenit. Quam ipſe adiens aquitaniam quoqꝫ et tholozatium prouinciam viſitauit pacatis quorūdā animis qui ad rebellionem ꝓcliui eſſe ferebantur.

¶ Reuerſus in franciam philippus ratus flamingos ferociam deponere:ſi guido eorum comes carcere liberatus ad eos mitteretur:comitem cum filio guillermo dimittit. Illi poſtqꝫ ſeditioſam gentem ad ſanitatem ducere non potuerunt: ad philippum vt promiſerant conuertuntur.

Bellū in flādria

Cognita flandrenſium pertinacia philippus: tertio in eos mouens apud montem populorum(ab arboribus populis quarum in eo loco copia eſt ſic vocatum)poſitis caſtris:cū ſperaret flandrēſes in prelium deſcenſuros cognouit hoſtem vallo ſe continere:et caſtra carris quadrigiſqꝫ circumualaſſe. Igitur cum adueſperaſceret:rege exarmato ⁊ militibus paulo negligentius agētibus:ecce irrumpit in regem ferox hoſtis: atqꝫ in cōſpectu philippi occiſis petro gentiano ⁊ iacobo fratre eius:alijs quoqꝫ non paucis rex conſcenſo equo cuꝫ ipſe ſibi galeam impoſuiſſet:in hoſtem animoſiſſime fertur:obuios quoſqꝫ interimens.

Flandrēſiuꝫ cedes

Quē reliqui inſecuti viginti milium flamingorum ſtragem fecere: ita vt niſi ſuperueniens nox tenebris hoſtem protexiſſet: actuꝫ prorſus de flandrenſibus extitiſſet. Redijt ex prelio rex facibus accenſis que noctis caliginem ſuperent. Huius victorie tempore flandrenſis comes qui compēdij aſſeruabatur defunctus eſt.

Caritas ānone

Moritur item iohanna philippi vxor. Fuitqꝫ his diebus tanta annone per franciam caritas vt frumenti menſura q̄ ſextarius appellatur:ſolidis veniret centuꝫ. Piſtores ꝓpterea publici ne plebs expoſitos a ſe venales panes deſumeret:vixqꝫ auferret:officinas clauſerunt donec recenſitis diuitum ⁊ religioſorum horreis frumentum venale iuſſu philippi ꝓmeretur.

Edouardus tertius āgl⁹ rex

Mortuo deinde edouardo anglie rege: ſucceſſor eius filius edouardus yſabellam philippi filiam vxorem duxit.

Clemēs quītus

¶ Per eoſdem dies mortuo benedicto vndecimo:qui philippū ab excommunicatione bonifacij abſoluerat:conuenientibus peruſij cardinalibus curāte maxime philippo bernardus gottus vaſco burdegallenſis archiepiſcopus pontifex abſens eligitur:quem clementem quintum āppellauerunt. Hic tempore electionis cuꝫ in gallia ageret cardinales lugdunuꝫ ad ſe venire iubet. Ubi tyara pontificali fuit coronatus :aſſiſtente philippo ⁊ principibus compluribus francis. Ex eo tempore anno ſalutis. M.ccc.quinto cepit clemens auinionem vrbem incolere:vbi per annos quattuor ⁊ ſeptuaginta ſedes pontificum manſit. Publice leticie que propter noui pontificis aſſumptionem agebatur calamitas non defuit. Erat iuxta viam qua pontifex ducebatur murus veteri materia male concinatus. In hunc cum turba viſendi pontificis deſiderio conſcendiſſet: vetuſtate exeſus ⁊ pondere ſuperextantis populi preſſus murus in britonum ducem collapſus eſt. Conſecrato clemente cardinales ex colūnenſium familia ſuis dignitatibus predijſqꝫ a bonifacio deſtituti reſtituuntur. A quo etiam clemente dum ex lugduno burdegallā petit tam magnis impenſis eccleſie grauate feruntur:vt inde ad philippum graues admodum querele delate ſint.

Monete reformatio

¶ Philippo aūt qui ad bellum flandrenſe grandes ſumptus feciſſet pontifex decime ius donauit. Conceſſitqꝫ vt eccleſias ſacerdote vel miniſtro deſtitutas ſibi ſeruiētibus clericis atqꝫ benemerenti familie conferre poſſet. Et quoniam per id tempus iuſti ponderis moneta non eſſet:philippus pontifici pollicetur illam ad legitimam eſtimationem ſe reducturum. Atqꝫ ita clementē philippus dimittens: cum in franciam rediiſſet margaretam burgundie ducis maiorem natu filiam ludouico vxorem accipere permittit.

Seditio bellouacoruꝫ in ſuum epm.

Sedauit preterea ortam a bellouacis in ſymonem epiſcopum ſeditionem: que eo proceſſerat: vt ciuitate extorris pontifex nobilium quorundam manu collecta ciues quoſdam ex inſidijs ceperit: ſuburbijs igne conſumptis.

Stephanu barbetus

Seditio pariſiorum.

Tumultuatum etiam eodem anno a pariſijs ob monete vſum. Diuites eniꝫ qui ſuas inquilinis ⁊ variorum miniſteriorum opificibus domos locauerāt minoris precij monetam accipere annue penſionis loco recuſabant alteram que iuſtioris ponderis erat exigentes. Cuius inuenti autor ſtephanus quidaꝫ barbetus habebatur. Hic ſtephanus in delitijs habebat hortos a ſuo nomine barbetos appellatos cum preclaris edibus:in eo loco(cui baberti porta nomen poſtea manſit) Furēs ergo populus in ſtephani poſſeſſiones delatus:quicquid in edibus ⁊ hortis precioſum fuit vaſtat atqꝫ incendit: mox inde mouentes ad viam ſancti martini vbi ipſe barbetus incolebat ſe conferūt fuſtibus clauiſqꝫ ⁊ verubus vt cuiqꝫ arma furor miniſtrabat inſtructi. Effractis ſtephani portis domuꝫ ſupellectilēqꝫ omnem diripiūt.

¶ Erat per hos dies philippus apud templarios: quem nichil periculi expectanteꝫ ſeditioſi in templo confeſtim obſident. Nec quicqꝫ ad eum inferri ſuſtinebant quod non vel raperent vel ceno inficerent. Tam repētino populi motu attonitus rex:miſſo ad ſeditioſos pariſiano cum quibuſdaꝫ aulicis ꝓpoſito:dicere illis īperat:ſi q̄d in illos a quopiā cōmiſſuꝫ eēt:aut iniuria illata ſe regē eē

Pena i ſeditioſos.

ludouic⁹ hutinus nauarre rex.

Error tẽplariorum.

Lugdunẽſis ãtiſtes ſue temeritatis penas luit.

qui eos tueri poſſit. petant modo ſi quid a rege optent: ꝛ domum abeant ſe protenus curaturum vt populo melius conſultum ſit. His pro tempore ſimulatis leuis populus a furore temperans: cum domum quiſqꝫ petijſſet: nichil cunctatus philippus ſeditionis autores ad octo ꝛ viginti correptos furcis ad quattuor vrbis celebriores portas erectis illaqueari ꝛ ſtrangulari mandat. Nec multo poſt monetam ad legitimum eris valorem cudit. ¶ Et per hos dies ludouicus hutinus philippi filius pampilone a nauarris rex coronatus atqꝫ appellatus eſt anno domini. M.ccc.ſeptimo. Tum etiam proditus eſt templariorum error: qui apud hieroſolymam fidei defenſionem profeſſi: cum primum religionis conſideratione opulentiſſimos ſe effeciſſent: preclariſſimis per orbem chriſtianum edibus comparatis: chriſto reiecto falſis ſe religionibus dediderunt. Erat enim illis ſimulachrum cui pellem humanam ſuperinduxerant: appoſitis ad oculos ſtatue duobus fulgentiſſimis carbunculis qui vice oculorum micarent. Ei ſtatue dum quipiam ad illos ingrederetur: ordinem vitamqꝫ templariorum profeſſurus: abnegato ante omnia chriſto ꝛ cruce eius calcata: ſacrificium faciebat. Morientis autẽ corpus in puluerem adactum ceteris in potum conferebant: quo poculo conſtantiores ſuos fieri arbitrabantur. Preterea ſi ex templarij coitu infans ex puella virgine naſceretur: hunc igni torrebant: exqꝫ eliquata inde pinguedine ſuum ſimulachrum decoris gratia vngebant. In confeſſo quoqꝫ habitum eſt: eorum dolo diuum ludouicum dum in ſyria peregrinaretur: in vinculis a ſoldano egypto coniectum fuiſſe. His atqꝫ huiuſmodi criminibus: ꝛ ꝙ iteꝫ maſculorum fediſſimi amatores eſſent: templariorum ordo in concilio viennenſi anno dominice pietatis milleſimo trecẽteſimo duodecimo per clementem quintum finem excepit. Comprehenſis vbilibet terrarum qui eius impietatis fuerant atqꝫ crematis. ¶ Adminiſtrabat eadeꝫ tempeſtate eccleſiam lugdunenſem quidaꝫ non ſatis prudens epiſcopus: qui ob blaſphemias regie ſublimitati irrogatas obſidione a ludouico hutino cinctus: ꝛ inde ad philippum deductus poſt longaꝫ cuſtodiam ſatiſfactione exhibita: tandẽ ſue libertati permiſſus eſt. ¶ Nõ intercedentibus poſt hec multis diebus lugdunenſes coniuratione facta a rege deficiũt: mouenteſqꝫ ſancti iuſti caſtellum diripiunt. Sed per ludouicum hutinum edomiti ſe imperata facturos iurant. Et motus iterum bellum a flamingis inſurgit: cuius autor extitit Ludouicus filius guidonis flandrenſis niuernenſis comes. Qui ob id decreto parlamentei ſenatus ſua hereditate priuatus eſt: ꝛ bona eius publicata.

Femine inſignes punite.

Pena i adulteros

Rebellãt flamingi

¶ Fuerunt quoqꝫ inſignibus feminis ſua fata. Nam vxores filiorum philippi tres adulterij inſimulate ſunt. quamobrem margaretha ludouici hutini nauarre regis coniunx: ꝛ iohanna philippi pictauenſis comitis: regis edicto in caſtello galardi relegate ſunt: quarum libido ſatis in aperto erat. Blancha vero que carolo marchiano comiti nupſerat poſtqꝫ apud dordanum in cuſtodia aliquot diebus fuit: innocens liberata eſt: et viro reſtituta. Stupratores autem philippus ꝛ galterus dannoy fratres (mentulis exſectis) pelle nudati apud pontiſaram vltimi ſupplicij penas ſubierunt. ¶ Interim rebellantibus flamingis enguerrannus mariguyanus qui vna cum philippo regnuꝫ adminiſtrabat: conuocato ad regem ex regni ciuitatibus populo: cum multa preſente philippo de flamingorum crebra rebellione diſſeruiſſent: rogauit poſtremo auditores ſi ad bellum qđ rex aduerſus illos pararet pecuniam ſuppeditarent. Quibus reſpondentibus ſe regijs negocijs opem non ſuſtracturos: enguerrannus gratijs populo perſolutis grande penſum ad militum ſtipendia exegit. Sed tribus ad id bellum regis filijs atqꝫ ipſo enguerranno cum ingẽtibus copijs a rege miſſis: cum ad inſulam caſtra poſuiſſent: re infecta: de enguerranni conſilio exercitum domum dimiſerunt.

Morit philippus

philippi morientis ad filios pia oro.

¶ Philippuꝫ interea morbus inuaſit mortuuſqꝫ eſt apud fontem bleaudi qui vicus in vaſtinio eſt poſtqꝫ annos octo et viginti regnaſſet. Eius cor ex precordijs exſectum in poſſiaco cenobio quod ad diui ludouici aui ſui memoriam philippus condiderat virginibuſqꝫ ſub cuſtodia fratrum dominici ordinis attribuerat ſepultum ẽ: reliquo corpore in dyoniſiano monaſterio terre commendato. Eius mortis cõſcios fuiſſe petrum cathalaunenſem epiſcopum et radulphum praerium in regio ſenatu aduocatum creditum eſt. Sed radulphus innocens inuẽtus eſt. At philippus priuſqꝫ mortẽ obiret: filios tris (quos ſuperſtites ſibi relinquebat) ad ſe aduocans ad maiorem natu conuerſus: Ludouice inquit regnaui hactenus: plurimis vectigalibus ꝛ tributis meum populum vexans: nec mihi ſatis cure fuit monetam cudere que legitimi ponderis eſſet. Eam ob reꝫ multorum in me odia concitaui. Ecce poſt me regnaturus es: miſerere patris anĩe: ꝛ que perperaꝫ a me geſta ſunt ipſe emendes. ¶ Deo ſatis meo nomine fac: de ijs que tibi relinquo: et hieroſolimitano

me voto abſoluas. Vos quoqꝫ filij ſeruate ſinceram inter vos charitatẽ. His a philippo pulchro pro temporis anguſtia breuiſſime dictis: cum dauidis verſiculum. In manus tuas dñe commendo ſpiritum meum religioſe pronunciat: animam efflauit. menſe nouembri pridie diui andree anno chriſtiani natalis. M.ccc.decimotertio. Huic philippo quinqꝫ liberos iohãna vxor peperit: Ludouicum hutinum: Philippum pictauorũ comitem: Carolum marchie principem: filiam quam infantem mors abſtulit: ꝛ alteram yſabellam quam edouardo anglorum regi pater philippus matrimonio iunxit.

Enguerrannus rationeꝫ regni adminiſtrati ponere cogitur

Capita accuſatiõis ẽguerranni

Enguerrãni vxor.

Enguerrã⁹ ſuſpendit patibulo.

Poſt philippi mortem filij eius de patris theſauris ſolliciti cum nichil eris inueniſſent (ferrico pinquigniaco maxime hortante) enguerrannum in arcem lupare pariij coniectum: rationeꝫ adminiſtrati a ſe regni ponere compellunt. At cum bonam theſauri partem carolum valleſium philippi fratrem habuiſſe enguerannus diceret. Carolus egre id ferens: omnes quibus enguerranni nomẽ odio habebatur excitat querimoniam aduerſus eum proferre. Et ne quid gratie a beniuolis enguerrannus reciperet ex lupara (cuius ipſe prefectus erat) ad templarioruꝫ munitiſſimam arcem traducitur. Ipſe paucis poſt diebus cum perductus ad ludouicum hutinum eſſet: iohannes hannerius ad hoc a carolo valeſio edoctus in preſentem enguerrannũ hec que ſubſcripſi crimina cumulauit. Eum quidem philippo fuiſſe ſuſpectum: eam ob rem recuſaſſe illum ne teſtamenti ſui procurationem gereret. Extremam in flamingos expeditionem ſuo dolo fuiſſe irritam ꝙ communicato clam cum niuernenſi comite conſilio: atqꝫ ab eo receptis muneribus conſilium dederit exercitum reducendi. Cuius tamen cauſa grandeꝫ ex regno pecuniam exegerat. Ea preterea nocte qua philippus obijſſet morteꝫ regis theſauros ex lupara alio tranſtuliſſe. Retinuiſſe quoqꝫ ſibi triginta librarum pariſienſium milia que Clementi romano pontifici dono danda a rege accepiſſet. Neqꝫ rationem feciſſe ſexaginta ꝛ trecentorum pannorum quos ex naufragio quodam regis nomine detinebat. Celaſſe quoqꝫ octo ꝛ quadraginta librarum milia: que regi attrebates impendiſſent. Nec in re pecuniaria fraudem modo feciſſe: ſed cum ad arthesij dominam rex quedam que ad regiam dignitatem pertinebant: ſcripſiſſet: enguerrannum ſuis adiectis litteris repugnantia ſcripſiſſe: pollicitũ eam omni incommodo eximere: atqꝫ ab ea quindecim libraruꝫ mulctam dono habuiſſe: quã a cameracenſibus ſi rex decreuiſſet: acceptura erat: eam nichilominus pecuniam ſua auctoritate enguerrannum a cameracenſibus exegiſſe. Et cum regium apud pariſios palatium exedificandum recepiſſet: preter decem milia librarum que illi philippus tribuerat: domos que proxime palatium ciuium erant vſurpaſſe: conſtituta poſſeſſoribus annua penſione que ad illum quotannis perueniret. Commiſiſſe inſuper in priuatos quoſdam inexplebilis auaritie flagitia atqꝫ ita regios qui fiſco preerãt miniſtros ꝛ queſtores ſibi deuinxiſſe: vt ſine eius ſyngrapho regijs iuſſionibus non obtemperent. His alijſqꝫ ab hannerio palam expoſitis: nulla enguerranno ſe purgandi poteſtas fuit. Erat autem illi vxor que liberandi eius cauſa poſtqꝫ multa fruſtra tentaſſet: ad magiam ꝛ diuinationes ſe conuertit: pauloto quodã malefico ꝛ clauda muliere ad id facinus opẽ ferentibus. Itaqꝫ cerea q̃dam ſimulachra ad regis ꝛ caroli valeſieñ. formã demonia arte conficiũt: q̃ lãguentiũ ſpeciẽ pre ſe ferrẽt: ad quorũ ſimilitudinem (niſi male ſors prodita fuiſſet) rex: ꝛ ipſe carolus cõficiendi macie ſenſim erãt: ꝛ definita ad tempus morte conſumẽdi. Cognito maleficio rex totius negocij cenſurã carolo cõmittit. Qui mox accitis quibuſdam magne auctoritatis proceribus enguerrãnum in ſupremo patibuli pariſienſis tigno ſtrangulari imperat. Paulotum par ſupplicium excepit: preterqꝫ ꝙ infra enguerrannum: ad inferiorem trabẽ illaqueatus eſt. Claudam flamma conſumpſit. Vxor autem enguerranni atqꝫ eius ſoror de canteleu in carcerem coniecte ſunt. ¶ Eodem tempore ludouicus Niuernenſis et iohannes namurcus regis beniuolentiam meruerũt rebus ad flãdrenſes ſpectantibus compoſitis. Quarum gratia robertus comes flandrenſium cum ad regem die conſtituto non veniſſet: reiectis excuſationibus quas per ciſtercij abbateꝫ ꝛ quoſdã ad id miſſos procuratores pretendebat contumax dictus eſt: ꝛ in rebellium numero habitus.

Iudei in frãciam reducti

¶ Per id tempus quattuor venefice mulieres cum parato veneno deprehenſe: igne cremantur: quarum opera cathalaunẽſis antiſtes predeceſſor eius petri litigniaci quẽ in cuſtodia habitum ſupra memoraui: fuerat interemptus. Quem inſequente tempore ludouicus ſede pontificia amotum relegauit: inſtituto eideꝫ ſucceſſore ſtephano caroli valeſiani cubiculario. Reduxit ꝛ iudeos quos pater francia expulerat. Et in rebellione ꝑſiſtẽtibus flamingis bellũ indixit. Sed ad liſam fluuiũ cum admouiſſet tãtis ymbribus terra q̃ paluſtris eſt: emollita ẽ: vt

equi gentium tenus in luto continenter eſſent:nec cōmeatus importari ad caſtra niſi magno
labore poterat:ita vt ſingulis vini dolijs vehendis triginta vix equi ſufficerent. Que res cuꝫ
quotidianas difficultates militi afferret: regem adduxit bello abſtinere:⁊ cum tentoria ⁊ bel
liſimpedimenta propter luti iniquitatē educi poteſtas nō fuit: cuncta magno ſuo damno mi
les cremauit. Secuta eſt hanc aduerſitatem annone incredibilis caritas. Deinde fames et
Ludouicus mox peſtilentia. Viſuſqꝫ eſt cometes crinitus. Ipſe inſuper ludouicus apud vicennas defun
hutinus mo ctus eſt:relicta grauida clementia vxore roberti ſicilienſis nepte. Hic ludouicus inſtituit par
ritur. lamenti curiam pariſij ſtabilem eſſe et loco non moueri: ne litigatores crebris circuitioni-
bus grauarentur. ¶ Per hoc interregnum philippus ludouici frater pictauorum comes om
nium procerum conſenſu regni adminiſtratione ſuſcepta francorum ⁊ nauarre ſe rectoreꝫ ap
pellauit. Ad quem venientibus flamingorum legatis: pax inter eum ⁊ robertuꝫ flandrenſeꝫ
Clemētia lu comitem conuenit que litteris mandata flamingorum ſigillis firmata eſt. ¶ Per idem tem-
douici huti- pus clementia quam moriens philippus grauidam reliquerat filium iohannem parit pauco
ni vxor rum dierum regem. Quo defuncto philippus ex rectore rex appellatus eſt. Reclamante bur
gundorum duce ꝙ diceret non ad philippum:ſed ad ludouici defuncti regis filiam regna pa
tris pertinere:que res difficiles poſtea controuerſias francorū quieti inuexit:dicentibus plu
rimis regni heredes filias eſſe non poſſe. Burgundum tamen philippus in ſuas partes alli-
cit:data ei grandiore natu filia vxore. Et cum alias tris filias rex haberet vnam niuernenſis
philippus lō comitis filio:ſecundam dalphino vienneſi collocat. ¶ Interim cum pacis conditiones fla-
gus rex. mingi non reciperent: nec pontificis romani decreto aſſentirentur:inducias philippus pro-
rogauit. Miſſo deinde a pontifice iohanne vigeſimoſecundo in franciam ioſeranno cardina
li qui flamingos philippo conciliaret:cum tornacum perueniſſet:gentis peruicaciam incon-
ſtantiamqꝫ veritus per loci epiſcopum nunciare illis iubet ſe pacis cauſa tornaci eſſe: ad euꝫ
ſe conferant dum de concordia agere licet. Miſſis qui hec flamingis exponerent duobus ex
minorum ordine fratribus inter quos petrus de palude fuit robertus comes eos in vinculis
haberi iubet. Qui ex eo tempore ex gandauenſibus plebe excitata inſulam oppugnare con-
Comes flan ſtituerat. At vbi ad liſam flumen vētum eſt:conuerſus in comitem populus. Nos inquiunt il
drie rebellis luſtris comes inducias que tibi cum rege iurate ſunt ſeruare promiſimus. Ideo te non ſequi
ad bellum in animo eſt. Deſtitutus igitur comes exercitu legato audientior fuit. Nam torna
cum ſe contulit:vbi regij oratores ſe continebant. Promiſit comes primo vere pariſium ad
regem concedere:fidemqꝫ preſtare ⁊ cetera confirmare que in conditionibus pacis conuene-
rant. Sed cum dies conuentionis ſucceſſiſſet:per nuncios excuſatum ſe facere falſis argu-
mentis conatus eſt. Inſtante tamen legato anno ſalutis. M.cccxx. Robertus ⁊ flamingorū
procuratores in philippi verba iurauerunt. Sed de pacis conditionibus cum ad conſtitutuꝫ
diem ageretur. firmare conuenta comes recuſauit niſi tria ſibi oppida inſulam bethuniam
et duacum que rex occupabat redderentur: que ⁊ ipſe enguerrannus marignanus philippi
pulchri olim negociorum geſtor:regio nomīe facere promiſiſſet. Naꝫ inter pacis leges que il
lo tempore dicte erant:adiectum extitit flandrie comitem debere regi duodecim milia libra
rum annui prouentus intra francie regnum conſtituere. quod quandoquidem comes non cō
pleret ea que ſupra dixi oppida philippus pulcher memorati prouentus loco poſſederat.
Que cum relinquere rex nollet:comes feſtināter re infecta digreditur. Sed a procuratoribus
Paſtores. flaminge gentis reuocatus:propoſitā prius pacē admiſit:roborauitqꝫ. ¶ Dū hec difficili ne-
gocio agūtur:ouiū quidā paſtores admoniti celeſti vt ipſi aſſeuerabāt oraculo in ſyriā religi
onis xp̄iane cauſa ꝓfecturos ſe iactabāt. Qui poſtqꝫ magno nūero aucti ſunt: latrūculis nō
diſſiles cū predas agerēt carcaſſonā vſqꝫ ꝓgreſſi ab incolis grege facto diſſipati aufugerūt
Leproſi cōpluribus interfectis ⁊ patibulo ſtrāgulatis. Afflicti q̄qꝫ leproſi q̇ iudeorum hortatu ſuſce-
ptuꝫ ab eis venenū puteis per omnē franciā infundere coniuraſſent:vt qui inde in potuꝫ hau
rirēt aut interirent:aut elephantie virus inciderēt. Itaqꝫ farmacon ſanguine⁊ lotio humano
herbiſqꝫ quibuſdam letiferis confectuꝫ panno inuoluentes in puteos demittebāt lapide ad
bibito vt ad aque fundū cito deferretur. Id cum in prouincia narbonenſi a leproſis factum
philippus accepit:veneficoſqꝫ omnes flammis fuiſſe punitos:inquiri per reliquū regnum le
Iudeoꝝ inſe proſos iubet. quos de crimine cōfeſſos vna cuꝫ pleriſqꝫ iudeis vindex flamma corripuit. Fu-
lix ꝑtinacia. iſſe per id tempus conſtat iudeos quadraginta vitriaci ob id ipſum in cuſtodia habitos mi
rabile in ſeſe facinus perpetraſſe. Nā cum ſe morti addictos iam minime dubitarent:duos
ex eorum numero delegerunt qui eos occiderunt:ne chriſtianoruꝫ manibus ſumerent ſuppli

---

cium. Vetuſtiſſimus illorum atqꝫ iunior execrabile miniſteriuꝫ exequuntur. Omnibus inter
emptis cum duo tantum homicidij autores ſupereſſent:ſenior iuniorem orat ſe necet. Ille ſe
niore occiſo cum ſe ſolū videt:direpto auro quod apud interemptos erat:fune ex defectis lin
theis facto per feneſtram ſe dimiſit. Sed ⁊ corporis atqꝫ auri grauitate fune qua ſe deorſum
mittebat diſſoluta:in foſſam delapſus crus fregit:atqꝫ ita in foſſa ꝓcumbens deprehenſus ē
⁊ vltimo ſupplicio affectus. iudeorum autem cadauera cremata ſunt. ¶ Cogitauit etiaꝫ phi
lippus menſurarum genera que per franciā plurima erant:vlnam quoqꝫ ⁊ monetā ad vnam
ſpeciē formāqꝫ perducere. Sed valitudinarius factus inſtitutū nō expleuit. Nam ⁊ quaterna
febri diutiſſime vexatus tandem alui profluuio apud fontem blandi interijt. Corporis eius
partes tres facte ſunt. Cor minores:inteſtina predicatores apud ſe pariſijs terre condiderunt
corpus ad ſanctum dyoniſium elatuꝫ eſt. Anno dominice pietatis. M.cccxxi. Poſt eniꝫ diui
ludouici mortem qui ab ipſis mendicantium fratrum ordinibus litteras didicerat :conſuetu
dinem fecerant predicatores atqꝫ minores cū integrum regū cadauer habere nō poſſent inte
ſtinorum ſibi partes ad ſepulturā vendicare. ¶ Inſurrexit per idē tempus iohannes de pol **Iohānes de**
liaco natione picardus aſſeuerās eos qui mendicantibus religioſis peccata confitētur: opor **polliaco.**
tere eadem ſuis plebanis preſbiteris rurſus enarrare. Qui iohannes iohannis. xxij. pape iu-
dicio aliter ſentire ⁊ docere damnatus eſt.

¶ Eiuſdem compendij liber octauus.

Philippo ſine liberis defuncto: Carolus eius frater marchie comes ſucceſſit.
Hic cum blancham mahildis filiam deſponſaſſet: eam a ſe dimittere cogita-
uit. Mahildis enim blanche mater carolum ex baptiſmi lauachro ſuſceperat
q̄obrem eccleſiaſtica lege filiam habere vxorē prohibebatur. Conſultus ad eā
rem pontifex romanus diffinit nuptias(niſi aliqua diſpenſatio preceſſiſſet)eſſe
inceſtas. ¶ Mortuo per hos dies roberto flandrenſi: queſtio de legitimo ſuc- **Queſtio de**
ceſſore apud parlamenti iudices verſabatur:contendente maxime ludouico niuernenſi pro- **comitatu flā**
ximum ſe heredem eſſe. Qua ſpe fretus cum pariſiuꝫ ſe contuliſſet:proceres qui cum eo ex flā **drenſi.**
dria erant contra regias cōſtitutiones ad fidei ſacramentū admiſit. Ob quam cauſam in ar-
cem luparā mittit̄ aſſeruādus Sed nō multo poſt cum heres a iudicibus eſſet declaratus ab
ſoluitur:regiqꝫ fidelitatis iuſiurandū exhibet atqꝫ in flandriā ſe recepit. ¶ Erat eodē tempo-
re in aquitania iordanus inſulanus nobilis quidem ⁊ in primis potēs: cui ob inſignem eius
potentiā iohannes vigeſimuſſecūdus pōtifex romanus matrē matrimonio iūxerat. Sed mo
ribus cum eſſet ferox rapiniſqꝫ atqꝫ homicidijs dehoneſtabat:ob que flagitia primo ad regeꝫ
delatus:cum amicorum preſidio veniā impetraſſet:criminibus non abſtinuit. Sed miniſtrū
quendā regium(quem ſeruientē vulgus vocat)virga qua ad officiū ſeruiens de more vtebat̄:
trucidauit. Vocatus ergo ad carolum multis armatis ſtipatus veniens:poſt legitimas accu
ſationes ⁊ cōmiſſorū a iordano argumenta: iudicio parlamētei ſenatus ad patibulū tractus
ab altiore furcarum tigno pependit. ¶ Exactis poſt hec paucis menſibus mortua apud argi **iordanus in-**
montem maria caroli vxore bohemoruꝫ regis ſorore iohannā ebroicen̄. comitis filiā ex diſpē **ſignis. aqui-**
ſatione pontificis ꝙ eius cōſobrina eſſet:ſibi copulauit. Et mox apud aquitanos ab hugone **tanᵘ patibu-**
mompeſaco ex huiuſmodi cauſa bellum inſurgit. Mompeſacus in loco qui regis erat propu **lo appendit.**
gnaculum munitiſſimū extruxit:idqꝫ ad anglum regem ꝑtinere contēdebat Lite ab arbitris
diſcuſſa:rex preſidiū propugnaculo imponit. Quod poſtea mompeſacus auxiliante aquita-
nie mareſcallo:occiſis qui in eo erāt cuſtodibus recupat. Quā iniuriā nō equo animo ferens
carolus ne in re ſua iudex eſſet:anglum regē per nuncios monet:mompeſacū caſtiget:⁊ de in
iurijs ſatiſfaciat. Deputat anglus fratrē ſuum aymerum:data poteſtate controuerſiā compo
nendi. Qui ad carolum ꝓficiſcens oīa pro regis voluntate diffinit. Igitur rex miſſo cum an- **Belli cauſa i**
glis iudicibus in aquitaniam iohanne darblao qui eius nomine ſatis de iniurijs factionem **aquitania**
exciperet:poſtqꝫ ad primos aquitanie fines ventuꝫ eſt. Et tu iohānes inquiūt angli:ſi capiti
tuo parcis:in franciam reuertere. Quo verbo iohannes dolum intelligens:regi nunciat iudi-
cum perfidiam. Qua cognita rex non ignarus quia per anglorum contumaciam ad ſibi edi-
tam diem rex anglus non veniſſet: aquitaniam ad fiſcum rediſſe. Carolum valeſium cum ex
ercitu qui regionem vendicet mittit. Is agenum vrbem petens: eam dedentibus ſeſe ſponte **aymerus ne**
ciuibus capit:infenſi eñ aymero erāt ꝓpter pecuniā quaꝫ ab eis ſupra paucos dies exegerat **quā anglus.**

et propter ſpecioſiſſime cuiuſdam puelle ſtuprũ quam ille abduxiſſet. Profectus deinde riolam carolus vbi aymerus ſe receperat: cum militeʒ propius admouiſſet: eruptione ab oppidanis facta francos cedere coegerunt: occiſo ſancti florentini domino. Cuius mortem vindicaturus carolus: extructis machinis atqꝫ ligneis tabulatis ad muros admotis: oppugnare locum mandat. Pugnabat enĩ francus ex ipſis tabulatis conſerta manu aduerſus hoſtẽ ita vt deſperata ꝓpe ſalute: de pace ad carolum nuncios hoſtis miſerit. Contentus ſe atqꝫ locuʒ carolo permittere: modo liceat ijs ſedes non mutare qui ⁊ manere: ⁊ regi franco fidem iurare velint: reliquis angli partes ſequi volẽtibus ſaluis ſuis fortunis abire. His conditionibus propoſitis aymerus relictis apud carolum valeſium obſidibus viris ꝓceribus: in angliã ad regem ire permittitur: qui regis ſententiam de legibus pacis exquirat. ¶ At cum non reuerteretur aymerus: riolla carolo deditur: ⁊ mompeſacus diruitur. reſtituiturqꝫ propugnaculuʒ quod hoſtis deiecerat. ¶ Riolla recepta reliqua aquitania preter burdegallam baionam et ſanctuʒ ſeuerum carolo obtemperat.

Regina anglie cuʒ filio edouardo in franciã venit

¶ Non intercedentibus poſt hec multis diebus: regina anglie yſabella caroli regis ſoror in franciam veniens inducias a fratre obtinet: ſpe (vt ipſa dicebat) componende firmioris pacis: atqꝫ interim ad virum ſuum regeʒ mittit. Qui pollicitus poſt paucos dies bellouacum cõuenire: ibiqꝫ franco regi debitã ob aquitanie principatuʒ fidem preſtare: per nuncios filio edouardo qui cum regina venerat omnem aquitaniam attribuit. Qua ex patris dono recepta: edouardus in verba regis franci iurat: ⁊ vt eſt in verbo gallico homagium exhibet. At regina edouardi mater: cum aliquot dies in francia manſiſſet: timens ne viro ſuſpecta haberetur: in angliã reuerti inſtituit. Id poſtqꝫ reſciuit rex anglus: ſingulis portubus cuſtodibus appoſitis mandat reginã ingredi angliaʒ prohibeant: atqꝫ vt nequitiam diſſimulet romanũ pontificem per legatos orat carolum francie regem moneat yſabellaʒ ad ſe remittere. Quod vbi yſabella reſciuit. Illa nichilominus accerſito iohãne hãnonio guillermi comitis hannonie fratre ſtrennuo equite qui trecentos milites in poteſtate habebat in angliam nauigat. Et quoad maxime potuit pleroſqꝫ ſibi ex anglis cõciliat: exhibẽs illis edouardum filium vt illum quaſi futuruʒ aliquando regem vererentur. Nec deſtitit quoquouerſum rex anglus iret eodem ſe recipere. Quam cum pertinax maritus nullo pacto audiret: proceres indignati arma in eum mouent: a quibus egre ſe tutatus anglus: ad gallias inſulam ſe recepit. Captus eſt hugo diſpenſarius apud breſtum. Cuius conſilio rex vxorem nõ admittebat. Captoqꝫ paulopoſt rege anglo cõuenientibus londonijs proceribus repudiato patre edouardum filium regni dyademate inſigniunt. Anno chriſtiane ſalutis milleſimo trecenteſimo vigeſimoſexto. Johannem vero diſpenſarium poſt euulſa illi inteſtina ⁊ ſe inſpiciente cremata: capite puniunt. Carolum autẽ pulchrum anno inſequente apud vicennas morbo extenuatum mors abſumpſit. Impoſituſqꝫ eſt regio ſepulchro in ſancti dyoniſij ede. Anno ſalutis trecenteſimo. xxvij. ſupra mille

Poſt huius obitum cum iohanna eius vxor grauida eſſet: diſceptatio inter ꝓceres inſurrexit quis interim dum regine partus expectatur regni adminiſtrationem gereret. Duo erant qui id ſibi iure deberi predicabant. Carolus valeſius et edouardus tertius ex maria philippi pulchri filia natus. Carolo maxie ſuffragabatur ꝙ ipſe maſculino gradu carolo pulchro ꝓximus haberetur. Edouardo aũt ſi quod ad hanc rem ius pertineret id a femina eſſe que nullo tꝑe viſa eſt francorum imperium moderari. His rationibus valeſius adminiſtrando regno preficit. De nauarre regno contendentibus plurimis nichil tunc diffiniri potuit. Que res qꝛ ad eam quam percurrimus hyſtoriam conducere minime videtur illam pretereo. Per id tempus de petro remo ſupplicium ſumptum eſt ꝙ regiam pecuniam male adminiſtraſſet. Et iohãna regina quam grauidã carolus pulcher moriẽs reliquerat apud vicennas filiam enixa eſt. Quã obrem philippus valeſius ex regente rex appellatus eſt: ⁊ a guillermo remorum archipreſule vna cum vxore regina coronatus.

Bellũ in flamingos

Inde pariſios repetens: cuʒ ſecum reputaret ꝗ̃ peruicaces flamingi ⁊ in ſe ⁊ in ludouicum eorum comitem perſiſterent: capto a proceribus conſilio: grãde exercitum in eos ducit. Ad caſletum autem cum perueniſſet: flamingi flocci philippuʒ habentes gallum ex lineo panno cum his verbis effigiant. Cum hic gallus reſonabit rex repertus caſletum occupabit. Philippum enim repertum appellabant: arbitrantes illum non legibus factum regem. Hanc galli effigiem in edito loco philippo illudentes conſtituunt. Qđ factum magne calamitatis cauſa flamingis fuit. Nam ex eo tempore philippus cogitationẽ ſuam ad eorum internitionem vertit. Itaqꝫ accito roberto flandrenſi: cum cum ducentis inſtructis militibus ad ſanctum audomarũ mittit: qui flamingos ne dilaberentur diligẽter obſeruaret. Jubet rurſus ludouicum flãdrie comitem: inſulam cũ copijs proficiſci: qui flamingis ſi quippiam molirentur obſtaret. Animaduerſo tam inſtructo apparatu: flamingi nobilitate deſtituti: cum nullos idoneos prefectos haberent: trifariam ſe diuiſerunt: furnenſes et brugenſes plebeios cum pourpringis ad caſletum ire iubent. Brugenſibus atqꝫ franconijs mandatum eſt tornacum verſus mouere. Iprenſes et curtracij inſule partes recipiunt.

Acies a philippo valeſio ordinate.

Philippus vero ad nouam foſſam reliquũ exercitum continebat. Quam in decem acies diſtribuit: prime mareſchalli et baliſtariorũ prefecti prefuerũt. Secũdam duxit alenconij dux. Tercia magiſtro hoſpitalarij ordinem obtigit. Quartam galterus de caſtilione coneſtabilis accepit. In quita ipſe rex erat: quem nauarrorũ rex cum lothoringie et barry ducibus comitabatur. Sexte ductor burgundie dux fuit. Dalphino viẽneñ. ſeptima attributa eſt. Octaue p̃fuit hãnonie princeps. Nonam britonum dux adminiſtrauit. Poſtreme imperabat robertus artheſienſis. Ad hunc tam inſtructum exercituʒ borboniorũ dux poſtera die quattuordecim militaribus ſignis ſtipatus acceſſit. Hec cum in ampliſſima valle conſtituũtur flamingi conſtitutis ad caſletum edito loco caſtris: vnde francorũ acies deſpicere poterant: ita ſuos ĩſtruunt / vt a francis videri ipſi poſſent. Poſtqꝫ nullam pugnandi poteſtatem feciſſent philippꝰ paulo propius incedere ſuos iubet: vt a monte quo ſe tuebatur hoſtem deduceret. Poſtqꝫ id parum conducere intelligit: mareſchallos vltra caſletum cũ copijs mittit: qui oĩa late ⁊ ꝑderent et cremarent. Sed neqꝫ hoc accepto damno: flamingi loco ſe mouerunt. Reuerſis ab incurſionibus mareſchallis: cum ex labore ſe curare ſtatuiſſent: noſtri ſegnius agere ceperunt neqꝫ excubias adhibent. Sed proceres palantes per tentoria aleam ludebant aut luſibꝰ aĩm relaxabant: rege in tabernaculo ſuo cum paucis cubicularijs et duobus diui dominici ordinis fratribus agente. Quibus ab hoſte vigilanter animaduerſis: tribus ſub veſperam aciebꝰ relicto monte in noſtros ire feſtinant.

Flamingi regẽ inuadũt

Jamqꝫ infeſti aderant: cum a noſtris ſublato clamore pars ſanctum audomarum verſus fugam parabat. Nec moratur hoſtis regis tabernaculuʒ appetere: feciſſetqꝫ niſi a mareſchallis cõtra occurrentibus fuiſſent impediti. Per hãc morã reliquus exercitus armis reſumptis acrem pugnam inſtaurat: atqꝫ interim rex ſuis ad ſe propere venientibus in hoſtes fertur. precedente milone de noiers auriflamme ſignifero: pugnatum eſt ab alterutris acerrime. Sed cedẽtibus tandem flamingis: frãcus victor extitit: paucis deſideratis. Ex flamingis autem octingenti ſupra decem et nouem milia cecidiſſe referũtur. Qui vero ex prelio fuga dilapſi erant cum ſe in agro ſepibus vndiqꝫ vallato recepiſſent a comite hãnonie qui in caſleto monte conſidebat animaduerſi: primo quidẽ ferociſſime reſtiterunt. Deinde fracti noſtroꝝ incurſu oĩs occiſi ſunt. Poſt partam victoriã quarto die philippus mouens receptis in fidem oppidis que ad oram maritimam ſunt: ypras contendit et ſponte deditam recepit ſupplicio affectis quibuſdam defectionis auctoribus atqꝫ armis a ciuibus datis. Cãpana preterea que in edita turre pendebat ad plebem repente cõcitandã deiecta eſt. ¶ Dum hec a philippo geruntur brugenſes qui tornaci fines aduerſus eorum comitem Ludouicum obſeruabant: audita ſuoꝝ clade comitis ſe poteſtati permiſere: quos ad philippum deductos partim rex morte affici: partim in exiliũ agi mandat.

Philippus flãdrie comitẽ alloquit.

Atqꝫ ita flamingis ſubactis philippus ludouicum comitem in flandriam reſtituit: His eum verbis admonens. Age inquit ludouice cautior deinceps eſto: ne per iniuſticiam principatu excluſus noſtram opem rurſus implores. Cuius verbi recordatus comes poſtqꝫ in flandriam venit: ad decem hominũ milia eoꝝ qui rebellionis participes extitiſſẽt interemit.

Guillermus canꝰ patibulo afficit.

In quẽ cũ guillermꝰ canus ex brugis ad brabantinum ducem euadẽs: aduerſus comitem auxilium petit: ad philippum ꝑductus: manibus abſciſſis in rotam primũ more patrio ſurrigitur: deinde patibulo appenditur.

Edouardus

¶ Nondum de aquitania edouardus debita philippo iuramenta preſtiterat. Ideo miſſo in angliam iohanne fiſcani abbate edouardum philippus monet ſecundũ feudi leges fidem exhibeat. At legatos anglus ad ſe non admiſit. Sed a matre eius regina reſpõſo accepto: ad Philippum legati redierunt. Edouardi contumacia cognita rex attrebatem epiſcopũ et baronẽ de craone in aquitaniam legat: qui regionis prouentus ſub regis poteſtate reponãt. Atqꝫ interim in angliam ſecũdo mittit: diem edouardo dicere: ea lege ſi venire negligeret: dicendum ius nihilominus aduerſus eum eſſe. Venit tandem edouardus atqꝫ apud ambianos quo ſe philippus contulerat fidem ob eas quas in aquitania et pontiuiaco terras poſſidebat preſtitit. De his aũt quas a carolo valleſio philippi patre ablatas ſibi fuiſſe dicebat iudiciũ parlamẽtei ſenatus expoſceret. ¶ Eadẽ tempeſtate philippus aĩo voluẽs

Edouardꝰ fidem philippo preſtat.

ꝙꝫ procliues ad ſeditionem flamingi ſemꝑ extitiſſent:miſſo iohāne abrinceñ.antiſtite portas yprenſis oppidi atqꝫ curtraci et aliaꝝ quarūdam arcium munitiones dirui confeſtim iubet.

Robertꝰ artheſieñ.

¶ Per eoſdem dies Robertus artheſieñ.aduerſus mathildem ob artheſij principatum ī iudicio contēdebat:nitebaturqꝫ comitatū ipm paterno iure vendicare:ꝙꝫ parlamenti decreto mathildi fuiſſet affectus.Sed aduerſus decretū robertus litteras recēter inuētas exhibebat quibus ſe terre ipius heredem aſſerebat.Litteris penes regem depoſitis:mathildis diligēter exploratvnde ſyngraphū emanaſſet.Cōpertū eſt id a femina nobili ex bethunieñ.agro quā robertus in delitijs habebat fuiſſe ſequenti calliditate inuentū.

Mulieris aſtutia.

Erat attrebati ciuis potens ꝗ annuū ex comitatu artheſij ꝓuentū emptionis lege ſibi quoad viueret tantū comparauerat:eiuſqꝫ emptionis ſyngraphū patris erat roberti ſigillo firmatum.Ciue mortuo femina ex heredibus līas recuꝑat:vtpote que nullius momēti heredibus eſſent.Litteris receptis ſigillū calenti ferro detrahit:atqꝫ alteris ꝗ ad cauſam roberti ꝑtinerēt cōfectis vetus ſigillū agglutinat:eaſqꝫ ad robertū deferēs ſe illas domi forte fortuna repperiſſe ait.Fraude cognita ꝑ eū qui ſyngraphū ſcripſerat:philippus robertum ad ſevocatū hortať a lite deſiſtat: ſibi ſine ambiguitate conſtare adulterinū ſyngraphū eſſe.At robertus mali propoſiti tenax regem nō exaudit.Quāobrē philippus ſyngraphū ad iudices mittit:⁊ feminā apprehendi iubet.Que tormentis expreſſaveritate igne cōſūpta eſt in eo loco qui porcoꝝ mercatus a pariſijs appellať.

Nota.

¶ Eiſdē diebus querimonia aduerſus clerū exoriť quē ditione ſua abuti pleriqꝫ palā teſtabātur.Eius rei cauſa cōuocato cōſilio:cū de ordinandis legibus agereť:regina viſa eſt conari ab eccleſiaſticis iuriſditionē abrogare.Quod poſtqꝫ philippus cognouit: nō inquit vt clero quicqꝫ detrahať hec contio habita eſt.Non em̄ modo nō auferre eccleſijs ſua iura:ſed ea ampliare in animo eſt:ſatis eſto errata emendare.

¶ Sed de roberto artheſieñ.reliqua ꝓſequamur.Prohibitus robertus captā ob artheſiū litem ꝓducere:qꝛ femine ſupplicīu grauius iuſto ferebat regi detrectare veritus non eſt.Et cū obloquēti dies ad iudiciū dictus eſſet:venire cōtēnēs:me inquit autore philippus rex inſtitutus eſt.⁊ me quoqꝫ autore regno depelleť atqꝫ ita irritatus:equos quos formoſiſſimos habebat cū oī theſauro burdegallam miſit:moxqꝫ in angliā omnia traduci iubet.Ipe ad guillermū hannonie comitem ꝑmū inde ad brabantinū ducem cōſobrinū eius feſtinanter cōtendit.Hic aūt brabantinus guillermi hannonieñ.filiamvxorem filio ſuo accipere inſtituerat.

Regis calliditas.

Quod philippus ſagaciſſime intelligens:cū maxime ſciret guillermū ipm alias ſuas filias magnis principibus collocaſſe et inde ſibi ⁊ potentiā et auctoritatē cōparaſſe:veritus ne acceſſione ducis brabantini incrementum acciperet:preſertim in eo tp̄e cum edouardus bellū in francos parare nūciabatur: brabantinū ad ſe venire cōpēdiū orat quo bohemus rex ⁊ iohannes hānonieñ. ⁊ iuliaci comes atqꝫ leodieñ.antiſtes cōuenerūt.Quibus cū amicitia iuncta philippus brabantino ſeorſum aſſumpto:mōſtrat eas nuptias quas de guillermi filia inſtituerat inferiores dignitate ſui generis eſſe habere ſe filiam quā filio dare ſi nō abnuat velit. His philippi verbis ꝑſuaſus brabantinus:diſcedentibus a rege alijs principibus apud philippū manſit.Ea re cognita Robertus brabantiā deſerens namurcū ꝓfectus eſt.

Robertꝰ artheſieñ. bōa publicanť.

Qui poſtea ob contumaciā regno interdictus eſt ⁊ bona eius publicata.

¶ Per idem tēpus Johānes normannoꝝ dux philippi primogenitus apud meldunū bohemoꝝ regis filiāvxorē duxit. Quo item die brabantini ducis filio maria philippi filia nupſit.Nuptijs celebratis:cōuentu multoꝝ ſacerdotū atqꝫ ꝓcerū Pariſij cōgregato:philippus expeditionem ſe ad hieroſolyma ducturū ꝓponit:⁊ Johāni filio.xiiii.annū agenti regni curam mandaturū:ideo orare eos qui aderāt:filio obtēperarent:⁊ ſi in ea expeditione moreretꝛ:fidem erga illum ſeruarent.Iureiurando ꝓ philippi voluntate recepto:conſiliū rex dimittit.Interiectis inde paucis ad modū diebꝰ:radulphū augi id eſt deu comitem:⁊ beluacoꝝ pōtificē ad edouardum ꝓficiſci mandat: ſciſcitatū ſi ad eā quam in ſyriam expeditionē parat ſociū ſe cōiungeret.Quibus edouardus reſpondet: mirari ſe philippū longinquā ꝓfiteri militiā ꝗ de aquitania id qđ ambianis ꝓmiſerat non abſoluiſſet:oportere quidē illū erga ſe cōuentoꝝ fidem ſeruare:qua expleta ſe ad expeditionē philippo paratiorē fore. Verum ꝙꝫuis ad hunc modū oratores a ſe dimiſiſſet:tamen poſtqꝫ aduerſus ſcotos autore edouardo balliolo bello decertaſſet:cantuarie archiepm cū Philippo montiſacuti ⁊ gaufrido ſcorpo ad philippū legat.Qui initio cū adregem acceſſiſſent:parum comiter habiti:ſue legationis exordia apud comitē deu:et petrū rogeriū rothomagoꝝ archipreſulē:mareſchallūqꝫ trecenſem fecere.Cauſa quāobrēveniſſent expoſita:ad regem ꝑducti oratores pacem cum philippo firmant. Sed diſcedentibus a rege in ſua diuerſoria anglis:

---

mox philippus eos ad ſe reuocare iubet.Venientibus rex ait.eam cum illis pacem iniuiſſe: cuius ſcoti participes habeanť ꝙꝫ de illis nulla prius oratio habita ſit. Hanc angli conditionem cū ſeadmittere non poſſe reſpondiſſent:in angliam abierūt.Eius legationis relatione edouardo facta:excandens anglus iurat ſe prius omnē ſcotiam ꝑditurū:ꝙꝫ ea ſe pacis lege teneri. Anno eodē nundinis in agro ſancti dyoniſij exiſtentibus:repentinus ignis in merces exarſit quo lenditū id eſt vt ſupra interpretatus ſum edictum cōflagrauit .

Punitus iudex corruptꝰ pecunia.

Hugo quoqꝫ cruſſiacus pariſienſis pretor:ex burgūdia oriundus:ob corruptum a ſe iudiciuꝫ penas luit. Et regina in puerperio apudvicennas decumbente:ꝗ philippū pepererat:tanto fulgure atqꝫ tonitru aer inhorruit:vt pars cubiculivbi regina īcolebat deciderit:et cortine cōtrite ſint.Ingētes arbores ſuis ſedibus euulſe ⁊ pleriqꝫ hoīes trucidati. Per hanc tempeſtatē edouardꝰ exulceratū animū gerens ob dirutam apud xantonas arcem:aliaqꝫ ſibi ſubrepta loca:ꝑ nuncios a philippo petit ea omīa reſtitui.De qua re et ſi crebre vltro citroqꝫ legationes interceſſerint:impediente maxime carolo valeſio nulla concordie via fuit.Unde animatis ad belluꝫ regibus:edouardus animaduertens philippū ſcotoꝝ partes ſequi:cum ludouico bauaro amicitiam init:atqꝫ armis ſe ꝙꝫmaxime poteſt inſtruit. At cōtra philippus controuerſiā que burgūdo duci aduerſus Johannē cabiloneñ.ob ſalinarū fontē erat ſedat.

Cometa.

Quo tp̄e cometes apparuit ignitiſſimus futuroꝝ ꝗ ſuperuentura erant et aſtronomi ꝓnoſticabanť index.Nā ⁊ ab anglis incurſiones plurime atqꝫ incendia facta fuere.

Bellū exarſit inter francos atqꝫ anglos.

Nec minus in anglos franci graſſati ſunt occupatis in vaſconia pleriſqꝫ locis:incēſis quoqꝫ in anglia duce Nicholao bucheto nōnullis villis ad maris oram. Nec pretermittit edouardus cum flamingis ſocietatem iungere repugnante magnopere eoꝝ comite:philippo inſuꝑ rege diſſuadente.

Jacobꝰ arteuella.

Sed erat gandaui iacobus arteuella plebeio genere ortus:et qui ſeruili miniſterio carolo valeſio aliquando ſeruierat.Hunc cū aſtutus eſſet et ingenio polleret :edouardus auctoritatem illi apud gandēſes comparat:ita vt non parui intra paucos dies fuerit eſtimatus. Nactus ergo nomen iacobus arteuella gandenſibus ꝙꝫ neceſſaria illis eſſet angloꝝ cōmunio oſtendit . Flamingos oēs lanificio deditos eſſe dicens:qui niſi ex anglia lanas nullas haberent.ideo operepreciū illis eſſe edouardi partes ſequi.hac oratione ꝑſuaſis gandenſibus ipe brugas petit ſatellite multo ſtipatus.Deinde ypras atqꝫ alia maritime ore oppida peruadens ab omībus magna leticia exceptus eſt.

Flamingorū cōiuratio.

Poſtea autē conuentu gandaui facto coniurant oēs bellū cum edouardo gerere.Atqꝫ ita oēs qui exulabant ad ſe reuocarunt:coacta nobilitate obſides dare ne ſecus ac iuratum erat quippiam moliretur.Ea factione compta comes gandauū ſe contulit: ſi forte reducere ad meliorem mentem flamingos poſſet.

Cautus comes ⁊ prudꝰ

Quivenientem comitem apud ſe diſtinent.Sed dolo dolū comes eludit.Exactis paucis diebus facti ſe penitere et eoꝝ ſententiam ſequi ſimulat:et recepta qua vtebantur veſte cepit inter illos ꝑfamiliariter conuerſari. Tandem bonam apud illos opinionem aſſecutus:inſigniores feminas ad conuiuium accepit. Poſt delicatiſſimas epulas cum iocatum luſumqꝫ eſſet:comes venatum ire ſimulans gādauo egreditur cum canū rapaciūqꝫ volucrum turba.Atqꝫ hoc pacto dum querendis vel ardeis vel feris quiſqꝫ ſtudet:ipe cum paucis ſe ſurripiens ad philippū venit. Cuius aduentu letificatus rex:aliquot ex flamingis factionis autoribus ſacris et cōmunione chriſtianoꝝ pōtificis romani auctoritate interdicere facit:miſſis qui ſentētiam exequereť ſiluanecteñ. epō et guidone caſtrenſi dyoniſiano abbate. Hec que de comite ſcribo froſſardus geſta eſſe tradit:obſidente caliſeñ edouardo.Qui yſabellam filiam comiti deſponſare adnitentibus flamingis curauerat.Sed comes cū eas nuptias egre admitteret:quia eius pater fuiſſet ab anglis interemptus:gandauo abire ad philippū ſollicite laborauit.Dum hec a philippo gerūtur : edouardus in brabantiā atqꝫ inde in alemāniam cum vxore ſua hannonieñ.comitis filia ſe confert:vbi contracta cum ludouico bauaro pſeudo īperatore atqꝫ excōmunicato ſocietate:ludouici vicarius conſtituitur vt nominis amplitudine theutones ad ſeſe alliceret.Quorū magnū numerū ꝓpoſito ſtipēdio comparauit. Nec philippo cura defuit ſe ſuoſqꝫ aduerſus imminentem hoſteꝫ inſtruendi:ſed collecto ingenti exercitu:ad ambianos caſtra metatꝰ eſt.Ubi poſtqꝫ longo ſatis tempore conſediſſet cognito ꝙ edouardus apud alemānos delitijs vacaret preſidijs per munitiores vrbes diſpoſitis.reliquū exercitum dimittit. Viſus eſt per id tempus ſub minore vrſa alter cometes ſine vllo ſplendore perpallidus. Et franci nauali pugna duas ex edouardi claſſe onerarias naues non ſine ſuorū cede capiunt. Que cum multis varijſqꝫ opibus cumulate eſſent magno francis commodo extitere . Hautona quoqꝫ anglie in ora maris oppidum inijcientibus ignē francis conflagrauit. Et penna arx in agro ageneñ.excepta eſt:ipi preterea gandenſes duce iacobo arteuilla alias flandrie regiones ad defectionẽ ſollicitant:q̄ cũ dicerent in francos arma nõ ſumpturos:nõ inquit arteuilla i frãcos:ſed in comitem bellũ paramus qui nos et vectigalibus premit ⁊ afficit iniurijs.

Harcuria in comitatũ erigitur.

¶At philippus prudenter coniectans que ab anglis flamingiſq; bella in eũ mouerenť:vt normãnos i fide cõtineret multis eos p̃uilegijs donat.⁊ harcurie principatum comitatus appellatione decorauit.Et eiſdem diebus in philippi poteſtatem venere burgus ⁊ blauia munitiſſima in aquitania oppida deprehenſis eudone caluomõtenſi ⁊ iohãne de albreto.Cõtra vero ad maris littus Picardiam verſus angli tramportũ capiũt.Et edouardus quas numeroſas diuerſarũ gentiũ copias ad quadraginta milia cõtraxerat in franciam mouet.Cui ad ſãctũ quintinũ viromandie non contemnẽdũ oppidũ cum valido exercitu centũ miliũ armatoꝝ Philippus occurrit.Interim tñ dũ ibi tantiſper ſe continet:dum om̃s copie cõueniſſent: anglus Terraſciam populatus eſt.

¶Conuenientibus ſimul copijs:cũ rex manu cõſerere inter burũfoſſam et flamingariam inſtituiſſet:quidam in exercitu primores id agere dehortanť eẽ veneris diem que chriſtianis venerabilis eſſe ſolet.Militem eo die magnum iter confeciſſe: neq; equis ſpaciũ fuiſſe pabuli aliquid capiendi.intercedere preterea inter ſe ⁊ hoſtem locum tranſitu difficilem.Igiť vtile fore ſi in poſteram ꝓximã diem preliũ intermittat.Hec ⁊ ſi iuitus audiret philippus:prelio tñ abſtinet.Interim edouardus intempeſte noctis ſilentio:frãcia relicta ad theuthones in brabantiam ſe recepit.Quare fraudatũ ſe rex arbitratꝰ exercitũ in franciã reduxit.

Fugit edouardus.

Edouardus a flamingis rex frãcoꝝ appellatur.

¶At flamingi comite ſuo deſerto ad edouardũ ꝓficiſcẽtes:eũ vt francoꝝ regem cõſalutant in verba eius iurantes.Ea flamingoꝝ veneratione letus edouardus:q; eorũ auxilijs rẽ preclarã geſturus eſſet:in angliam ꝑgit pecuniã ad belli vſum coacturus.

¶Interea terraſcẽſes qui hãnonijs finitimi ſunt:duce iohanne Veruino hannoniã vaſtant aſpra nõnulliſq; locis incenſis.Hac calamitate offenſus iohannes hannonie comes Veruinũ in preliũ ꝓuocat die ad dimicandũ dicto.Quod cum non detrectaret veruinus:comes aubentum que francoꝝ erat ſuo preſidio deſtituta(nã ad veruinũ laturus opem miles ꝓfectꝰ erat) populať atq; incendit.Graſſabať aliunde et ipe anglus et bolonie ſuburbana cũ aliquot nauibus cremat.Diu quidem ꝑ annos tres cũ oĩa incurſionibus ꝑderenť ⁊ milites inter ſe leuibus tñ prelijs contenderent multis populus incõmodis grauabatur.Nã tornacenſes philippi iuſſu ad curtracũ excurrentes numeroſaz pecudũ et boũ predam ex flandria abegerant At edouardus in angliam traijciens:comitem ſalberienſem oxone dominũ rebus flandrenſibus prefecerat.Hi vt aliquo inſigni facto nomẽ ꝑ edouardi abſentiã compararent:inſulã obſidere cõſtituũt.Quare accerſito guillermo montiſacuti qui regine apud ſanctum bauonem puerpere cuſtos a rege fuerat deputatus.Armentariã q̄ non ꝓcul ab inſula diſtabat:et eã genuenſiũ cohors tuebatur:incendũt.Inde marquete monaſteriũ adeũtes:ibi conſiliũ capiũt de inſula obſidenda.Mittunť ducenti equites cũ ſalberieñ.⁊ guillermo q̇ iſule ſitum explorent.Quoꝝ cognito aduentu:inſulenſes clam bona ciuium parte emiſſa duce relaio viro nobili appropinquantẽ oppido ſalberienſem a tergo inuadũt capiũtq;:reliquis fere omibꝰ interemptis.ꝑductum autem ad regẽ hoſtẽ anglum in caſteleto pariſioꝝ carceri philippus cõmittit.

Salberieſis apud inſulaz fuſus.

¶Hoc malo auſpicio flamingi nutantes de pace ad philippũ nuncios mittũt.Verũ pacis leges quas illi ꝓponebant rex non admiſit.Reiectis igitur a ſe nũcijs:copias attrebatum ducit: premiſſo in hannoniã filio ſuo iohanne qui regionẽ populareť:qui collecto ex finitimis preſidijs exercitu poſt duras excurſiones vallẽcenas vſq; latiſſime factas cum ad ſcandoueriũ caſtellũ dies fere quindecim in obſidione ſediſſet:aduenĩete philippo obſeſſi paulo poſt:ſe ⁊ fortunis ſuis saluis deditionem fecere.Arce diruta ad thuinũ que arx cameracẽſis epĩ erat pergũt:quã a richardo lymoſino egregie defenſaz ⁊ ſcalde flumine allutã philippus ꝑtinaci oppugnatione vexat:in quẽ a bochayni preſidio quod prope erat fiebant quotidiane incurſiones.Nec longa mora interfuit:ecce brabantinoꝝ dux ⁊ gheldrẽſis comes et iacobus arteuella cum multa flandrenſium manu ad diuerſam qua philippus militem habebat ſcaldis ripam caſtra fecere.Ponte ad ſcaldem extructo frequẽs et acris pugna fuit.Sed machinarum crebro iactu cõcuſſis muris caſtelli:ꝑfectus(opibus in nauem depoſitis:atq; igne in arcez iniecto) ad alemãnos nauigat.Quibuſcum ſilẽti nocte aufugit.Flagranti autem caſtello miles francus ſuccurrit incendio reſtincto.Inde normãnie dux Iohãnes aſſumpto in ſocietatẽ burgũdionũ duce:hãnoniã infeſtat:qua decurſa paucis poſt diebus ad philippuz patrem reuertitur.

Claſſis francorum.

¶Cõſtituerat philippus bouchaynum obſidere: ſed audito edouardi conatu qui numeroſa claſſe in flandriam traijcere nunciabatur.Locis hoſtibus finitimis pre-

ſidio impoſito franciã repetiuit:ad cõparandã aduerſus edouardũ claſſem.Quã ex normãnis picardiſq; (ducibus mareſchallis)celeriter eductã armis milite cõmeatuq; philippꝰ inſtruit:inſtitutis ductoribus hugone quiereto:nicolao bucheto:⁊ barbauario maritimaꝝ reꝝ peritiſſimis.Hi quadringentarũ nauiũ claſſe mouentes:ante ſcluſam flandrie cõmunẽ portum ꝯſtiterũt:ita vt nec anglo ingrediendi nec flamingo egrediendi poteſtas eſſet.Hec francis agentibus edouardus roberto artheſieñ.comitãte cõſcẽſis nauibus ꝓſpero vẽto in ꝯſpectũ france claſſis paulo poſt adnauigat.Quo aĩaduerſo barbauarius:ecce o cõmilitones inquit regem anglum.Qui ſi oĩbus nauibus nos in hoc anguſto mari intercipiat nulla nobis erit claſſem dilatãdi poteſtas.Satius eſſe arbitror:in late patẽs pelagus nos traducere quorũ in oculos ſol irradiat et maris fluctus nobis aduerſatur.Hec barbauario loquenti nicolaus buchetus et tu inquit barbauari pecunie rationẽ melius q̃ naualem pugnam miniſtrares.A furca pendeat q̇ hinc diſceſſerit.Periculi peritus barbauarius cum quattuor triremibus portu ſoluit.Ante omnẽ edouardi claſſẽ precedebãt onerarie naues due q̇bus nobiles q̇dam angli vehebanť.In quas inuectus barbauarius non magno negocio naues ſuperat:occiſis q̇ in ea erant vniuerſis.Sed inſtauranti tota claſſe pugnam edouardo cũ portu adhuc franci ſe continerent.et loci anguſtia atq; hoſtiũ multitudine ita premerenť vt ſeſe explicare non poſſent:nec in continente ſe recipiendi facultatem haberent:littora flamingus obſeruaret:poſtq̃ horas ſex acerrime depugnaſſent periere pridie feſti iohãnis baptiſte.anno ſalutꝭ trecẽteſimo quadrageſimo ſupra mille.Itaq; quieretus in hoſtiũ poteſtatem viuus incidit: qui claſſis partem ſibi attributã ſolis piſcatoribus et vilis miniſterij hoĩbus armauerat : q; eos ſcz modico ſtipendio conductos acceperat:nobilitate cõtẽpta cui maius ſtipendiũ opus eſſet.Buchetus autẽ qui barbauario furcas imprecatus fuerat in malũ ſublatus ſtrangulatus eſt.Vnus tantum cum paucis minoribus nauigijs barbauarius euaſit reliqua claſſe amiſſa cũ illis duabus quas ſub ipo pugne preludio captas rettuli.Cecidiſſe ex vtroq; exercitu triginta milia tradũť.Edouardo autem femur tragula traiectũ fuit.Qui ſolidato vulnere:gãdauũ om̃s belli duces accerſit:vt de reliquo bello gerendo rationẽ exq̄reret.Eſt in froſſardi hyſtoria frãcos om̃s in hac nauali pugna occubuiſſe.Et cum ipe autor plus anglis q̃ francis ſuo more tribuat:cõtrahit vt vult ſuam narrationẽ vel ampliat.Nã cũ maxime verũ eſt buchetũ alterũ claſſis ductorẽ fuiſſe a malo iubẽte edouardo ſuſpẽſũ:id tñ froſſardus preterit:qꝛ id ad edouardi gloriã minime ꝑtinere nõ ignorabat.Cum anglus copias in continentẽ depoſuiſſet atq; gandauũ ꝑueniſſet.Placuit om̃s copias biphariã diuidere.vnã alemannoꝝ atq; gandenſiũ qui tornacũ verſus mouerent:reliquã ex flamingis qui ad orã maritimã ⁊ caſſetũ incolũt:cui robertus artheſienſis preficereť ſanctũ audomarũ petere edouardus iubet.Ordinatis ad hunc modum copijs ipe ad ſcliniũ tornaceñ.epi prediũ tentoria ſua ponit atq; ciuitatem vndiq; circũuallat.Erant eñi in eius exercitu preter anglos brabãtinoꝝ dux:comes hãnonie:Iacobus arteuella ⁊ ex theutonũ ꝓceribus q̃plurimi:ita vt oĩs exercitus centum ⁊ viginti miliũ eſſe dicereť.

Clades igẽs francoꝝ apõ ſcluſam.

¶Poſtq̃ philippus cognouit quid ab edouardo ageretur coneſtabilem:fuxi comitem:⁊ bertrandũ alterũ ex mareſchallis cũ quattuor eq̇tum milibꝰ tornacũ mittit.Burgundoꝝ vero ducem cũ magno principum numero ad ſctm̃ audomarũ ꝓgredi iubet:qui duabus et quadraginta nauibus delati imperata fecerunt.At rex ipe delecto ſibi exercitu caſtra inter attrebates lenſumq; habuit:dubius adhuc quorſum inclinaret.Robertus vero artheſieñ.cui attributi inferiores flamingi erãt:vix eos ducere potuit cũ omnino inſtituiſſent nouã foſſam non preterire.Sed dolo vſus robertus affirmat ſe ex oppidanis ſancti Audomari binas litteras excepiſſe : quibus maxime ſperabat patere illi in vrbem aditum ſi illo copias ꝓmoueret.Creduli roberto flamingi arquas qui vicus eſt flandriam euntibus ſancto audomaro ꝓximus arcem habens:ꝓtenus petunt.Ex quo loco incurſiones atq; incendia fecere.

Robertꝰ artheſieñ.

¶Interim mens philippo fuit in robertũ artheſienſem ducere.Quod poſtq̃ robertus cognouit vocatis ad ſe ſui exercitus primoribus ait tp̄s eſſe ad ſanctũ audomaꝝ ꝓpius cõcedere:ſe alteris litteris ab oppidanis admonitũ ne oblatã occaſionem pretermittat.Leti hoc nũcio milites armis captis in aciem a roberto ordinantur.Igitur duplici acie inſtructus proxime hoſtẽ copias ſiſtit.Pugnatũ eſt diuerſis locis acerrime ita vt ꝓ portis oppidi robertus irrũpens equites aliquot francos occiderit.Sed dum ad hunc modũ furit:artheſienſes ⁊ nõnulli ex flamingis qui in francoꝝ exercitu erant:in alã berghẽſium atq; furnenſium irruentes et comes arminiaci alioꝛſum pugnã in yprẽſes committens:hoſtẽ in fugã vertunt.Rediens autem in caſtra robertus cum deſerta omnia comperiſſet:caſletum primo:deinde ypras:mox ad edouardum ſe recepit.❡ Ex quinqꝫ ⁊ quadraginta milibus qui cū roberto militabāt tria tm̄ milia interēpta fuiſſe memorie ꝓditum eſt. ❡ Fuga flamigoꝝ cognita philippus ypras copias ducit:et edouardus obſidere: tornacū feſtinat. Litteras quoqꝫ ad philippū in hac ſentētia dat. Non ignorare illū ꝓ ſua virtute et ſapientia francie regnū ad ſe optimo iure ꝑtinere:quod vi atqꝫ armis ipe philippus vſurparet: ſe ꝓpterea flamingoꝝ maxime auxilio in franciam traieciſſe que ſua eſſet:ideo ſcite ꝓbeqꝫ facturū ſi iniurius vltra nō fuerit:ſibiqꝫ debitam hereditatē liberā dimittat: ne eius culpa populus calamitate cladeqꝫ violet̄. Si minus id curet:ſeligat hoīes belli peritos centū quibꝰ cū ipe ſecū cū totidē armatis cōgrediat̄. alioquin totis copijs ad pugnam deſcēdat. poſt preſentes litteras ſcriptas decimo die ad preliandū cōſtituto. Ad has angli litteras philippus ad inſequentē modū reſpōdit:ſe vnas quidem litteras vidiſſe que edouardi nomīe ad philippumvalleſium date eſſe ferebant̄. Sed quia ad ſe regem ſcriptas non eſſe conſtabat ad ea q̄ a philippo peteret non opus eſſe reſponſo. Sed q̄nquidē in franciam arma intuliſſet: qui ſibi francoꝝ regi debitam fidem ſupra paucos annos preſtitiſſet atqꝫ in eius verba iuraſſet: ſe ita regni maieſtatem tutaturū:vt opportuno aliq̄n tp̄e illum regno extrudat. Neqꝫ ſe multi eſtimare ꝙ flamingos auxiliares haberet quos prauis facile cōſilijs ad defectionem ſeduxerit. Sperare propterea gētis eius oppida atqꝫ ꝯmunitates comitē ſuū aliq̄n recepturas. ❡ Nūc quia de edouardi in regnū francoꝝ aduerſus philippū cōtrouerſia locus incidit:non imꝑtinēs eſt paucis oſtendere:quo iure anglus regnū ad ſe ꝑtinere decertarit. Philippo pulchro maſculine ꝓlis tres liberi et totidem femine fuerūt. Ludouicus qui hutinus dictus eſt: philippus longus:⁊ carolus pulcher:femine diuerſa matrimonia ſortite ſunt. Margareta ferrādo caſtelle regis filio nupſit:yſabellā edouardus ſecūdus huius edouardi parter habuit vxorem. Tercia cui katherina nomen fuit deceſſit innupta. Singuli fratres philippo pulchro defuncto regnū legitima ſucceſſione tenuere. Hutinus patri:philippus longus hutino: philippo longo carolus pulcher ſucceſſit. Hutinus annū. longus quinqꝫ: pulcher ānos ſeptē(nullis liberis relictis)regnū poſſedit. Nam Johānes hutini filius dū remos vnctionis grā petit/morit̄. filiā ebroicen̄. comes ſibi copulauit. Philippo longo hutini ſucceſſori vnica filia fuit comitis artheſien̄. vxor. Quare morienti longo:ſucceſſit carolus pulcher: qui Johānam burgūdam grauidā cū reliquiſſet:turbationis de qua nūc agit̄ occaſio extitit. Nam cū blancham regina peperiſſet:de legitimo herede contentio inſurrexit. Erat eodē tp̄e ex carolo valleſio philippi pulchri fratre ſupſtes philippus filius q̄ ⁊ valleſius appellabat̄ cuꝫ fratre carolo alenconij comite. Edouardo igitur atqꝫ philippo valleſio de ſucceſſione contendentibus: cōuentus francoꝝ habitus eſt:quē triū ſtatuū cōtionem vulgus vocat. ❡ Ibi de contēdētiū iure diu multūqꝫ diſceptatum eſt:dicētibus valleſianis philippū caroli pulchri heredem eē cuius et duoꝝ precedentiū regū hutini et longi cōſobrinus ꝑ genus maſculinū eſſet. Contra aſſeuerantibus anglis:edouardū terciū nō iniuſte regnū vēdicare:quē yſabella trium quos memoraui regū ſoror genuiſſet. Igitur cū ex regibus nepos ⁊ maſculus eſſet edouardus ſucceſſorem caroli definitū iri magnopere depoſcebant. Sed edouardo obſtabat lex ſaliqua:q̄ a pharamōdo vt ſupra ſcripſi francis data in illos vſqꝫ dies obſeruatiſſima habebat̄. Ea lege ſoli virilis ſexus reges a maribus regibꝰ orti:regnū adminiſtrant nec ad eā dignitatem femine admittunt̄. Aſtipulabat̄ preterea vetuſtiſſime legi diuturna conſuetudo q̄ mares nō feminas francis prefici obtinebat. Quare edouardo qui ex femina ortus erat nulla ſucceſſiōis ratio poterat ſuffragari. Quod ſi iuris quippiā edouardus ex matris origine ſibi preſumeret: videret ipe nauarre regē qui ex hutini filia et ebroicen̄.comite cū natus eſſet:nullam i regno poteſtatē queſiuiſſe ꝙ intelligeret feminas a regni hereditate eē ſemotas. His rōnibꝰ edocti ij qui cōi auctoritate cōſiliū habebant:philippo regnū adiudicant. Cui iudicio nec edouardus detraxit:fide poſt paucos annos apud ambianos philippo de aquitanie feudo preſtita. Cuiꝰ deniqꝫ aſpernator:ſicuti ex preſcriptis paulo ſupra litteris cōſtat:tornacū flamingorū auxilio fretus obſedit. ❡ Igit̄ coanguſtati obſidione tornacenſes miſſis ad philippū nūcijs orant ſuppetias ferat:cōmeatū ad eos ꝓpter circūſedentē ciuitati hoſtem importari nō poſſe. Tornacēſium cōditione accepta:philippus delectos cōfeſtim ꝓceres cū inſtructis duobꝰ militū milibus mittit. Ipe vocatis ad ſe belli ductoribꝰ petit vtrū melius iudicarent in flādriam ne penetrare:an tornacū ꝓficiſci. Tornacū petere ſatius viſum eſt. Mouit igit̄ rex et ad tria miliaria ꝓpe hoſtē caſtra ponit. Interim cū neqꝫ tornacū anglus oppugnaret: neqꝫ hoſtē philippus laceſſeret:ſed nūc a frācis:nūc ab hānoniēſibꝰ atqꝫ brabantinis flamigiſqꝫ

Lr̄e edouardi ad philippum.

Reſponſio philippi.

Quāobrē diſceptauit edouardus de regno frācorum.

Philippus copias tornacū ducit

---

fierent excurſiones et diriperent̄ circūſtantia oppida:cōcordiam inter reges comitis hannonie mater et philippi regis ſoror ꝓcurauit atqꝫ inducias obtinuit. Cōpoſitionis forma hec fuit. Edouardo aq̄taniā ⁊ pōtiuiacū philippus reſtitueret flamingis debitū omne remitteret:excōicatione qua tenebant̄ aboleta. ❡ Ad hūc modū rebꝰ ꝯpoſitis exercitu dimiſſo: philippus franciā:edouardus gandauū petit. ❡ Eadē tēpeſtate iohānes britonū dux ſine liberis vita defūgit̄:cuiꝰ morte grauis admodū contentio de principatu inter carolū bleſenſem: et iohānē de mōteforti excitata eſt:ita vt in iudiciū parlamētei ſenatus re perlata pricipatū bleſenſi iudices attribuerūt. At iohannes mōtefortēſis ne ſenatꝰ ſnīe accederet : nauetū vrbem ꝓfectus eſt:meditatus armis ſe tutari. Verū inanis tū eius conatus extitit. Nā miſſis nauetū iohāne normānie duce:⁊ carolo alenconij comite:mōtefortēſis ad philippū deducit̄ quē apud luparā rex in carcerē cōiecit. Cognito montefortenſis impedimento : edouardus (q̄ꝫq̄ꝫ ꝑ id tp̄s inter philippū ⁊ ſe iducie ꝓrogate eſſent)robertū artheſiēſem ad britones aduerſus bleſenſem mittit. Qui prima expeditione cū incurſiones aliquot predaſqꝫ feciſſet:ad edouardū reuerſus:iterū cū ſalberiēſi comite mouēs pugna nauali cōmiſſa in femore vulnꝰ accepit vnde paruo poſt tp̄e decūbēs morte abſumit̄. ❡ Trāſfretauit quoqꝫ ad britones edouardus:vannaſqꝫ vrbē maritimā circūſedit. Quod poſtq̄ philippo nūciatū eſt qui tū apud turonos agebat:illo exercitū ducit. Cuiꝰ aduētu cognito edouardus obſidionē ſoluit. ❡ Legati aūt romani ꝑueſcinus ⁊ hānibal q̄ pacis cauſa a pōtifice clemēte ſexto venerāt poſtq̄ vident reges nō ꝓcul ab alterutro diſtare crebris legationibꝰ de pace agūt. De qua cū nō cōueniret inducie poſite ſūt intra quas vtriuſqꝫ regis oratores ſe corā pōtifice ſiſterēt. Qui cōtrouerſie cauſa cognita meliores pacis cōditiōes nō vt iudex ſꝫ vt publice pacis curator ꝓponeret. Nec legatis agētibꝰ:philippi oratores ad pōtificē miſſi cū de ludouici bauari abſolutione nihil ipetrāt(nā vt bauarū ad ſe:anglo rege relicto:philippus cōuerteret abſolutiōis eiꝰ ꝓcurationē apud pōtificē oī cura tractabat)De dalphinatu viēnēſi hec cōpoſita referūt. Imberto dalphino nec liberi nec liberoꝝ ſpes vlla erat. quāobrē ad vicinū ſibi regē ꝓſpiciēs:a quo pricipatus eiꝰ pace belloqꝫ adminiſtrari poſſet:philippū philippi regis filiū ſucceſſorē atqꝫ heredē inſtituit:nec multo poſt pecunia a philippo accepta mūdo abrenūcians predicatoꝝ ordinē lugduni ymbertus ꝓfectus eſt. Et ab eo quidē tp̄e ymberto defuncto franci viennā dalphinatūqꝫ poſſederūt. ❡ Inter tot q̄ ſupra memoraui bella cū philippo pecunia parū ſufficeret:nouā exigende pecunie formā excogitat:qua ſine cuiuſqꝫ cōditionis diſcrimīe oēs regnicole tenerent. Sal quo nemo facile abſtinet cōparari aliūde q̄ ex publicis q̄ inſtituerat prōptuarijs vetat. Quod aūt a mercatoribꝰ aut emptū hactenus: aut poſthac emendū eēt: id ab ijs quos ad id negociū deputaret granetarios ꝑ vices tp̄oꝝ ꝓcio indicto diſtribuendū fore. Id tributi genus ⁊ ſi graue multis viſū eſt. ad hāc tū vſqꝫ etatē pēdit̄: ingenioſū ꝓfecto inuentū quo nemo a tributo liber eſt. ⁊ vnde ingēs regibus pecunia quotānis venit. ❡ Monete inſuꝑ eſtimationē auxit:ita vt que vnius denarij erat quīqꝫ denarioꝝ paruo poſt tp̄e haberet̄. Que res annone caritatē iportauit ita vt tritici ſextarius. lxxvi. auene vero ſeptuagita ſolidis venirēt. ❡ Eadē frumēti penuria cū burgūdia laboraret:dux ex regis aſſenſu magnā tritici ex agro aurelianēſi vaſtinenſiqꝫ atqꝫ bleſia nauibus copiā iponit q̄ ꝑ ligerim ad burgundos veheret̄. Id moleſte ferētes aurelianen̄. cōcurſu facto naues expilant ⁊ oē frumētū venale extrudūt:cuiꝰ rei certior factus rex miſſis aureliā duobꝰ ex aulicis auratis equitibꝰ negociū dat autores ſupplicio afficere. ❡ Oliuerius preterea de cliſſone q̄ a rege defecerat cōprehēſus pariſij capite punit̄. Puniūt̄ eadē cā gaufridus maleſtretus:Johānes talkarꝰ: guillermꝰ ebroicen̄. ⁊ alij quidā ex britonū nobilitate qui edouardi partes ſequebant̄. Par quoqꝫ pena ſecuta eſt guillermū baconē:richardū ꝑceiū ⁊ rochetesſonē q̄ gaufrido haricurto normānie pricipatū affectanti fauebant. ❡ Per eos dies anno q̄ fuit a ſalute. xliiij. ſupra mille.ccc.philippi iuſſu iohānes normānoꝝ dux auinionē ꝓfectus eſt:vt ſicuti cōuenerat de regū cōtrouerſia apud pōtificē ageret̄. Sed edouardo ꝑ nūcios oia agēte:q̄bus nō ſatis ſufficiens experiendi in iudicio ptās erat:re infecta iohānes ad patrē reuerſus eſt. Tūc blancha caroli pulchri filia philippo regis filio nupſit. ❡ Et eodē ꝓpe tp̄e cū edouardus ſcluſam ſe cōtuliſſet ſpem gerens flamingos in fidem recipiēdi:cognito ꝙ arteuella a gandēſibꝰ fuiſſet trucidatus retro in angliā abijt atqꝫ ad aq̄tanos copias mittit:q̄ inducias ſua ſpōte violauerāt. Cōtra vero philippus iohannē filiū cū delectis militibꝰ ire iubet. Sed poſtq̄ cognouit anglos duce herbi comite multas ꝑ eam regionem arces occupaſſe. de rebus bene gerendis deſperans:exercitum reduxit. Qua re vbi patrem indignari accepit: aquitaniam repetens

Inducie.

Cōtentio de ducatu britānie.

Robertꝰ artheſien̄. moritur.

Dalphinatꝰ ad frācos ꝑtinet.

Vectigal ex ſale.

Monete valor auget̄.

Caritas ānone.

Oliuerꝰ de cliſſone capite punit̄ ⁊ alij

Edouardus iterū nocēs.

aguilonē obſedit. Sed renouato inter reges bello vt patri auxiliũ ferret: ſoluta obſidione: in franciam venit.

Stultꝰ locutor punit.

¶ Erat ꝑ id tempus cõpendij ciuis ſymon poilletus q̇ verbi ꝓdigus dicere nõ veritus eſt edouardo q̄ꝫ philippo plus iuris ad frãcie regnũ ꝑtinere. Quãobrem mox cõprehenſus atqꝫ in tabula: ũ elatus: brachijs primũ: deinde cruribꝰ atqꝫ poſtremo capite exſectis: diras ꝓ ſua temeritate penas luit.

Coneſtabilis ⁊ iohãnes de tãcaruilla in angliã ducunt.

Pugna apd creciacum.

¶ Cõſtituerat philippus magnã claſſem cogere vt in angliam traijceret: atqꝫ eius rei cauſa miſſis ad genuã nũcijs onerarias naues expectabat: ⁊ fabricare preterea inſolite magnitudinis nauē apud harfleũ normãnie portũ iuſſerat. Sed cũctantibꝰ qui miſſi erant: atqꝫ appellente in normanniã cũ centũ ſupra mille nauibus edouardo: inſtituto philippus abſtinuit: cõpulſus aduerſus hoſtē militē inſtruere. Interim dũ cũctat: feſtinabat anglus cum gaufrido haricurto oĩa populari. Itaqꝫ montẽburgum: carentũ: ſanctũ londum thorinũ/ Cadomumqꝫ occupat: predis inde abactis ⁊ in angliam traductis. Cadomi aũt cum pleriqꝫ non parua nobilitate ꝓceres et guillermus bertrandus baiocẽſis preſul preſidij cauſa eſſent. q̄q̄ oppidani obſtinatis viribus hoſti reſiſterent retro tandem (neſcio quo reuocante) cedẽtes. anglũ mox in oppidũ irrũpere cõſpiciũt. Atqꝫ ipe coneſtabilis cum iohanne de tãcaruilla arce egreſſus capitur/ ⁊ in angliam dimittitur. Ex cadomo lexouios edouardus petit. Inde falleſiã mox Rothomagũ ducens: poſtq̄ꝫ philippũ exercituꝫ ibi habere cognouit: ad pontẽ arche ſe cõuertens: a philippo preuẽtus eſt qui ydoneum bello locũ occuparat. Quo potitus rex edouardo ꝑ nũcios mandat: ſi in preliũ totis copijs veniat: ſe pugnandi poteſtateꝫ facturũ. Nũcijs anglus reſpondet nõ detrectaturũ ſe preliũ dũ in agrũ pariſienſem veniſſet. Conferendi ſpe accepta philippus ad diui germani monaſterium ſe recepit. Anglus vero ꝑ agrum vernonenſium iter faciens ſuburbanis ſuccenſis mantã alias medõtem acceſſit. Deinde meulanũ oppugnare conatus cede ſuoꝝ damnificatus eſt: eaꝓpter ira excandens murilũ ꝓximũ meulano locum totum prorſus incendio conſũpſit. Nec cũctatus poſſiacũ acceſſit oĩa ſancto clodoaldo tenus diruens cremanſqꝫ. Cui ne retro abeundi poteſtas foret: ponte qui eſt poſſiaci a francis refracto: interceptus anglus videbať. Sed cum ſe ꝑ montẽfortem iter habere ſimulaſſet: et philippus vt illi occurreret ad antoniũ vicũ caſtra poſuiſſet: reſtituto poſſiaci ponte anglus bellouacũ abſceſſit. Quod poſtq̄ꝫ reſciuit philippus ſe proditum eſſe palam magna voce querebatur. Unde hoſtem perſequi omnino conſtituens: cum audiſſet anglum per Picardiam iter ad mare conficere: abbatis villã pontiuiaci primarium oppidum petit. Habebat arenis caſtra eo die anglus ⁊ ſe ibi militemqꝫ reficere conſtituerat donec ex ijs quos ad vadum quo exercitum traijceret: nuncium miſerat accepit. Sed de philippi aduentu certior effectus flumine celeriter duce gobino agaceo qui inter captiuos locoꝝ peritus erat traiecto: ad vicum quem blancã aquam incole dicunt iuxta creciaci ſiluam caſtra fecit. Nec tranſitum impedire potuit godemarus fayacus: quem vt anglum traijci ꝓhiberet cum duodecim milibus pugnatorum philippus premiſerat. Eo cum proxime ſe Philippus contuliſſet: ſciſcitatus q̄ꝫ procul hoſtis abeſſet: cum mentientibꝰ ſibi quibuſdã crederet hoſtem duodecim miliaribus diſtare: ipe vt erat ardens cõgredi: anglos proſpicit tribus tantum paſſuũ milibus abeſſe: ꝓtenus ergo ſigno ſuis dato q̄q̄ ordinem miles non ſeruaret in hoſtem vadit. Erant baliſtarij genuẽſes ad numerũ quindeci miliũ in prima fronte conſtituti. Qui ad primũ ſagittarũ ſtrepitum (quibus anglus ſtatim ineũte pugna vſus eſt) exterriti in fugam ſe conuertunt. Quos cum ꝑſequi philippus atqꝫ interfici iubet: magna nihilominus reliqui exercitus pars deſerto rege fuge ſe dedit: magna pars fuſa occiſaqꝫ eſt: cum ex acie hoſtium ſagittarij tantũ depugnaſſent. In interẽptorũ numero primi fuere bohemus rex: alenconij comes philippi frater: lothoringorum dux: ludouicꝰ flamingorum comes. Comes haricurtus et ſancerrenſis: alias caſtri ceſaris quod oppidũ olĩ agenditum dicebatur. Philippus vero ad ambianos nocte cum paucis ſe recepit. Poſtridie pugne qui dies erat dominicus permulti pedites atqꝫ equites ex fuga recepti cum ad caſtra ſua redirent: viſis procul francorum ſignis que erecta angli tenebant: rati illic aciẽ frãcorũ eſſe: in manus hoſtiũ incidẽtes multo plures ex eis q̄ꝫ pridie occiſi ſũt. Strages fuit occiſoꝝ miliũ trigĩta. Hãc pleriqꝫ ſtragẽ vindice deo factã dixerũt: alijs in philippũ culpã referẽtibus: qui ſpreto ꝓcerũ prefectoꝝqꝫ conſilio: cũ militẽ diuturno itinere defeſſum haberet/ nulla quiete data in hoſtem incurrit.

¶ Fuiſſe ꝑ id tempus per franciam veſtimentoꝝ nimiã deformitatem ſcriptores tradũt ita vt ioculatoriã vitã agere francos veſtibus iudicares. Crediderĩ nõ defuiſſe illis ⁊ laſciuiã atqꝫ ſupbiã q̃tidiana gẽtis mala. Itaqꝫ ꝯtinuo vix decẽnio vnius modi indumentũ ſeruat: nouitatis ſemper ſtudioſa. Philippus autem multa ſecum

Calliſiuꝫ ab edouardo obſeſſum

repetens godomarum fayacum ſuſpectum habuit ꝙ hoſtem apud blancã aquam a vado nõ ꝓpuliſſet: voluit propterea godomarum ſupplicio afficere. Conſilio tñ iohannis hannonienſis ab ira temperauit. Uictor edouardus re proſpere geſta per mõſtrolium boloniãqꝫ viaꝫ faciens: in planicie caliſij caſtra fixit. Indignatuſqꝫ ꝙ oppidani illi obſiſterent iurat ſe inde non moturum: donec oppidum expugnet: atqꝫ ita viculo quodam leui materia non procul a calliſio extructo (quem villam nouam audacem appellauit) ibi diuerſari per obſidionis tempus animo firmat. Cui ab initio flamingi commeatuꝫ affatim miniſtrabãt. Sed poſtq̄ꝫ defuncti comitis ludouici filium in dominum admiſerunt alius illis animus fuit.

Nota haricurti comitiſ penitentiam

¶ Interea cum hec in picardia geruntur: comes darbus qui burdegallam tenebat poſtq̄ꝫ iohannem normãnorum ducem aquitaniam reliquiſſe cognoſcit: xantonas: ſanctum iohannem angeliacuꝫ: pictauumqꝫ occupat: ⁊ predis inde factis burdegallam reuertitur. Gaufridus aũt haricurtus quem a philippo defeciſſe ⁊ normanniam affectaſſe ſupra ſcripſi: commiſſorum a ſe penitẽs: collum mantili quaſi fune circumligat atqꝫ ita ad philippum veniens ⁊ vociferans. Prodidi inquit regem ⁊ regnum: miſericordiam tuam rex expeto. Cui veniã philippus impartiuit

Gauuinus ꝓditor

¶ Paulo poſt reparato exercitu: hiſdinum artheſij oppidum rex petit: vt angluꝫ pugna adoriretur: qui tam arcta obſidione mari terraqꝫ caliſianos premebat: vt nichil victus ad eos inuehi poſſet. Dum ſedet ad caliſium edouardus: gauuinus bellomontanus laudunenſis. qui lauduno relicto ſe ad mediomatricos receperat: per colinum tomeluꝫ miſere conditionis hominem litteras ad anglum dat quibus ſpondet illi laudunũ tradere. Eſt autem laudunum non procul a viromandis in colle edito ciuitas: bello in omnes finitimos gerendo accommodatiſſima. Colinus acceptis a gauuino litteris: cuꝫ francus eſſet diu dubius fuit anglo ne an franco regi eas reddat. Stat tandẽ animo ſententia ad philippum proditionem deferre. Cognitis litteris rex colinum docet remos repetat. vbi gauuinus illuꝫ preſtolabatur. Utebatur autem proditor religioſo habitu ⁊. ſe ſpecie pietatis occultabat. Colinus poſtq̄ꝫ ad remos ſe contulit: pretore certiore ab eo facto gauuinuꝫ prodit: qui laudunũ a pretore perductus: poſt acceptas a plebe multas contumelias: poſtremo lapidibus obrutus eſt et eius vnicus filius paterni criminis conſors perpetuo carcere afflictus.

Calliſium edouardo deditur.

¶ Interim calliſiani commeatu defecti poſtq̄ꝫ philippus deſperato ſubſidio auxiliũ ferre non poteſt: anglo ſe dedunt: vita atqꝫ vna tantum veſte illis conceſſa. menſe vndecimo obſidionis. Relicto igitur calliſio omnes cũ ad regem francum veniſſent pluria ab eo humanitate accepti ſunt. Inſtituitqꝫ philippus vt nulli poteſtas magiſtratus aut officium committeretur: donec qui calliſium tam ingenue defendiſſent ſinguli ſingula officia recepiſſent. Inter quos primarius erat iohãnes viennẽſis burgundus eques. Cuius opera calliſium in philippi fide quo ad fieri per eum potuit permanſerat. Calliſio recepta: edouardus aymerum pauienſem oppido prefecit. A quo cuꝫ gaufridus charnus qui ſancto audomaro preerat calliſium pecunia redimere voluiſſet re comperta: in emptoris perniciem fraus recidit.

Comes bleſenſis capť.

¶ Per idem tempus ludouicus bleſenſis britonum dux apud rupem lerianam victus captuſqꝫ ab anglis eſt.

¶ Tot incommodis affectus philippus conſilium pariſium contrahit. Ibi agit de expeditione in angliam ducenda. Cui ſine controuerſia omnes aſſentiuntur ꝓmittuntqꝫ ſinguli auxilium ferre: atqꝫ vt ſtipendio militi ſoluendo pecunia quereretur: itur in aduenas italos q̇ fenus exercebãt. Illi eñ preter regias leges fenus augebant: ita vt ſupra milia librarũ decem prime ſortis: ad quattuor ⁊ viginti milia librarum pariſianarum vſura increuiſſet: Eã ob rem eoꝝ bona fiſco deputata ſunt. Grauis eodem tempore peſtilẽtia francos affecit: abſumptis per annũ ⁊ ſemis triginta hoĩm milibus Mortuis vero vxoribus philippus blanchã regis nauarre filiã: iohannes eius filius iohannam bolonienſem vxorem accepit.

iohãnes xxij

¶ Edouardo adhuc apud caliſium agente: intercedentibus romanis legatis: inducie anni vnius a regibus cõceſſe ſunt. Hec cum anno ſalutis. M. ccc. quinquageſimo menſe iunio agunt. Philippus menſe auguſto apud nogẽtum regis moritur: annum agens quinquageſimum ſeptimũ: qui bene fortunatus primum: deinde felix: poſtremo optimus chriſticola appellatus eſt: ⁊ apud diuũ dyoniſiũ humatus poſtq̄ꝫ ãnos tris et viginti regnaſſet. Eius regis diebus iohannes. xxij. pontifex romanus de diuina contemplatione atqꝫ viſione temere ſentire atqꝫ predicare auſus eſt: aduerſantibus illi catholicis viris quibus in primis philippus adiutor fuit.

¶ Eiuſdem compendij liber nonus.

Terre cōmendato philippo valleſio: iohānes eius filius regnū adeptus eſt: ⁊ de more francorū regū remis vnctus. Qui inde pariſiū repetēs incredibili oīm leticia exceptus eſt. Venerat tū ex anglia ſolutus carcere radulphus angi comes ⁊ coneſtabilis quē cadomi ab anglis captū ſupra enarraui. Hicqꝫ in iohannem (vt ipſe ſpōte cōfeſſus eſt) crimē maieſtatis cōmiſerat apud neellā pariſij capite trūcatus eſt: ſubſtituto in coneſtabilatu iohāne hiſpanieſi quē rex angoliſmēſi comitatu paulo ante donauerat.

Ordo ſtelle

¶ Per hos dies in xātonibus infeliciter aduerſus āglos a francis: duce guidone neellenſi pugnatū eſt: eodē cū plurimis francis occiſo. Sed ne prorſus inimica fortuna eſſe videret: ſancti iohānis angeliaci oppidum a francis receptū ē. Sed acceſſit ab anglis aliud detrimentū. Agēte em̄ iohāne apud ſanctum audoenū in agro pariſieſi diē feſtū ordinis ſtelle: quā pro inſigni ſuos portare iſtituerat: aderat illic inter aulicos matheus de bouquinghem quē arci guinarū prefectū iohannes poſuerat. Qui ꝑ inducias que cū anglis cōuenerant nichil doli metuēs: guillemū bellicorū ſui loco ſtatuerat. Hic guinas anglis ꝓdidit. Et paulopoſt ꝑfidie penas luit.

Cedes a nauarro rege hoīe malo

¶ Facta etiā cedes eſt a carolo nauarro rege apud aquilā normānie vicū. Nec eius cedis cauſaꝫ ſcriptā inuenio Quieſcentē noctu iohannē hiſpanieſem francie coneſtabilē miſſis ſatellitibus necari nauarrus iubet. Nec homicidiū diſſimulat. Sed datis ad cōplures ciuitates: atqꝫ ad regios cōſiliarios litteris iohannē legitimis cauſis interemptū fuiſſe diuulgat. Nec ſecus necis autorē ſe predicare verebat: q̄ ſi aperto bello crimē defenſurus aduerſus regē eſſet: cuius filiā deſpōſauerat. Apud magnates raro affinitas valet. Johannes aūt rex q̄ regni cōditionē ⁊ dirā fortunam aſperiorē reddere nolebat: ad carolū nauarrū q̄ mōte agebat: viros ⁊ dignitate ⁊ genere illuſtres guidonē bononieñ. cardinalē: robertū gallū laudunenſē antiſtitē: borboni ducē ⁊ comitē vindocinēſem mittit. Qui tāetſi criminis īpunitatē carolo offerrēt: veteres tū iuſte indignatiōis cauſas adduxit. Deberi ſibi ex cōpoſito ⁊ nuptiarū federe pecuniā. Quā diſſolui in primis oportere cōtendebat. Ea ꝑſoluta eſt: terreqꝫ plurimū attributū quod perpetuo teneret. Liberū itē illi eſſet pretoriū inter ſuos cōe inſtituere quare normannorū duci fuerat indultū: qđ ſcacariū vocāt. Sup hec homicidis impunitas ꝯceſſa. Et q̄q̄ hec accepiſſet: nō tū ad regē prius venit: q̄ andegauū comitē iohānis filiū obſidē haberet. Venit tandē ⁊ apud ſenatū parlamēti (ſedēte rege) carolus cōmiſſe cedis veniā poſtulauit: obtinuitqꝫ interueniētibus reginis iohāna eius ſorore ⁊ blancha. Nō quieuit tū nauarrus. Quamobrē iohannes rothomagū ſe cōtulit: ⁊ cōplures que ad carolū ſpectabāt arces ad ſe recepit. Vex reuerſus ex nauarra carolus: hortatu dalphini vienneñ. ad regem veniēs: ſe omni ſuſpitiōe liberauit.

¶ Mouit ꝑ eos dies ex anglia gallie princeps edouardi filius: et ꝑ aquitaniā ad tholoſates irrumpēs carcaſſone burgū: ⁊ que oīa narbonā vſqꝫ erāt igne cōſumpſit nō occurrentibus illi arminiaco comite ⁊ aliis ꝑmultis copijs quas ad ꝓuincie cuſtodiam iohannes ſtatuerat. Edouardus preterea induciarū impatiēs iureiurādo violato artheſiū rurſus ingredit ⁊ hiſdinum vſqꝫ predas facit. Qui iohannē in eū ex ambianis ducentē cū audiſſet: intacto hiſdino calliſiū regreſſus eſt. Johānes vero hoſtē cedentē perſecutus: apud ſanctū audomarū caſtris poſitis: mareſcallū dodrehan ad anglū cū his mandatis legat. Aut cū eo ſingulari certamine aut toto exercitu cōgrediat. Neutrū edouardus acceptū habuit. Sed cōfeſtim trāſfretauit ad ſuos.

Cura cogen de pecunie

Johāni cū in franciā remeaſſet cura fuit bellicis rebus aīm intēdere ⁊ pecuniam ad belli vſum cogere. Cōuocatis ad ſe regni primoribus oīm aſſenſu ꝓmittunt illi triginta milia armatorū in annos ſingulos que populi impenſa militi ſtipēdia facerēt. Nec fuit quiſpiā in omī francie regno: annuū vel ex ſuis operis vel ex prouētibus cēſum ꝑcipiens qui cogēdo ſtipēdio nō contribueret.

Seditio attrebatium

Que res (vt ipſe arbitror) cauſa fuit ſeditiōis plebeiorū attrebatium aduerſus primores ciuitatis. Plebs em̄ in opulentos inſurgens aliquot interfectis reipublice gubernacula vſurpauit. Ad quos miſſus a rege arnulphus daudregus frācie ſeneſcallus centū ſupplicio affecit.

rex nauarrꝰ ſeditōſus cū normānis.

Nota vltionem.

Nauarrꝰ rex capitur.

¶ Rex preterea nauarrus iohāni cōtinenter infenſus: detrectare id quod de ſtipendio agebat cepit. Cui haricurtus comes ⁊ pleriqꝫ normanni ꝓceres aſtipulabant. His rothomagi cū carolo normannie duce qui iohānis primogenitus erat in arce epulātibus: iohānes centum delectis equitibus ſecum aſſumptis ꝑ poſticum ad eos clam ingreſſus oēs in vincula coniecit. Nec moratus quattuor ex illis comitē haricurtū: grauillam: mabuum: ⁊ colinetū doubletū in ꝓximū agrum eductos capite plecti iubet. Reliquos preter nauarrū regem friquetum: ⁊ iohannem vaubatum abire ꝑmittit.

¶ Caroli regis captiuitate cognita philippus nauarrus arces complures que in agro cōſtantienſi erant preſidio firmat: caroli ignominiā vlturus. Ad quē mox cōceſſit gaufridus comitis haricurti patruelis: q̄ coactis vndiqꝫ iohānis inimicis: comitis necē vlciſci ſtudebant.

excurſiōes ꝑ normanniā

Hi oēs duce principe cloceſtrie quattuor armatorū milibus ſtipati: ꝑ lexouios ad becunheloynū: inde ad pontem audomari predas agētes ꝑueniunt. Obſidebat tū arcē robertus holecotus: qui eorū cognito aduentu relictis impedimētis abſceſſit. A ponte audomari hoſtis bretoliū contendit: oīa populatus. Inde ebroicā pretereūtes vrbē (quā iohannis preſidiū tenebat ⁊ fuerat paucis ante diebus igne fere cōſumpta) vernoliū cū arce expugnāt. Que poſtq̄ iohānes cognouit: copias quas coactas hēbat educit. Sed abeuntē aquilā hoſtē ꝓpter interextantes ſiluas ꝯſequi deſtitit. Tulleriā tū ⁊ bretoliū fortiſſima caſtella cepit: preſidioqꝫ muniuit. Deinceps carnotū ꝓfectus ē: vbi recēſito auctoqꝫ exercitu cū accepiſſet richardū edouardi filiū maiorem natu: in bituriges ⁊ pictauos graſſari atqꝫ in turonos venturū: turonum magnis itineribus petit aīo cū richardo cōſerendi. Id aīaduertēs richardus pictauiā regreſſus: caſtra impeditiſſimis locis fecit que denſiſſimis ſepibus velut palis munita erāt.

iohānes rex apud pictauos a richardo anglo capitur.

Cōtra quē iohānes nō ꝓcul a chāno caſtello acies ſuas tripbartā inſtruit: ita vt vix mille paſſus inter vtraqꝫ caſtra intercederēt. Priuſqꝫ acies cōcurrerēt cardialis petragoricus q̄ pacis cauſā ab innocētio ſexto miſſus ꝓcurabat: magnope pacis rōes vtriqꝫ principi ꝓponēs poſtq̄ irritatos principum aīos flectere poſſe deſperat caſtris exceſſit. Richardus em̄ ⁊ ſi oīa que iohāni abſtulerat: reddere nō recuſaret: fato tū malo nō eſt a frācis exauditus. Sed irritatus ⁊ furēs rex ꝓcurrit ī hoſtē. Aciē primā ducebat athenarū dux frācie tūc coneſtabilis. Quē magnis copijs inſtructi ſequebant arnolphus ⁊ iohānes claromōtenſis mareſcallus. Preerat ſecūde carolus dux normānus iohānis filius maior natu. Tertiā moderabat aurelianorū dux regis frater. Hi tribus locis. xiij. kalē. octobris. anno ſalutis. M.ccc.lvi. in vallū hoſtiū irrūpere conati: crebris ſagittariorū iactibus tardati ſunt: atqꝫ ita q̄ imbellis animi erant eq̄tes pediteſqꝫ magno nūero ignominioſam fugam fecere. Anglo tandē victoria ceſſit: occiſis in prīa acie tribus quos ſupra mēorauit: ⁊ gaufrido de chargni ſignifero cui auriflāma credita erat cū q̄bus cecidere mille ſeptīgēti. Iohānes vero egregie pre ceteris pugnās a dyoniſio morbequo eq̄te artheſieñ. cū philippo eius filio ⁊ mille ſeptingētis captus burdegallā ꝑductus ē. Carolo re male geſta cōſiliū fuit pariſiū ſe recipe. Quo aduocatis ex regno primoribus p̄ris miſeram fortunā in ſenatu parlamēti magno oīm merore expoſuit: loco eius verba agēte petro foreſtano rothomagorū archipreſule frācie cācellario: atqꝫ pecunia belli ſubſidiū in tot aduerſis poſtulāte. Cōditiōe captiui regis cognita: fuit vna oīm ſentētia: miſeris rebus opitulari: moderatiōe habita. id qđ in oīm cōſpectu neqꝫ ab incōdita multitudine fieri rite poterat.

Cōſilium de regni ſtatu poſt captum regem

Deligunt ꝓpterea ex oībus quinquaginta viri quorū arbitratu tanta res ageret. Illi hoīm turbam tumultūqꝫ vitantes: ad minorū edes ſeceſſerūt: vbi quindeci dies ſententijs dictis: tandem carolū ꝑ nuncios oratū faciunt ad eos accedat: habere multa q̄ ad illum referant. Nec ſegniter agens carolus: cū ſex tantū aulicis ad illos ꝑgit. Sedēti carolo vnus cui cōmiſſū dicendi munus erat. Nos inquit illuſtriſſime pīceps ꝓ noſtro officio ꝑ ſuperiores ꝓximos dies de patris tui atqꝫ regni frācorū miſerāda fortuna cōſiliū cepimus: qđ tibi reiqꝫ publice ſalutare eſſe poſſit. Em̄ te oramus archanū teneas qđ in preſentiarū dicturi ſumus. Carolus verbis loquētis interceptis ſe quidē acceptū habere qđ ab illis definitū foret. Verū dignitati ſue nō cōuenire: iureiurādo ad ſilentiū aſtringi de ijs potiſſimū rebus q̄ ad vniuerſitatē regni ſpectarēt. Hec tāetſi diceret carolus: ꝑgit nichilominus dicere qui loq̄ ceperat. Preſentē rerum ſtatū idcirco obtigiſſe: q̄ malis conſultoribus vſus rex eſſet. Apud eos regni opes et diuitias eſſe: qui ⁊ fiſco ⁊ publice adminiſtrationi prefuiſſent. Ab eis pecuniā exigendā: mouendoſqꝫ eos officio eſſe ⁊ bona eorū publicanda. Compluresquidem ex clero reliquoqꝫ populo eſſe male adminiſtrate rei conſcios: atqꝫ imprimis Petrū foreſtanū cancellarium: Symonem buſſiū parlamenti primū preſidentē: Robertum lorrium equitem auratū: Nicholaum brachū: Enguerrannū peticellariū pariſieñ. ciuē: ⁊ iohannē piſliuillanū: q̄ monete prefectus erat: ⁊ iohannē chaueum bellicarū rerū theſaurariū. Congruere preterea cuſtodia liberare carolum nauarrum. Adhuc ꝑneceſſariū eſſe: ipſi optimos viros aſſiſtere. eccleſiaſticos quattuor: proceres duodecim: ⁊ populares totidem: quorū ſapientia ⁊ decreto reſpublica adminiſtretur. Fine dicendi facto: Carolus de his oībus ad conſiliū ſe relaturū reſpondit. Sꝫ interim cupere ſe intelligere quid de ferendo tributo ipſi decreuiſſent.

Decima ⁊ ſemis vniꝰ āni

Hec nobis inquiunt optima factu viſa ſunt: ſi a clero atqꝫ nobilitate decima ⁊ ſemis oīm prouentuum anni vnius exigatur. Ciuitates vero ⁊ reliqua ꝑ regnũ oppida ſingula: ex ſingulis hoim centenis vnum militẽ ſi inſtruant: ⁊ ad bellũ mittant: id milia triginta cõſtituere poſſe.

¶ His a delegatis acceptis: carolus domũ ſe recepit. Paucis deinde ſeorſuz accerſitis: quibus rẽ auditã carolus cõicaret: cognoſcit pleraqꝫ ex illorum poſtulatis admittenda non eſſe. Quare poſtridie cõuenientibus delegatis: admonet ea non petere que preſenti tp̃i nõ conuenirẽt. Perſiſtentibus in ſententia legatis: dies dictus eſt cũ apud regem in parlamenti ſenatu ſua palã decreta poſtulataqꝫ promerent. Conſtituto die: conueniente in curia vix numerabili populo: Carolus ne in vulgum efferretur quod alioquin celatum eſſe deberet: a delegatis impetrat ſuam petitionem in alteram diem tranſferant. Expectanti populo vt delegatorum conſilia vulgarentur: Philippus aurelianus dux a carolo iuſſus: veniſſe ait a patre rege: atqꝫ ab imperatore romano caroli auunculo nunciũ: cuius cã legati referre que ipſi geſſiſſent impedirentur. ſimulqꝫ palã enũciat q̃ fuerat a carolo edoctus. Tam paruo negocio popularis conatus ⁊ ad rempublicã pertinax feruor lãgueſcit. Itaqꝫ ad philippi verba magna conſilij pars conuentu relicto: ad ſua demigrauit. Quarto deinceps die: carolus ex amicis conſilio capto vocatis ſeorſum quibuſdã delegatis relique multitudini per eos mandat domũ proficiſcãtur: donec commodiore tp̃e eos accerſiret. Hoc caroli inuento conſiliũ dimiſſum eſt. Non eñ cõmode ſe aptat principũ volũtati populus frequens: exiſtimãtibus plurimis inter res aduerſas ſuã conditionẽ vel meliorem effici poſſe: vl principis liberã adminiſtrationẽ plurimorũ ſentẽtijs cohiberi. Nã ꝑ eos dies q̃bus conuẽtus pariſij habitus eſt: licet carolus apud primores pariſienſiũ crebro egiſſet vt preſenti fortune pecuniarũ auxiliũ ferrent: ipſi ad publicũ conſilium id negociũ reijciebant.

Narbonẽſis prouincie in ſuum regem pietas

¶ At lingue occitane ⁊ ꝓuincie narbonẽſis incolis miſericordior animus fuit. Nã auctore armigniaco comite cõueniẽtes: ante oĩa ꝓhibent regionis incolas auro argẽtoqꝫ ⁊ vnionibus in publico vti: neue inſigni colore veſtes induerent donec iobannes eorũ rex apud anglos captus teneretur. Octo preterea hoim milia ad belli ſocietatez cũ diurno ſtipendio decernunt. Cuduntqꝫ ad ſtipendiũ armatorum aſſentiente carolo monetaz nouã.

¶ Dũ hec gerunt robert⁹ claromontẽſis aduerſus philippũ nauarrẽſem ⁊ gaufridũ haricurtũ in territorio ꝯſtantieñ. feliciter pugnat: occiſo ipſo gaufrido cũ alijs nõ paucis. Receptum inſuper eſt caſtellũ põtis audomari quod nauarri dedidere ſex milibus nummũ a francis acceptis.

Seditio propter monetã

¶ Inuenio carolũ ꝑ hos dies ad carolũ bohemũ imperatorẽ romanũ qui mettis agebat ꝓfectũ ⁊ inde poſt paucos dies reuertiſſe. Quid aũt ab eo cũ imꝑatore auunculo fecerit nõ inuenio. Interea dũ imperatorẽ carolus adit: mercatorum prepoſitus ſtephanus marcellus ⁊ pariſieñ. ſcabini (id eñ nomen eſt eorũ qui ciuitatis pariſiorũ moderationẽ gerunt) mutatã a carolo monetã eſſe non bono aĩo ferentes andegauorũ comitẽ vicarium a carolo relictũ plurio populo comitante cõueniũt: vt monete vſum inhibeat. Id qđ comes (duz carolus ab imperatore rediret) concedit: veritus credo tumultuantẽ populũ irritare.

¶ Carolo imperatore reuerſo: mercatorũ prepoſitũ ad ſanctũ germanũ altiſſiodorenſem per archiepiſcopum ſenoneñ vocat. Quem cũ ingenti armate plebis multitudine venientẽ archiepiſcopus monet nõ aduerſari legi quã de moneta Carolus tulerat. Sed plebis frequentia fretus prepoſitus: pernegat id ſe facturũ. neqꝫ permiſſurũ eaz monetã in vſum venire: atqꝫ ita locutus domũ diſceſſit. moxqꝫ quoſqꝫ opifices ab opere ceſſare ⁊ in armis eſſe paratos iubet. Trepidatum eſt ne quod a plebe inſigne flagitiũ patraretur.

¶ Exacta nocte: carolus ſub initiũ lucis palatium petit: quo item mercator prepoſitus ſe cõfert. Quẽ carolus alloquẽs: Ego inquit prepoſite bono aĩo fero quod a conciuibus tuis cõmiſſum eſt: ⁊ ſi quid culpe eſt: illã tibi remitto. neqꝫ ĩpedio conuentũ ꝓcerũ habere: eoſqꝫ ab officijs ſemouere placet: q̃ ſub patre poteſtatẽ geſſere. Monete vero conſiderationẽ atqꝫ vſum ad arbitriũ eorũ deferre placet qui a publico conuentu delegabunt̃. Caroli verba prepoſitus libens excepit: petit de ipſis ſyngraphum a rege conſcribi. Quod carolus facile admiſit. Nam pro rerum temporũqꝫ conditione vir cõſultus ſeſe accõmodat.

Conſiliũ pariſij

¶ Conuentũ igitur carolus iterũ pariſij cogit. In ede minoruz diui franciſci contio habita eſt. Ubi cõſtitutis q̃ ad rem preſentẽ expedire videbant̃: ad parlamenti ſenatũ carolus contionẽ vocat. Ibi poſt habitã a roberto gallo lauduneñ. ep̃o orationem: duo ⁊ viginti regij miniſtri nõ auditi a ſuis officijs caroli edicto amoti ſunt: preter nõnullos ex caroli miniſtris. Ex ſenatu quoqꝫ parlamẽti ⁊ rationũ pretorio: id eſt (ne abvſitato vocabulo diſcedã) camera computorũ complures ſecluſi. De ſubſidio quidẽ pecuniario: atqꝫ militũ copijs ita vt ſupra memoraui ſancitũ eſt. Monete vero preciũ inditũ. De pace autem nuncij burdegallaz a carolo miſſi: cum per abſentiã edouardi qui in anglia erat nichil trãſigi poſſet: duorũ annorũ inducias firmauerũt. Johannem autem regem richardus vuallie princeps in angliam victor traduxit: remiſſis domum reliquis captiuis quoruz vice iohannes ſe conſtituerat debitorẽ.

Johãnes in angliã ducit̃

populi furor

Carolus rẽpublicã regẽdam accipit

¶ Redeuntibus burdegalla nuncijs: littere carolo a patre reddũtur: q̃bus legem de bellico ſubſidio latã ſeruari ꝓhibebat. Quas per compita vrbis preconis voce promulgatas cum ſeditioſus populus accepit. ſtrepitu ⁊ clamore caroluz impellit nõ patris ſed delegatorũ conſilij ſtatuta obſeruare. Carolus igit̃ populi furiam aĩaduertens: ſtatim altera preconis voce conſilij decretum probat. Sed non multo poſt contionis huius ſeueritas elanguit: in ſuas quibuſqꝫ domos remeantibus. Conſilio diſſoluto: Carolus mercatorũ prepoſituz: carolũ conſacũ: ⁊ iohannẽ inſulanũ regni primores rectores ad ſe vocat: adminiſtrationem illis vltra vſurpare prohibens. ſe ydonea etate ad reipublice moderationẽ eſſe. Atqꝫ ita pariſio egreſſus: per alias ciuitates vadens: quaſqꝫ ad ferendũ rebus afflictis ſubſidium hortabatur.

Johãnes pinquigniac⁹ nauarrũ regem liberat

¶ At pariſiani caroli abſentiã non equo aĩo ferẽtes: cum futurũ fore cõiectarent vt pertinacie illorũ carolus facto aliquo obſiſteret: placare illũ elaborãt opem pecuniãqꝫ pollicentes. Quos carolus vt erat inopia preſſus libens in ſuã beniuolentiã recepit. Cõceſſitqꝫ vt conuentus alter pariſij haberetur: non oim quidem: ſed paucarũ ciuitatũ. Cum pariſium carolus reuertiſſet: conueniẽtibus q̃ ad conſilium deſignati erant: nichil vtile actum eſt. propterea ꝙ paucis non licebat de vniuerſa republica decretũ ſtatuere. Interim dum hec agunt̃ iohannes pinquigniacus quẽ rex artheſio prefecerat: nauarrũ regem carcere vi armiſqꝫ ſurreptum ambianũ eduxit: amicorũ precibus ſecuritate a carolo impetrata: nauarrus multa ſatellitum manu ſtipatus: ad ſancti germani de pratis cenobium venit: fauẽtibus imprimis laudunenſi ep̃o ⁊ aliquot cum mercatorũ prepoſito ciuibus pariſianis. Nauarri aduentum non bene ferẽtibus: ſeu timentibus quibuſdã campanis burgundiſqꝫ: qui ad conſilium veniſſent: clam domũ abierunt.

rex nauarr⁹ ad populum pariſienſem.

¶ At nauarrus miſſis ad amicos quos pariſij cõplures habebat: nuncijs: ſignificat ſe habere quedã q̃ palam diſſerere populo velit. Nauarri voluntate cognita ꝓtenus affuit cum ingenti multitudine mercatorũ prepoſitus. Ad quos nauarrus ex tabulato quod ad muros cenobij: clericorũ pratum verſus extructuz erat contionatus: cũ multa in miniſtros regios aperte: quedã vero in regez carolumqꝫ occulte diſſeruiſſet: omnis reliqua eius oratio ad ſui purgationem pertinuit: ſe innocentẽ: ſe iniuſte captum. ſe nouem ⁊ decem menſes in cuſtodia habitũ demõſtrans.

Uis a nauarro facta in cuſtodes ducis

¶ His a nauarro dictis: mercator prepoſitus aſſumptis ſecũ nõnullis conciuibus carolum adit: petitqꝫ nauarro innocenti ius equũqꝫ dicat. Cuius verba mox excipiens preſul laudunenſis: cuius conſilio fiebant oĩa reſpondet: non mõ equuz iuſtumqꝫ nauarro regi: ſed gratiam quoqꝫ dñm ducem nauarro facturum. Nec multi poſt interceſſerunt dies: cum carolus ad locũ quo nauarrus intra ciuitatẽ vẽturus erat prior ſe cõtulit. Uenientem armatis inſtructũ nauarrũ carolus (compoſito ad gratiã vt potuit vultu) excepit. Nauarrus vero cui nichil ſatis tutũ erat: exturbatis qui ad fores erãt: Caroli cuſtodibus: ſuos aſſeruare portas iubet. Breui ibi habito colloquio: quiſqꝫ diſceſſit. Poſtridie conuenientibus apud carolum ijs qui de nauarri poſtulatis decernerent: venit ⁊ ipſe mercatorũ prepoſitus: ſimulans ſe alia cauſa a delegatis conſilij trium ſtatuũ miſſum. Erat enim vt hec ageret a laudunenſi epiſcopo edoctus. cauſa ꝓpter quam venerat expoſita. Carolus eos tantiſper manere iubet: donec ſuam de ijs que in conſilio verſabantur ſententiam dixiſſet. Prolatis nauarri poſtulatis: prepoſitus rogatus ſententiã. Equum inquit oĩno rex nauarrus poſtulat. Cui te carole nõ decet refragari. Prepoſiti dictum oẽs (qꝛ inter eos conſultore laudunenſi põtifice: ita cõuenerat) ꝓbant. Itaqꝫ ſuppellex tota ⁊ quicq̃d anteqꝫ caperet̃ hẽbat: nauarro reſtituta. ei q̃qꝫ ⁊ ſuis cõmiſſorũ ĩpunitas cõceſſa. Cadauera etiã eorũ quos rothomagi capite punitos: ⁊ patibulo appenſos rettuli ſacre humo cõmendata: ⁊ eorũ heredibus bona q̃ fiſco applicata fuerant cõdonata/ miſſo in normanniã iohanne amalrico: qui hec reuera cõpleret. Preter hec ſpez ceperat nauarrus: normannie ducatũ: vel comitatũ campanie a carolo obtinere: cõpenſande impẽſe cauſa quã ipſe a deprehenſione ſua hactenus feciſſet. Cõpoſita vtrinqꝫ: vel vt ipſe ſentio ſimulata amicitia: poſtqꝫ alternis cõgreſſibus atqꝫ cõuiuijs Carolus dux nauarruſqꝫ ſeſe coluiſſent: mantã nauarrus petit. Inde rothomagũ vbi eos de quibus ſupplicũ ſumptũ fuerat magna põpa ſepulture cõmendauit: habita ad rothomagẽſes orõe de iniqua damnatorũ nece.

Predones ĩ pariſios.

¶ Eodẽ tp̃e nõ pauci ex conſtantienſi atqꝫ ebroicenſi territorio predones agrũ pariſiorũ incurſantes: cũcta populabant̃. Et licet in eos cũ copijs miſſus eſſet petrus villarius p̃fectus vigilũ: nullo graſſatores dãno affecit. Eapropter occaſiõe ſumpta: carolus copias contrahit: ſiue vt predatoribus (vt ipſe dicebat) occurreret: ſiue (vt pleriqꝫ ſentiebant)pariſio ⁊ vicinis oppidis preſidiũ collocaret. Idqꝫ metuẽtes pariſiaci carolum admonẽt ne id faciat.non eniꝫ ſe in vrbẽ milites admiſſuros. Quibus tametſi carolus ſe nichil tale cogitare reſpondiſſet:cuſtodibus tamen ad vrbis portas attributis:nemini niſi apprime noto ingreſſum patere patiuntur.

Nauarrꝰ copias cogit.

Capuciola pariſiorum

caroli ad plebem oratio

Prepoſiti mercatorũ conſilium

Carolus cõſacus

¶ Nauarrus poſtqꝫ parari a Carolo copias intelligit:ipſe quoqꝫ ſe pluribus armatis inſtruit:palam profeſſus: quandoquidem conuentoruꝫ fides non ſeruaretur(nondum enĩ arces q̃ ſue in normannia erant receperat)ſe eas vendicaturum. Ob id veriti pariſienſes ne aperto bello arma circunferrentur: ſignum ſibi ciuilis concordie accommodant. Caputiola rubri blauiſqꝫ coloris conſuunt: que quiqꝫ ferant. Hec ad diſſenſionem ſpectare animaduertẽs carolus:ad forũ quas halas vocant quo pariſienſes cõuenire frequẽtes ſoliti eſſent:ꝓdire conſtituit. Et cũqꝫ id illi nõ cõuenire laudunenſis preſul: atqꝫ ipſe mercatorũ prepoſitus identidẽ dicerent: ꝓpterea ꝙ a furibunda plebe periculũ impenderet. Prodijt tñ paucis comitatus:atqꝫ his populũ q̃ in foro erat paucis affatus. Vos inquit amici ſaluos eẽ cupio oẽs: Hortor itaqꝫ ſic de mea invos beniuolẽtia ſperare: vt ꝑſuaſum michi eẽ ꝯfidatis:me ⁊ viuere vna vobiſcũ:⁊ ſi ſors tulerit mori. Neqꝫ eñ armatos in veſtram perniciem cõtraho. Perſpectũ vobis eſſe poteſt hoſtẽ per agrũ veſtrũ populatõnes facere:quorũ ego conatibus atqꝫ incurſionibus militem opponere inſtitui. Quod nummorum penuria impeditus qꝛ facere non celeriter poſſum:animus eſt gubernacula reipublice recipiendi atqꝫ e magiſtratuũ faucibus collectã pecuniã recuperandi: cuius ipſe ne minimã partẽ hactenus fui cõſecutus. Fuit plebi nõ igrata caroli oratio. Id poſtqꝫ mercatorũ prepoſitus cognoſcit:contione apud ſancti iacobi hoſpitalis edem contracta: q̃ pridie eius diei a carolo dicta eſſent nũciat. Sed ſuꝑueniens mox carolus:dictorũ a ſe rationẽ expoſuit:cauſam memorans quãobrem reſtitui q̃ nauarro ꝓmiſſa erant non poſſent. Teneri quidem arces quaſdam a preſidijs q̃ pater illis impoſuiſſet:qui eas deſerere ꝓ fide preſtita nõ deberent. Idcirco non ꝑ ſe ſtare quin arces reſtituerent. Hec dixiſſe contentus carolus:contionẽ dimiſit. At carolus conſacus abeũte carolo multa in regios magiſtratus euomẽs:a duce quoqꝫ nõ abſtinuit. Laudauit magnopere prepoſitũ eum bonũ fidũqꝫ ciuem eſſe cõmemorans.rationabile propterea fore vt illũ in his q̃ a ſe geſta fuiſſent ceteri ciues tuerenť. Tunc a pleriſqꝫ conclamatum eſt prepoſitũ recte oĩa adminiſtraſſe:preſidiũqꝫ ferendũ illi eſſe.

Monete mutatio

¶ Per hos dies monete precium mutatũ eſt. Nã mutonus(id eñ monete auree nomẽ erat:ꝙ arietis effigiẽ queꝫ mutonẽ franci dicunt ſculptã haberet)ſolidis triginta eſtimatus eſt.

¶ Interim carolo pariſijs agẽte:hi qui circũ vrbẽ predas fecerant ſtãpas diripiunt:abductis multis captiuis. Et cũ duo fere armatorũ milia carolus in armis penes ſe haberet:ſtampenſibus tñ nullã opẽ tulit

¶ Redeuntibus ꝑ id tempus ex anglia morinenſi antiſtite francie cancellario.⁊ vindocinenſi comite: Carolus de pace inter reges habita conuentu procerũ cognouit: exultantibus vniuerſis qui res meliores factũ iri ſperarent. Venit preterea a nauarro rege qui mante agebat iohãnes pinquigniacus a carolo petẽs ea expleri q̃ in conuẽtis habebanť. Ad hoc ip̃m venerunt mercatorũ prepoſitus:⁊ ſchole pariſienſis cũ pleriſqꝫ doctoribus rector. Tñ erat oĩm fere illis diebus in nauarrũ regem ſtudiũ atqꝫ beniuolẽtia. Nec ſatis erat preter equũ ⁊ bonũ poſtulare niſi precibus minas adijcerent. His a carolo reſponſum eſt: conuentis quatenus poſſet ſatis eſſe factũ: eoſqꝫ mentiri qui ſecus loquerenť. Habere ſe ingenuos equites q̃ eius rei detractorẽ ſingulari certamine ob eã cauſaꝫ exciperent.

Homicidiũ a prepoſito mercatoꝝ in caroli cubiculo factum.

Mira ꝑpoſiti mercatorũ ſeuitia

¶ Poſtridie cõtracto in ede diui eligij magno populi cetu:ceſo prius reginaldo daucy dum a palatio domũ petit:mercatoruꝫ prepoſitus ſtephanus marcellus cubiculũ caroli ingreſſus. Nichil inquit ſerene princeps inter ea q̃ geſturi ſumus contriſteris. Et ſimul hec dicens conflauũ cãpanũ mareſchallũ carolo conſpiciẽte necant: Robertũqꝫ claromõtenſeꝫ inde fugientẽ in penetrali interimunt. Quibus cedibus perterritus carolus:atqꝫ a ſuis deſertus. Et tu inq̃t prepoſite libera carolum: ⁊ ſerua. Securus eſto prepoſitus reſpõdit:⁊ hoc tuo capiti capuciolũ impone. Id eñ veſtimẽti genus erat: quod ſibi populus ad diuerſe partis diſcrimẽ deſumpſerat. Carolus igitur cõmutato cũ prepoſito capucio: ꝑ omnẽ diẽ illã populari inſigni vſus: ſuum prepoſito caputiũ ferre ꝑmiſit. Ceſorũ cadauera trahi a ſatellitibus ⁊ ad mẽſam marmoream q̃ in atrio ad gradus palatij eſt proijci inſpiciente carolo prepoſitus iubet. Vbi ad populi ſpectaculum ad veſperam vſqꝫ relicta iacuere. Itaqꝫ eo ſuꝑbie ꝓceſſit populi furor:vt ꝑpoſitus tyrãno ꝑſimilis abutereť magiſtratu. Enimuero laneos carolo pannos bicolores miſit:ex quibus capuciola ſuis aulicis cõficeret: futura munimẽta aduerſus ſeditioſos. Id quod carolus nõ recuſauit. Cõuocatis preterea in auguſtinẽſium cenobio permultis qui per eos dies in cõmuni francie conuentu agebant:cedẽ a ſe factam prepoſitus(adnitente maxime roberto corbio)laudari ꝓbariqꝫ impetrat. Carolũ deiñ in ſenatu parlamẽti ius dicentẽ cũ pleriſqꝫ armatis conueniẽs petit ea oĩa illibata ſeruari que a trium ſtatuum delegatis inſtituta decretaqꝫ eſſent:neqꝫ impediret aliquot ex ſuis magiſtratu amoueri:ſed ſineret eos rempublicam moderari a quibus regendã eſſe populus decreuerat. Reciperetqꝫ in ſuũ cõſiliũ tris aut ad ſummũ quattuor pariſianos ciues quos populus deſignaret. Poſtulata carolus admiſit.

rex nauarrꝰ pariſiũ venit

¶ Dum hec a pariſianis furore tumultuqꝫ populari aguntur:nauarrus pariſium acceſſit:atqꝫ apud neellam diuerſatus eſt: quam regiam domum dono caroli poſtea accepit: cum bigore ⁊ matiſconis comitatu alijſqꝫ quibuſdam locis:ex quibus annui cenſus decem librarum milia ad eum peruenire poterant. Eius donationis cauſa fuit impenſa: quã ſue captiuitatis tempore ſe feciſſe querebatur.

Pariſioꝝ temeritas atqꝫ arrogantia

¶ Pacato vt videbať nauarro:pariſiani conſiderantes ne per principũ beniuolentiaꝫ male cũ eis agereť:⁊ peſſimorũ facinorum penas luerent:ad alias ciuitates ⁊ regni primores litteras dant: ſuadentes ſuam ſocietateꝫ profiteri:⁊ caputiolum pariſienſis federis atqꝫ cõis amicitie pre ſe ferre:quod iaꝫ carolus dux:⁊ nauarrus rex:philippus preterea aurelianus frãcie regis frater:⁊ comes ſtãpenſis aſſumpſiſſent. Litteris acceptis pauci aſſenſere. Reliqui nullo rñſo pariſienſes dignati ſunt.

¶ Inter tot reipublice damna carolus conſiliũ cepit:non ſe regis vicarium ⁊ locumtenentem(vt ſolitus erat)ſed regentem appellare:plus auctoritatis in ea appellatione eſſe ratus. Vſus eſt autẽ conſultoribus iohanne dermanno cancellario:mercatorum prepoſito:roberto corbio: carolo conſaco:⁊ iohanne inſulano. Qui poſt laudunenſem epiſcopũ primas conſilij partes gerebant.

Pariſiani luparã arcẽ occupant

¶ Egreſſus inde ſiluanectum Carolus quo beluacenſium nobilitatẽ venire iuſſerat: habito cum ꝓceribus de preſentium rerum ſtatu conſilio:mox pruinum profectus campanos ad fidem concordiamqꝫ hortatus eſt:ſine quibus inter tam multas calamitates regnũ francie peſſum ibat. Atqꝫ ita recepto monſteriolo: quod ad yonam amnem ſitum eſt:meldem vrbẽ(vbi eius vxor incolebat)petit:premiſſo comite iogniano cuꝫ ſexaginta delectis equitibus: qui mercatũ meldenſem occuparent. A meldẽſibus compendiũ ſe confert:vt viromandos in fide contineret. Ibi per nuncios accepit:pariſianos arcem luparam occupaſſe: ⁊ preſidio impoſito machinas inde belli ad edes publicas vrbis traduxiſſe. Itaqꝫ parum abfuit:quin ad priorem aduerſitatem noue factiones accederent. Nã abeunte pariſio carolo:nemo nobiliũ pariſios inuiſebat:carolum ſequentes. Et aliquot ciuitates cum pariſijs ſentiebant:ſed longe plures caroli partes tuebanť.

Modus pẽſionis carolo ſoluende

¶ Per eos dies cum alter apud pariſios trium ſtatuum conuentus haberi ſpectaretur: Carolus compendium contionem cõtraxit. Vbi ⁊ de militibus legendis: deqꝫ belli ⁊ reipublice ſubſidio:forma quã campani inter ſe ſtatuerant ſeruata eſt. Hoc eſt:vt per ciuitates ⁊ regni oppida ex ſeptuaginta domeſticis capitibus eques vnus: ex vicis atqꝫ agris ex centũ liberis hominibus vnus:ex ducentis ſeruis totidem legereť. Clerus decimam: Nobilitas ex centuꝫ librarũ annuo prouentu ſolidos centũ penderet. Cuius penſionis queſtores a populo commiſſi eſſent: preterqꝫ decime quã ad quotidianos ſumptus Carolus ſuo arbitratu moderaretur.

¶ Cõuenere paucis poſt diebus Carolus nauarruſqꝫ apud claromontem agri beluacenſis fruſtra adnitente nauarro vt in Caroli gratiam pariſianos reduceret. Qui poſtqꝫ nauarri interuẽtu nichil ſibi bene ꝓcedere vident:duos ex Caroli miniſtris: Henricum metretum fabrum lignarium:⁊ poretũ pontiũ pariſienſiũ prefectum proditionis inſimulatos capitis ſupplicio afficiunt.

Jaque beluacenſes

¶ Inſurrexit per idẽ tempus in beluacenſiũ territorio agricolarum inſolẽs turba que ex vicis in nobilitatem duce guillermo calleto irrumpẽs cedẽ multã facit:cõpendiumqꝫ vſqꝫ atqꝫ ſiluanectũ ⁊ ſueſſioneꝫ graſſata:arces cõplures ſpoliauit deiecitqꝫ. Erat huic hoiꝫ peſſi in nobilitatẽ precipua cõſpiratio ⁊ execrabilis ſeuitia. Quã ne per eius ſingula flagitia circũferar: duo tantũ eius immanitatis crimina memorabo. Inter plurimas cedes hec debacchãtium furia caſtellum quoddaꝫ irrumpens loci dñm cum palo alligaſſent: eius vxorem filiãqꝫ in conſpectu mariti ſtuprauerunt:ſtupratas necauerũt:viro mox crudeliter interempto. Alterum preterea auratum equitem a ſe trucidatũ:⁊ veru tranſfixũ igni aſſauerunt ſpectante eq̃tis vxore: quã a duodecim ſtupratoribus violatã:impulerunt de mariti carne veſci:miſeram paulo poſt mulierẽ morte afficiẽtes. Sunt qui memorie ꝓdiderũt hos graſſatores regeꝫ ſibi inſtituiſſe iaqueũ quendã bellouacũ: a quo ipſi ſe iaquas voluerũt appellari. Egreſſi quoqꝫ pariſio trecenti ex numero perditorũ hoĩes duce petro gillo tillium profecti:cum ibi iohannem vaillant cum quingentis eiuſdem factionis armatis comperiſſent:inita ſocietate meldẽ ducunt:rati prima incurſione mercatũ expugnare. Quos meldenſes poſitis per vias menſis vino atq̃ dapſibus magna omnium leticia reficiunt. Erant in mercato cum vxore caroli: fuxenſis comes:atq̃ alij bono numero nobiles quidam. Qui poſtq̃ oppugnationem aduerſuꝫ ſe parari vident:irruptione facta totam illam plebeiam vim furoreq̃ diſſipant. Ingreſſiq̃ ciuitatem: eam partim incendunt atq̃ diripiunt:capto ſolanno ciuitatis pretore:quem abductum necauerunt. Deprehenſus preterea a nauarro rege guillermus calletus iaquarum beluacenſium primarius carnifex(iaquas enim hec ſe factio vocabat)vltimuꝫ ſupplicium apud claromontem tulit.

Furor plebis reprimitur

Nauarr⁹ pariſienſis prefectus

¶ Veniens deinde pariſium rex nauarrus:pariſienſes illum ſibi ducē(id eſt vt ī vulgari vocabulo eſt)capitaneuꝫ preficiunt. Pollicētes ad reliquas ciuitates litteras dare que illum totius regni prefectum conſtituant. ¶ Hec agētibus pariſianis: Carolus numero militum fiebat in dies auctior qui vbilibet deprehenſos pariſianos ſpoliabant: ita vt eius ciuitatis ciuem nemo ſe ꝓfiteri auderet. Seuiebant tamen maxime in beluacenſium iaquas: quos ad numerum viginti milium intra paucos dies trucidatos fuiſſe traditum eſt.

Poſtq̃ iuſtum exercitum ſe habere carolus intelligit: callam mouet: deinde apud pontem chalentoniū atq̃ conflauum caſtra ponit:in pariſianos incurſiones faciēs. Nec erat qui aut ingredi vrbem aut inde egredi ſine eminenti ſui incommodo tētaret. Quod ſi turba facta populus interdū eruptionem faceret:vrbem magno ſuo damno repetere cogebatur:inſequentibus eos carolinis militibus.

Conuētio caroli et nauarri.

¶ Interim autem nauarrus apud ſanctum dyoniſium ſe continebat. Et iohanna regina cuꝫ concordie formulam principibus propoſuiſſet:obtinuit:vt ambo in colloquium venirent. Pone ſanctum anthonium campeſtrem tentorium carolo fixum eſt:quo ſe nauarrus contulit. Carolo ſtabant in armis triginta bellatorum milia Nauarro vero octo apud charronam vicum erant. Tandem cōuenit:vt ad omne debituꝫ quo carolus nauarro obnoxius erat diſſoluendum milia librarum decem annui prouētus nauarro aſſignaret:ſolueretq̃ definitis temporibus quater centū milia florenorum. Re ad hunc modum confecta iureq̃ iurando interpoſito:principes diſceſſere. Abiens a carolo nauarrus promiſerat de pariſienſibus ad caroluꝫ poſtera die referre. Sed verbi iuramentiq̃ neglector:anglos qui ſub eo militabant pariſij ad preſidiuꝫ locat. Nec morati pariſienſes:aliquot ex ſuis armatis ad caroli caſtra mittunt:quos acerrime repulſos ad muros vſq̃ carolus perſequit̄. Fuiſſe alios belli motus conſtat qui cum parū momenti habuerint eos pretermitto.

¶ Illud memorabile magis aduerſus anglos geſtum eſt. Erat apud ſanctū dyoniſium anglorum manus preter eam quam pariſij nauarrus habebat que predas faciens agros infeſtabat. Quāobrem arbitrati pariſienſes vnius criminis anglos eſſe conſcios: impetu facto:quattuor et viginti ex ijs qui pariſij erant occidunt. Compluribus qui apud neellam cum nauarro epulabantur captis:quos apud luparā in vincula coniecerunt. Ob cuius facti atrocitatem cum nauarrus illos(aſſiſtente ſibi mercatorum prepoſito increparet)non prius tumultuari deſtiterunt:q̃ ipſum nauarrum prepoſitumq̃ coegerint cum eis ī reliquos predatores anglos arma mouere Cuius cepti eos tandē penituit. Nam diu negligēterq̃ ſeſe nauarrus inſtruēs:dat anglis ſpacium ſibi proſpiciendi. Nec dubium fuit dimiſiſſe ad eos nuncios de pariſienſium aduentu. Quare inſidijs ad ſaltum diue marie bolonienſis poſitis:pauci extra ſaltuꝫ conſpiciebantur Mouentibus autem pariſianis:nauarrus prepoſituſq̃ dyoniſiana porta cum parte copiarū egreſſi ſunt. Reliqua peditum turba ſancti honorati portam petit. Qui dum in conſpectu hoſtis veniunt:mox qui in nemore latebant ſe palam oſtendentibus: tota illa incōdita plebs fuge ſe committit. Quarum maximam partem inſequentes angli ſpectante nauarro trucidant ⁊ nichilominus prepoſitus ad ſuos reuerſus:anglos non multopoſt e lupara ⁊ vinculis ſoluit. Deinde rixante eo aduerſus iohannem maillardum ob clauem propugnaculi dyoniſiane porte: quaꝫ ioſerano matiſconenſi committi illa die prepoſitus iubebat maillardus ad ſalas prepoſitus ad diui anthonij propugnaculum ſe recepit:geſtās neſcio quas in manu litteras a nauarro vt ipſe dicebat acceptas. Quas quia propugnaculi cuſtodibus communicare recuſauit:inſurgentibus qui preſidio erant Philippum guiſſardum primum:mox prepoſituꝫ interficiunt:commeritam tot a ſe commiſſis flagitijs penam excipientes. Occiſiq̃ quoq̃ ſunt iohannes inſulanus iunior: ⁊ iohannes poretus:qui omnes veſtibus nudati in viam publicaꝫ abiecti ſunt. Comprehenſi preterea carolus conſacus pariſienſis ſcabinus:⁊ ioſeranus matiſconenſis regis nauarri theſaurarius. in carcerem coniecti ſunt:⁊ poſtea capitali ſupplicio affecti :et in profluentum ſequane proiecti. Per eam cedium tempeſtatem carolus pariſium acceſſit conciliandi ſibi populi cauſa. Itaq̃ egregia oratione patefecit que mala ab ijs q̃ paulo ſupra penas fuiſſent facta iam erant:⁊ poſtea futura timebantur. Nauarro quidē regi francorum regimen cōmiſſuros:introducturos ob eam cauſam in ciuitatem anglos: nauarroſq̃ eo die quo de illis fuerat ſuppliciū ſumptum/mactaturos preterea eos qui regis patris atq̃ ſuas partes ſequebant̄:occidendorum edibus poſita ſigna eſſe deſtinate cedis. Confirmat⁹ caroli oratione populus:crudeliſſima ꝓditoꝝ facinora execratus eſt. Mutatur eñ ſemꝑ cuꝫ fortuna populi inſtabilitas. Hinc ergo indignabundus nauarrus apertū carolo bellū indixit.⁊ meldunū occupat:multaſq̃ per anglos incurſiones faciens oīa populabatur:ſollicitabatq̃ vrbes ad ſe deficere:iuuantibus eū anglis. Propterea robinus canolus anglus ex britonib⁹ in aurelianos mouens:caſtrū nouū/⁊ caſtilionē capit.deinde malicornū. Eodē tempore angli qui in agro altiſſiodorenſi populationes faciebant ciuitatem ſub lucem intercipiunt:diripiūtq̃ paucis interfectis. Et ne ſingula ꝓſequar:oīa flumina quibus aliquid cōmeatus ad pariſios importari poterat ſurſum deorſūq̃ hoſtis occupabat. Et iohānes pinquigniacus in territorio nouiomenſi centum et viginti inſigni nobilitate viros cum nouiomēſi antiſtite captos in vincula apud creoliū coniecit. Moxq̃ ambianos petens:ciuitatis ſuburbia cremat. Sperabat eñ adiutore iacobo fuſciano ambianos in poteſtatem nauarri recipere. Sed ꝓditione cognita iacobus capite punitus eſt.

Apertū bellū a nauarro indicitur.

Forma concordie quā legati Caroli ab anglia rettulerunt.

¶ Interim cū ex anglia a Iohāne rege reuertiſſent oratores:ꝓpoſite pacis conditionem ferentes:Carolus accerſitis in atrio palatij multiſvarie dignitatis hoībus:pacis formulam ꝑ guillermū dormanū regium in ſenatu parlamenti aduocatum ad tabulam marmoream recitare iubet. Petebat edouardus pro iohannis redemptione ſibi ꝑpetuo normanniam xantonaſq̃ dimitti:cum adiacentibus ciuitatibus agenenſi:tarba/petragora/lemouice/cadurco:turonenſi:boloniēſi:pontiuaco:⁊ guinarum comitatibus:caliſio:⁊ monſteriolo:quos principatus atq̃ libero iure et ſuo imperio poſſideret:ita vt britonicus ducatus normanū ducem non ſecus ac primarium dominū eſſe ꝓfiteret̄:atq̃ in eius verba iuraret. Si iuris preterea quippiā in terris ipis vſu vel lege aliq̃s vendicaret:id(reſtitutis poſſeſſoribus)redimeretur a iohanne. Adhuc quadragies centum milia nūmū philippoꝝ aureoꝝ edouardo ꝑſolueret:duodecim datis obſidibus: cū aliquot ciuitatibus:inter quas rothomagus cadomūq̃ deſignabant̄:et ſuꝑ hec centū milia libraruꝫ ſterlingoꝝ(id genus eſt pecunie eſtimationis apud anglos) Et hec quidem edouardus petebat. Sed inique viſe ſūt cōcordie leges. Ideo cōmuni decreto bellū anglis indictum eſt. Simulq̃ inſtitutū quē numerū militū:quāve pecuniam ad id bellū quiſq̃ ſuppeditaret. Exacti inde paucis diebus:de reducendis ad mutuam beniuolentiā principibus cū ſolliciti eſſent: ita egerunt:vt ad carolum nauarrus veniret.

Nauarr⁹ pōtiſarā ad carolū venit.

Venit autem pontyſaram obſidibus a carolo datis. Ubi poſt multa hinc inde de cōcordia habitis ſermonibus cū nauarrus oblata reſpueret:carolus miſſo ad illū comite ſtampenſi:hec dicere iubet. Quādoquidē iuſto et equo aduerſaret̄:ſciret carolum neq̃ amicitiam cum eo/neq̃ pacem habiturū:ſed cum in vincula reducturum vnde fuiſſet ſublatus.

Nauarr⁹ caroli cōſiliarios alloquit̄.

Inſequenti nocte nauarrus ſiue numine aliquo iſtinctus ſiue dolo malo iram diſſimulans:ad caroli conſiliarios miſſo nuncio:orat ad ſe veniant. Ubi illi aduenerunt:hec locutum nauarrum accepi. Haud inquit viri ſapientes dubius ſum eam regni huius miſeram conditionem eſſe:vt ſi diſcordijs agere pergamus:facile reſpublica dilabatur. Eapropter qm̄ a francis regibus genus ſumpſi:ponenda eſſe odia operepreciū iudico/et regni calamitatibus ſuccurrendum. Itaq̃ conſtitui regis et caroli amicitiam inire:eāq̃ ſyncere obſeruare. Neq̃ mihi pecuniam/neq̃ alias poſſeſſiones vendico:preter eas q̃ āte diſcordiarū tēpus mee ditionis extiterunt. Quare ite:et hec alijs collegis veſtris et Carolo nunciate. Hec cum carolo relata fuiſſent:magnopere laudauit. Accerſitoq̃ in cenaculū arcis procerū et prudentum conuentu:nauarrum introduci iubet. Qui aduenīēs ea que apud conſiliarios dixerat/coram eſt locutus. Reconciliatis principibus:beniuolentie initiuꝫ hoc nauarrus dedit. Anglos partium ſuarū omnes qui in preſidio poſſiaci ⁊ in caluomonte erāt emiſit. Non defuere tamen qui nauarri in carolū fidem ſuſpectā haberent. Idcirco carolus non prius nauarrum pariſium admiſit:q̃ populi animū exploraſſet. At vbi comperit paceꝫ gratam pariſienſibus eſſe/nauarrumq̃ tuto introducere poſſe:proditoribus excluſis:regem amicum liberaliter accepit. Proditorum hec noīa ſunt. Robertus gallus laudunenſis antiſtes. Michael taſſus nouiomenſis eccleſie cancellarius. Iohānes ſandacus. Petrus delacurtus. Vincētius mauricerius. Petrus debarrus. ⁊ Gaufridus flamingus. Quos iohānes mareſianus in ſenatu parlamenti(autore mercatorum prepoſito)palam deſignauerat. Paucos inde dies Pariſij diuerſatus nauarrus meldunum ꝓficiſcitur. Et ſperabatur ex creolio anglos dimiſſurus/ propterea q̃ inauditum vectigal ab ijs qui ſequana merces Pariſium inueherent exegiſſet: non alia cauſa (vt iactabat) ꝙ vt ſtipendium militi ſolueret. Sed neqꝫ meldunū nauarris: neqꝫ creolium anglis liberauit: ꝗuis ſex regalium milia a Pariſianis vt anglos amoueret receperit.

Edouardus in remos mouet.

Per id tempus menſe nouembri edouardus poſtꝗ̄ cōperit francos pacis conditiones quas Johannes poſuiſſet reſpuere: premiſſo caleſium duce leucaſtrie cū quadringentis equitibus et duobus ſagittarioꝝ milibus: ipſe in galliam traijciens cū caliſium appuliſſet: recenſito diligenti cura exercitu tris acies inſtruxit. Primam que quingentis equitibus auratis: et mille ſagittarijs conſtabat: ſequebatur altera in qua rex ipſe erat tribus equitum et ſagittarioꝝ milibus quinqꝫ ſeptus. Ingens poſt carrorum numerus ſuccedebat/quibus omis generis commeatus vehebatur. Nam cum inaudita prius annone caritas franciam vexaret: non tantum frumenti copiam: ſed molendinorum machinas edouardus condiderat cū breuibus ſcaphis quibus e ſtagnis piſces exciperet vel flumina tranſmitteret. Que oīa ſex carroꝝ milibus impoſita tuebatur tercia acies duorum miliū equitū preter pedites ⁊ ſagittarios qui ex germanis et belgis ad edouardum conuenerant: vt in tanto belli apparatu edouardo obſequerentur: vel reuera predas facerent: ⁊ ſuas fortunas rapinis ampliarent. Comitabantur quoqꝫ foſſores quingenti et fabri lignarij qui aſpera viarum: et impedientes profectionem ſiluas equarent. Hanc tanti belli molem edouardus ideo ſuſceperat: vt francie regnum vendicaret: aut pacis leges quas animo conceperat franci reciperēt Igitur poſtꝗ̄ apud remos in obſidione dies quadraginta ſediſſet: relictis remis per campaniam ducens: ſenones tandem atqꝫ niuernenſes petit: acceptis a burgundis ne in eos moueret florenorum aureorum milibus ducentis. Inde moretum per vaſtinium profectus: ad regine burgum conſedit. Unde miſſis ad carolum normannie ducē caduceatoribus per eos a Carolo petit pugnandi faciat poteſtatem. Quo non impetrato: aliquot angli ad Pariſioꝝ portas incurrentes ſatis acerrime repulſi ſunt. Moxqꝫ edouardus per belſiam iter faciens in britāniam copias ducit vbi per eſtatem recreato exercitu: ad autūni initium Pariſium reuertitur: quam circūuallare niſus eſt. Inter has calamitates Carolus multa proſpiciens: cancellarium guillermum de monte acuto. abbatem preterea cluniacenſem: et ſymonem lingonenſem ordinis predicatorum primariū rectorem ex aulicorum conſilio ad Edouardum legat. Sed nec ſic pacis conditio proceſſit.

Edouardꝰ i ſuburbio ſc̄ti marcelli Pariſienſis.

Caſtris igitur ſublatis: partem copiarum hoſtis ad diui marcelli ſuburbium locat: ratus pariſienſes prelij poteſtatem facturos. Quietis frācis et in vrbe ſe continentibus: ſpe fruſtratus edouardus: carnutum verſus iter fecit. Caſteldunū autem cum veniſſet: orta tempeſtate que ſolito horridior fuit territus hoſtis per cluniaci abbatem clam explorat: ſi pacis aliqua conditio inueniri poſſit. Quod poſtꝗ̄ referēte abbate cognitum eſt: carolus animū ad pacem intendit. Miſſis ab vtroqꝫ principe nuncijs viris et nobilitate et doctrina illuſtribus: apud bretigmacū quivicus eſt non procul a chartris ſub montelerico conuentio habita pacem ad inſequentem modum conſtituit.

Formula liberandi regis iohannis.

Anglo omnis Pictauia: toardus: bellauilla: ſantones: agena: petragorum: Lemouicenſes: caducri: tarbienſes: bigorrij/ angoliſmi/ ruteni/ pontiuaci/ caliſij: et guinarum comitatus cum alijs adiacentibus vicis obuenirent: et ad ipſius perpetuam ditionem abſqꝫ vlla iuris aut maieſtatis diminutione cederent. Ei quoqꝫ tricies centena milia aureorum ſtatutis diebus ſoluerētur His ad hūc modum caroli nomine firmatis: edouardus iohannē regem caliſiū deducere ꝓmiſit: vnde liber et nullius rei obnoxius abire poſſet: datis ante omia obſidibus: permiſſiſqꝫ in angli poteſtate ruppella et guimarum pertinentijs. Qui iohannes caliſio aliquādo digreſſus: nec bellum anglo indicere: nec in eū arma ſumere tentaret: donec que decreta ad pacem erant pleniſſime complerentur. Huius concordie poſtꝗ̄ ſyngrapha principum iuramento ⁊ ſigillis roborata ſūt: induciecqꝫ poſite. Johannes rex poſt quartū ſue captiuitatis annū: caliſiū perducit. Quo (viſendi patris cauſa) carolus ſe contulit. Rebus poſt aliquot menſes plane ordinatis: iohānes boloniam mox ad ſanctū audomarū ꝓfectus eſt. Edouardus vero ludouicum andegauie ducem: et iohannē aluernie atqꝫ biturigum principem regis filios: Ludouicū borbonienſem: Petrū alenconiū: Johannem comitis ſtampenſis fratrem: Guidonē bleſenſem: alios preterea obſides non infime nobilitatis ſecum ducens angliam repetiuit. Johannis autem aduentus mirabili oīm leticia exceptus eſt. Ad quem veniens paulo poſt nauarrus: iurat in fide ſe manſurum. Conciliatione principū habita: cum milites ſuis preſidijs ſicut conuenerat egredi oporteret: nec ſtipendio vllo iuuarentur: deſperatis rebus: magna pars prefectos capitaneoſqꝫ ſibi conſtituūt. atqꝫ ita per campaniā populationes facientes burgūdiā inuadūt. quibus aliquot nobiles burgundi ſeſe coniūxere: tāto quidē numero

vt ſupra quindecim milia paruo tempore hec turba excreuerit. Moxqꝫ decem et ſeptem ductoribus graſſantes: per matiſconē in foreſtam iter faciunt. Aduerſum quos a rege miſſus cū non contemnendis copijs iacobus borbonius infeliciter pugnauit. Predones eñ monticulum non multū ꝓcul a lugduno cum ſucceſſiſſent: partem copiarum poſt montem occultant: reliqua pars velut inermis ſe iacobo oſtendit. Erat mons petroſus atqꝫ cōfragoſus. In quē dū iohannes archipreſbyter prime cohortis ductor aſcēdere pergit: predones lapidibus deorſum magno vi et numero iactis: ſubeūtes arcebant: iohannemqꝫ grauiſſime contundunt. Cui ſubſidio adueniens borbonius toto exercitu preliatur. Sed confeſtim prodeuntibꝰ qui latuerant fit ſtrages magna frācorum. Cadentibus plurimis: iacobus cum filio eius petro ſaucius lugdunū egre relatus eſt: cum ageretur annus ſalutis. ccc. lxi. ſupra mille. Igitur victores latrūculi partim cū beguino batefolo anſam oppidum arari: id eſt ſagone finitimum ſe recipiunt. partim cū nādone baugerano auinionem petunt. pontēqꝫ ſanctiſpiritus ad rhodanū flumen ſub diei crepuſculo capiunt: et ſpoliant nulli ſexui parcentes. Id pontificem q̄ auinione agebat vehementer exterruit. Itaqꝫ ex patrū cardinalium ſentētia petrum monaſteriū cardinalem ducem conſtituit: qui collecto exercitu graſſatores compeſceret. fitqꝫ ob id ipm tanqꝫ in hoſtes religionis chriſtiane cruciata. Egreſſo petro carpentracum vt conuenientes illuc milites exciperet: cum pecunia ad ſtipendiuꝫ non ſufficit: alij in lombardiam: alij ad graſſatores: pleriqꝫ domū ſe contulerunt. In hac rerum deſperatione venit in mentē pontificis accerſire montiſferrati marchionem qui per id tempus belli peritiſſimus habebat: et aduerſus mediolanenſes bellum gerebat. Hunc magnis ſtipendijs pontifex adducit hanc perditorum hominū coluuiem ſibi adiungere ad eam expeditionem quā in inſubres parabat. Marchio autem quia ad rem ſuam id cōducere iudicabat: latrunculoꝝ ꝑfectos ſpe premiorum allicit: ita vt ſexaginta florenorum milibus acceptis: et pontificis abſolutione percepta: pontem ſanctiſpiritus relinquerent. Hinc marchionem ſecuti ſuperatis alpibus ſtipēdia apud eum fecerunt. Seguynus autem qui anſam vt diximus occupabat: bryodam aruernie oppidum relicta anſa multis munitionibus firmat: atqꝫ inde poſt diras excurſiones ī finitimos factas: in vaſconiam tandem quia vaſco erat cum ingenti preda ſe recepit.

Johānes ex āglia liber factus ducatū burgūdie recepit.

¶ Eodē tempore philippus burgundorū dux et comes defunctus eſt: atqꝫ in demortui locū iohānes rex ſucceſſit. Quam terram cum adiſſet: auinionem ſalutandi pontificis innocentij ſexti cauſa profectus eſt. Quo paulo poſt mortuo: et vrbano quinto poſt difficilem cardinalium contētionem ſuffecto: Johannes pontificem vt chriſtiane legis primarium ſacerdotem honorauit Sub ipo creationis vrbani tempore venit ex cypro petrus luſigniacus hieroſolimorum rex. Hunc a pontifice et collegio patrum plurima benignitate ſuſceptum iohannes quoqꝫ liberaliſſime amplexus eſt. Audiuitqꝫ attente de belli aduerſus fidei hoſtes in pontificis et cardinalium conſeſſu diſſerentem. De qua re cum preſul vrbanus contionari ⁊ diſertiſſime ſuadere cepiſſet: iohannes paterni voti recordatus quo ſe huius in ſaracenos expeditionis reū philippus fecerat: ratus quoqꝫ id oportune contigiſſe: quo vagas per franciam militum turmas ad eam expeditionem educeret/cruce ſe ſignauit. Nec multo poſt a pontifice abiens: cū de filijs obſidibus alijſqꝫ anglo regi aſtrictis curam gerens vt eos in libertatem vendicaret in angliam nauigauit. Sed idus martias egrotans octaua aprilis die anno chriſtiane pietatis. ccc. lxiiii. ſupra mille londonijs vita deceſſit. Cuius corpus inde elatum ſiniſtrorſum are maioris in diui dyoniſij cenobio humatū eſt. Qua tempeſtate bertrandus gueſcluinus brito gallus homo belli apprime ſciens mantam que nauarri regis erat hoc aſtu in caroli ditionē accepit. Eſt rolebeſſa caſtellum ad ripam ſequane tercio a manta miliari diſtans: quod vantarus aſtarus patria bruxellenſis coactis vndecūqꝫ poterat deſperatis militibus occupabat cuiqꝫ homini inimicus. Quem bertrandus ⁊ Johannes bourſicaudus petere ſimulantes in ebroycenſes ducunt qui ad nauarrū pertinebant. Uerum cum inde repulſi abirent: dolo vſi mantam verſus proficiſcuntur. Preueniens autem vt conuenerat bourſicaudus: quaſi ipe a vantaro et robeleſſibus fuſus fugeret: māte vigiles qui noctu ad muros excubabant miſerabili voce inclamat. Interrogantibus cuſtodijs quiſnam eos appellaret: franci inquit ſumꝰ: quos rolebeſſe preſidium exuperatos perdere approperat. Suſcipite miſeros et portas pandite deſperatis. Itaqꝫ his queſtibus moti cuſtodes: bourſicaudum in oppidum admittunt Quem in inſidijs latitans confeſtim ſequitur gueſcluinus/fitqꝫ omniū nauarroꝝ qui mante erant preda et cedes. Cepere preterea caroli milites melannū cum arce: vbi deprehenſis aliquot pariſianis ciuibꝰ qui nauarri partium erant: cum pariſium fuiſſent perducti de ipis ſupplicium ſumptum eſt. Idem quoqꝫ bertrandus cum illi occurriſſet vaſco quidam nobilis Johannes graylus captaubuſius nauarro inſeruiens cum bona militum manu conſerto prelio apud ytonem fluuium haud procul a a cocherello oppido vaſconem capit: meliore ſuorum parte interempta. Quem carolus rex a gueſcluino receptum in meldenſi mercato aſſeruari in cuſtodia iubet. Datqꝫ bertrando in captiui locum longāuillam quam guyffardam vocant.

Jta apud londonias Johanne defuncto: Carolus cum iohanna borbonienſi eius vxore remis veterum regum more ſacratus eſt. Jnde cum pariſium reuertiſſet: Philippo fratri ſuo iuniori burgūdiaz donat: recepta ab eo turonia quā antea Philippus poſſidebat. ¶ Per id tempus carolus bleſenſis aduerſus iohannem de monteforti ob britānie ducatum: aduerſante fortuna pugnans occubuit ſuis partim ceſis: partimqꝫ fugatis. labente anno dominice ſalutis milleſimo trecēteſimo ſexageſimoquarto. Jnter eos qui ceſi decumbebant cū Carolus bleſenſis inuentus fuiſſet iohannes victor interemptum hoſtem videre feſtinauit. Jllachrymauitqꝫ conſobrini necem: moxqꝫ iuſſit ſepeliri: et apud guyngātam tumulo deponi: vbi miris operibus claruiſſe perhibetur: in ſanctos a pontifice vrbano quinto relatus. Nec fuit qui in iohannem poſtea pro britonum imperio dimicaret. Sed interuenientibus Caroli regis legatiſ vxori Caroli bleſenſis cui parlamenti decreto britonum principatus fuerat attributus data eſt pointiura cum vicecomitatu lemouico. Interceſſore etiam edouardo pax inter carolum nauarrumqꝫ conuenit: cōmutatione poſſeſſionum facta: ita vt nauarrus montēpeſſulanū baionamqꝫ: Carolus vero mantam meulanum et longāuillam quam gueſcluino donauerat poſſideret: captaubuſo vinculis exempto. Supererant his diebus diuerſis per frāciam locis armatorum varie ex anglis britonibus atqꝫ nauarris cohortes: que predas populationeſqꝫ nullo certo duce faciebant. Has vt emitteret gueſcluinus magnopere ſtudebat: ꝓmouente maxime carolo rege: qui eum poſt Caroli bleſenſis interitum de anglorum captiuitate centum francorū milibus exemerat. Et bertrando quidem ſe obtulit cogitata faciendi talis occaſio. Caſtelle regno petrus potiebatur: fratrem habens henricum ſpurium. Hic ſiue quia praua natura eſſet: ſiue quia petri principatum moleſte ferret: ſiue qꝛ ab eo eſſet poſſeſſione deiectus in aragoniam primū: mox in franciam conceſſerat: ſpe cogendi manum aliquam hominū perditorum: quorum plurimus ex preteritorum bellorum reliquijs numerus per franciam erat. Itaqꝫ gueſcluinū bellicoſum hominem ſollicitat arma in caſtellam conuertere: illic iuſtam belli cauſam eſſe: ſiue in ſaracenos/ſiue in petrum decertet. Gueſcluinus hērici frequēti ſuaſu animatus: oportunum tempus adeſſe ratus quo turmas armatorum regno ſummoueret: quoſqꝫ qui plus inter illos auctoritatis habebant conuenit. Ait ſe expeditionem in hyſpaniam aduerſus mauros deſumpſiſſe: in qua ſtipendia facere: et ſalutare bellum gerere ſe duce poſſint. habere ad belli ſocietatem henricum hyſpanienſem. In ea militia opes gloriam ſalutemqꝫ propoſitam illis eſſe. Apud francos quorum res ad pacem quietemqꝫ inclinabant: nihil preter latrocinia et tandem ſupplicia predatoribus eminere. Quibus gueſcluini verbis pleriqꝫ perſuaſi cum eo ſe profecturos pollicentur. Itaqꝫ decem milibus diuerſe natiōis hominū belli peritorū coactis: gueſcluinus in hyſpaniam ducit. promouente maxime carolo rege: qui eum poſt caroli bleſenſis necem de anglorum captiuitate centum francorum milibꝰ exemerat. Habuit ſecum gueſcluinus henricum ſpm: Jacobum borbonium: arnulphū dandrehanum francie mareſchallum: Johannem caurelaum anglum: et mauricium treſinguydum. His per aragoniam in caſtellam profectis: petrus caſtellanorum rex/ea tempeſtate potens et diuitiarum abundās: ſed alioquin prauus et religionis minime obſeruator: nihil belli intulit. Nam cum aduentantibus in caſtellam copijs burgis primaria eius regionis ciuitate ageret: vrbe relicta tolletum ſe recepit: conſcius iniquitatis qua in pleroſqꝫ ſeuierat. Igit vacuas hoſte burgas franci receperūt: aliquot ex iudeis ſaraceniſqꝫ interfectis. Chriſtianis enim nihil damni illatum eſt. Recepta ciuitate henricum dyademate impoſito franci regem appellant. Reſtiterat in francia ex turmis predatorū Arnulphus cognomento archipreſbyter: qui gueſcluino non audiens regnum mirū in modū vexabat. Hunc ſui ob male diſtributas predas occidunt. Nunciatumqꝫ eſt carolo petrum ex caſtella ad valie principem edouardi filium in aquitaniam profugiſſe: et henricum toti caſtelle principari. Per eos dies Johānes de monteforti ob britannie ducatum: ⁊ eas quas ſub caroli ditione poſſidebat fidē regi preſtitit. Angli vero valie principe duce per nauarram vadentes reſtituendi petri cauſa ī caſtellam ducunt. In quos henrici milites progreſſi quingentos occidunt. Sed felici initio dirior fortuna ſucceſſit. Nam conſerto totis copijs prelio Henricus apud nauarretum ſuperatur: capto gueſcluino cum alijs ductoribus frācis. Ea ſiquidem victoria ſuperbior factus petrus in penitiorem caſtellam ſe recipiens/anglos in valliſoleto reliquit yſpalim petens: vbi congeſta vt ipe gloriabatur pecunia ſtipendiū militi anglo ſicut conſtituerat ſolueret. Sed eo negligenter improbeqꝫ agente: cum nec ſtipendia nec commeatus ſufficerent: valie princeps copias burdegallam reduxit. Que paucos poſt dies per franciam diffuſe: omnia ligeri trāſmiſſo: in agro matiſconenſi et burgundia: deinde in campania populabantur. At henricus qui caſtella relicta carcaſſone agebat cognito anglorum diſceſſu: viribus receptis et multorū caſtellanorum francorumqꝫ auxilio nixus: caſtellam recuperat: occiſo apud Mantuellū caſtellū petro: qui vxorem ducis borbonij filiam ſupra aliquot ānos ſua crudelitate vſus necauerat. Valie vero princeps in aquitaniam reuerſus: perfidie in francos tenax: et quia expeditio hyſpana eum pecunia deſtituerat: nouū in aquitania cenſuz ex ſingulis qui rem domeſticam gerebant colligere tentauit. Id exactionis penſum foagium franci vocant. Igitur cū aquitanos vaſconeſqꝫ vectigalibus vexare cepiſſet: et proceres male tractare ſtuderet: armygniaci comes adherentibus ei alberto et petragorio comite ad Carolum regem prouocauerunt. Et quedam anglorum cohortes accepta a Carolo grandi pecunia in aquitaniam abierunt: relictis locis que preter concordie leges occupauerant. Et aliquot preterea burgundi equites contracta non magna militum manu: in turmas predatorum apud ſamalatum irruentes: aliquot occiſis captiſqꝫ in fugam coegerunt: recuperatis captiuis quos graſſatores abducebant. Quo tempore Caroli vxor filiū ingenti omniū gaudio peperit: cui Carolo nomen inditum eſt. Abbatiſuilla quoqꝫ et relique pontiuaci comitatus arces et loca: autoribꝰ Guidone de ſancto paulo/et Johanne caſtilionenſi relictis anglis quorum duram dominationem ferre non poterant Caroli ſe poteſtati permiſere. Armygniaci vero comitis: ceterorumqꝫ procerum aquitanie prouocatio ad parlamenti ſenatum relata decreto publico: rege preſidente recepta: et aduocandum in iudicium valie principem mandatū expeditum. Cuius exequendi cauſa eques auratus ex belſia caponellus vocatus: cum iureconſulto homie Burdegallam profectus: cū ſue legationis rationem principi prodidiſſent: iuſſi a principis conſpectu confeſtim diſcedere: tholoſam iter facere properarūt: vbi andegauus dux agebat. Sed abeuntibus oratoribus: mox Edouardus Guillermū monachum equitem anglum ꝑſequi eos mittit. Quod ne principis mandato fieri videretur: Guillermus deprehenſo in agro agenenſi caponello: hoſpes inquit veſter o caponelle queritur ꝙ vos equorum commutatione facta equū ad ſe pertinentem abducitis/ hoſpiti ſatis te facere oportet. Atqꝫ ita caponellum cum eius collega in cuſtodia apud agenenſes poſuit. Parui ad hunc modum prouocatione habita princeps armygniacum eiuſqꝫ conſortes bello perſequebatur. Quibus de rebus tametſi multis legationibus vltro citroqꝫ miſſis diſceptatum diu multumqꝫ fuiſſet: dicentibus anglis prouocationem ipſam definite cum iohanne paci repugnare: preſertim cum aquitanie primaria ditio in anglie regem eſſet a Johanne repoſita: contra aſſeuerantibus francis: appellationem ab armygniaco interceſſiſſe priuſqꝫ ſuprema aquitanie poteſtate ſe Johannes abdicaſſet: propterea ad Carolum preſentem regem prouocationis cauſam optimo iure pertinere: qui ſubditorum controuerſias a ſe reiſcere non deberet: he argumentationes multis alijs rationibus adiectis cum propoſite ſcripteqꝫ fuiſſent: eas ad edouardum carolus in angliam miſit. ¶ Dum hec ita geruntur/legatorum iniuriam quam ab anglo acceperant: Petragoricus comes et qui cum eo Pariſij apud regem erāt vaſcones perſequi maturantes bello ſe accingunt. Feſtinanteſqꝫ cum bona ſuorum manu/cum reſciſſent Thomā vuacum ex villanoua agenenſis agri rutenos petere/vt arci que vrbi eminet preſidium imponeret. trecentum equitum inſidias aduerſus Thomam ſecundo a montalbano lapide locant. Igitur pretereuntem cum ſexaginta equitibus et ducentis ſagittarijs Thomā inuadunt. fit clamor vt in rebus ſubitaneis ſolet. Sed ſuccumbentibus anglis/thomas perniciſſimo equo vſus in montalbanum ſe recepit. ¶ Interim philippus burgundionū dux et comes/Caroli frater gandauū profectus anno chriſtiane gratie milleſimo trecēteſimo ſexageſimonono. Margaretam ludouici flamingorū comitis filiam vxorem accepit. conditionibꝰ que ſequuntur lege iureqꝫ iurando roboratis. Tenuerant reges franci tria ſecus flandriam non parui momenti oppida/inſulam/duacum/orchias/cum eorum agris atqꝫ appendicibꝰ

Et ludouicus flandrenſis deberi ſibi ex pacto dicebat librarum milia decem annui cenſus. et centum preterea ſcutorum milia que franci reges non exſoluiſſent. Conuenit igitur vt illa tria oppida memorati cenſus nomine ſub regis fide et principatu comes perpetuo poſſideret: eiqꝫ centena que diximus ſcutorum milia in primis ſoluerentur. Si vero nullis liberis virilis ſexus ex legitima vxore ſuſceptis Ludouicus interiret: ea ad Margaretam eius filiam hereditario iure tranſirent. Cui ſi nulla ex philippo burgundie duce maſculina proles foret: ad reges francos oppida redirent: aſſignatis prius flandrie comitibus cuiuſuis ſexus eſſent decem librarum flandrenſium milibus que ante Philippi et Margarete nuptias comiti debebantur. Nuptiarum quidem Philippi huiuſmodi leges fuiſſe haud dubium eſt: Celebrato matrimonio: cōſtituerat Carolus expeditionē in angliam duce Philippo fratre mittere: et ad id venturum prope diem nauarre regem ſperabat. Quapropter hareſlum profectus: nūcium accepit cloceſtrie ducem ex anglia cum valido exercitu caliſium traieciſſe: atqꝫ inde morinum ariamqꝫ infeſto agmine duxiſſe. Atqꝫ ita anglice expeditionis negocio pretermiſſo: Philippum aduerſus anglum cum copijs mittit. Poſitis in mutuo conſpectu in colle tornehani caſtris non procul ab ardera (leuibus prelijs commiſſis) vtriuſqꝫ exercitus ducibus placuit loco deſignato totis copijs preliari. Deliguntur a quoqꝫ principe ſex aurati equites qui locum pugne conſtituāt. Sed abeunte neſcio qua ratione Philippo nulla dimicandi poteſtate facta: anglus per caletos rothomagenſis agri hareſlum vrēde claſſis cauſa que in anchoris erat contendit. Ubi poſtq̄ id ſe fruſtra conari videt: retro caliſiū iter vertit. capto in abbatiſuille ſuburbano Hugone caſtillionenſi: cum aliquot pontiuiacis equitibus auratis. Capiendi autem Hugonis hec occaſio incidit: dum ab hareſlo angli per pontiuiacum reuertuntur: Nicolaus louanius qui pōtiuiaci ſeneſchallus fuerat: et ab hugone captus decem fuerat milibus francorū mulctatus : eius damni nō immemor viginti tantū armatis ſecum aſſumptis in ſuburbano quod ad rouerſam portam eſt clam delituit : donec ex oppido prodeuntem quempiam captum abduceret. Quo die hugo caſtillionenſis ſollicitus explorare quis ordo eſſet preterūtium anglorū: accerſitis duodecim tantū militibus ad portam roueriam inſidiaꝝ neſcius accedit: ſimulans preſidiū eo loco ponere. Egreſſus porta cū ad macerias vbi hoſtis louanius conſidebat nihil metuens ꝑueniſſet: repente in eū hoſtis inuolat: incautūqꝫ deprehendit: et duxit in angliam captiuū. A quo cū ingens redemptionis precium expetitur: poſt longā tandē cuſtodiam negociator quidā flandrius hugonē clā liberauit. Per hec belli incōmoda: qꝛ nec fiſcus nec erariū ad belli vſum carolo erat/ cōtracto pariſij conſilio/ cōmuni omniū inſtituto decretum eſt. regem ad eius dalphiniqꝫ quottidianam impenſam denarios duodecim ex ſingulis libris venditi ſalis quotannis percipere. Ad belli autem neceſſitates et ſtipendia militi tribuenda/ vrbium incolas qui rem familiarem domeſticamqꝫ haberent/ francos quattuor/ agricolas vnum et dimidium annui cenſus ſingulos pendere. ¶ Eſt preterea venali vino vectigal adiectum / vt de integro vini dolio (quod caudam vocant) dum veniret ſolidos tridecim emptor : de eo vero quod menſuratim quiſqꝫ venale promeret: quartum regi denarium venditor pendere cogeretur. Cum vero ad Pariſios vinum importaretur: ſi francum eſſet: ſolidos duodecim: ſi belnenſe: duplicatum ex ſingulis cadis: id eſt caudis portitores penſum exigerent. Et licet ea eſſet regij fiſci tenuitas: non deſinebat tamen nauarrus aliquid in carolum doli penſitare. Cumqꝫ de reconciliatione apud regem nuncios frequentes haberet: ab angli tamen ſocietate non abſtinebat : partes eius aperte ſecuturus ſi caroli amicitiam non adipiſceretur. Sed acceptis tādē apud ebroycas obſidibus : vernonem vbi Carolus agebat: venit. Iuratqꝫ in Caroli verba. Erat his diebus Pariſij regius prepoſitus Hugo aubriotus : qui propugnaculum cui baſtilda nomen eſt ad diui Anthonij portam extruxit: ſumptu ex ea pecunia facto quam Pariſiorum cōmunitati Carolus donauerat. Mouere per id tempus ex anglia et caliſio cum ſex armatorū milibus : et ſagittariorum mille quingentis Robinus canolus: ⁊ Thomas granconus: atqꝫ a ſancto audomaro per artheſium atqꝫ attrebates profecti: remos (yſara traiecto) omīa populantes inuadunt. Moxqꝫ albam/ ſequanamqꝫ/ atqꝫ yonam amnes tranſmittentes : in agro Pariſiano apud ablonem caſtra ponunt. Inde cum inter villā iudeā (quam iuliā a iulio ceſare dictam eſſe pleriqꝫ contendunt) acies ordinaſſent: nulla tamen in illos a pariſijs eruptio facta eſt: q̄q̄ mille ducentos equites ad preſidiū haberent. Quare non cunctatus poſtea hoſtis: quibuſdam vicis incēſis: ſtampas belſiamqꝫ incurſibus vaſtantes: in andegauos ducūt Quos bertrandus qui eodem tp̄e coneſtabilis a carolo fuerat inſtitutus: ſexcētis eoꝝ primū

deinde trecentis: poſtremo quadringentis occiſis: fudit: receptis locis quibuſdā que per andegauiam anglus occupauerat: capto inſuper thoma grancono. Et paucis poſt diebus varijs locis angli a francis ſuperati ſunt: ita vt nemo eorum qui duce canolo caliſio egreſſi erāt fuerit ſuperſtes. Et q̄q̄ venientibus a pontifice cardinalibus de pace inter reges diligenter actum eſt: vani tamen fuere conatus legatorum. Superſtitionis quoddam genus eodem tēpore a turlupinis (hoc enim erat hereticis nomen) qui ſe de ſocietate pauperum vocitari gaudebant ortum: finem cepit. Crematis eorum veſtibus ⁊ libris: in foro ſuillo extra ſancti honorati portam. Iohanna autem dabentona ⁊ cum ea alter: cuius nomen hyſtorici non tradunt: eiuſdem ſecte in primis profeſſores comburuntur. Hic autē quem ſine nomine ponimus cū ante damnationis eius ſententiam in carcere mortem obijſſet: dies quindecim in aggere calcis ne putreſceret eius cadauer aſſeruatus ē: ⁊ die ad ſuppliciū preſcripto crematus. ¶ Porro Carolus omni ſtudio anglos perſequens: bertrandum in pictauiam non parua militū manu proficiſci iubet. ¶ Henricus preterea caſtelle rex carolo ſuppetias ferens eodem tempore multis nauibus ex caſtella rochellam delatus: ſoluentes ex portu trigintaquinqꝫ onerarias anglorum naues capit. Et bertrādus (biturigum duce autore) pictauos in caroli fidem recepit: captaubuſo paulopoſt a francis apud ſubizam in acie fuſo: ⁊ in vinculis coniecto. Moxqꝫ rochella angoliſmi ⁊ xantones cum multis eius populi arcibus ſeditionem fecere. Paucis autem poſt diebus quia iohannes britonum dux a carolo deſciuerat anglos ſecutus: nec eidem regionis proceres aſſentirentur: gueſcluinus in eum mouit. Cuius aduentum non ſuſtinens iohannes in angliam ſe feſtinato proripuit. Poſt cuius fugam britones gueſcluinū admiſerunt: preter arces tris: breſtum: aulorum: ⁊ derualum. Breſtum tamen poſtea Bertrādus: laualus autem ⁊ cliſſonus derualum obſidione cingunt. Breſtēſes duodecim obſidibus bertrando datis: cum vel deditionis vel pugne diem ad idus auguſti conſtituiſſent: neutrum fecerunt Et iohannes de monteforti cum duce leucaſtrie coacto exercitu: caliſium appellens decurſo artheſio atqꝫ viromandia: per remos campanoſqꝫ predas facientes: tranſmiſſo tandem ligeri: burdegallam ſe receperunt: fuga cede ⁊ multis incommodis a francis affecti. Nā philippus burgundorum dux illos adequitans multis frequenter interceptis necabat. Et iohannes viennenſis eques ſtrēnuus quinquaginta equites ⁊ ſagittarios anglos fudit. Ita vt ex triginta armatorum milibus: quos ex anglia eduxerant: ſex tantum milia garonnā traiecerint. Ex burdegalla receptis viribus: iohannes de monteforti cum anglorum manu aulorū petit: vbi eius vxor incolebat. Eo quoſdā britonū epiſcopos ⁊ proceres ad ſe vocat. Id poſtq̄ carolus cognouit: nouas copias gueſcluino qui reliquam britanniam tenebat mittit. ¶ Interim conuenientibus apud brugas cum romanis legatis oratoribus francis angliſqꝫ vt pax inter reges tandem firmaretur: nichil diffiniri potuit. Tranſlato deinde boloniam cōuentu poſtq̄ iteratis crebro legationibus: pontificis oratores caroli aſſenſu nonnulla anglo regi plus equo proponerent. Angli qui caliſij edouardi nomine agebant reſponderunt: ſe de his ad ſuum regem relaturos: ⁊ inde ad kalendas auguſti edouardi ſententiam brugis dimiſſuros. Sed edouardi mors interim interceſſit pridie ſolennitatis diui iohannis baptiſte: dū ageretur annus ſalutis trecēteſimus ſeptuageſimuſſextus ſupra mille. ¶ His ita geſtis: carolus futura proſpiciens: publica contione in parlamēteo ſenatu habita: de liberis qui in regnum ſucceſſuri eſſent huiuſmodi legem tulit. Quemqꝫ primogenitum regis francorum filiū regni adminiſtrationem recipere debere cum quartumdecimum ageret annum: ne per longiorem tutelam occaſio incideret maliuolis: res nouas excitandi. Anno inſequēti qui fuit chriſtiane gratie milleſimus tricenteſimus ſeptuageſimuſſeptimus: Carolus quinqꝫ per franciā diſtantibus locis quinqꝫ exercitus alebat. Primus quem andegauus comes gueſcluino comitante ducebat: per aquitaniam incedens condacum bergeracum ſanctam fidem ad dordone ripam ſitam: caſtillionem: ſammutram: canderetum : macarium cum arce: et langonem partim expugnatione: partim voluntaria deditione recepit: ſuperato thoma feltone: qui non procul a riola ſexcentos equites habens cum iohanne de buelo prelium commiſerat. Dedētibus paſſim ſe aquitanie proceribus: ij qui duraſie familie erant ad anglos perfugerunt.

Conſtitutio a carolo fctā de filijs q̄ ad regnum ſucceſſuri eſſent

Quinqꝫ exercitus francorū eodē tp̄e.

Quare dulaco pretermiſſo quod obſidere inſtituerat andegauus dux: ad duraſiū ſe cōuertēs oppidanos prīo in fide accepit. Arcē vero q̄ ibi munitiſſima erat circūuallans: poſt primā et vigeſimā circūuallatiōis diē deditōe a caſtellanis facta: arce potitus ē. ¶ Deide qꝛ hyēs aderat in hiberna militē miſit. At cliſſonus q̄ apud aulroū obſidionē habebat: paciſcētibus cum eo anglis vt liberi abirent:locū obtinuit. Ois ad hunc modū britannia preter breſtenſes Caroli facta eſt. Qui vero regie claſſi preerant in angliā delati:lariam non paruā ciuitatē ceperunt atqꝫ incenderunt. Philippus preterea burgūdie dux caliſiuꝫ ꝓfectus:nōnullas ꝑ vicinum caliſio agrū arces atqꝫ arderā ſubiugauit:vbi validiſſimis baliſtariorū preſidijs impoſitis:in hibernaſe cōtulit.

Impator carolus in franciā ad carolū venit

¶ Per eos dies romanorū imperator Carolus viſendi regis deſiderio iter per hannoniā cameracūqꝫ faciēs:in franciā venit. De cuius aduentu carolus litteris acceptis ad ſingula q̄ tranſiturus impator erat loca premiſſis qui illū honorificentiſſime venerarentur:tandē biturigū et burgundorū duces Senonū archipreſulē:⁊ haricurtū dn̄m obuiam ſiluanectū ꝓficiſci iubet. Qui cū ad vicū luparam inde ꝑducentes:cū articulari morbo laboraret:currū ⁊ lecticam auro gēmiſqꝫ artificioſiſſime elaboratā ad imperatoreꝫ ꝑpropere carolus mittit. Lectica poſtera die impoſitus:poſtqꝫ dyoniſiani cenobij ſacroſancta religionis monumenta:reliquiaſqꝫ multa veneratione perluſtraſſet: in cubiculū reuerſus: dū per feneſtram in atriū diuerſorij aſpicit:burrellus riuerius ⁊ nicolaus detēcus ex domeſticis regis aulicis:equos duos ingenuos atqꝫ animoſos inſignibus francorū apparatiſſime ornatos imperatori:totidēqꝫ filio eius romanorū regi caroli noīe preſentant. Quod munus imperator liberaliſſime letiſſimeqꝫ excipiens: ego inquit in altero illorū ſedens:pariſiū ingrediar.

Pompa i occurſum iperatoris

Egredienti ſancto dyoniſio imperatore:pariſienſis preſes:mercatorū prepoſitus. ⁊ prefectus vigilum:comitante multa ciuiū pariſienſium frequentia:compoſito ordine in equis occurrentes imperatorem conſalutant. Rex vero poſtqꝫ ex viculo capella imperatorē digredi accepit: miro apparatu ⁊ pompa ducum quoqꝫ ⁊ comitum procerum inſuper atqꝫ epiſcoporum ornatu ⁊ numero:vrbe progreſſus:quibuſqꝫ diſtinctis officijs atqꝫ veſtibus pro ſua dignitate ⁊ conditione eūtibus:dum paulo ſupra molendinum quod eſt ſecus dyoniſianam viaꝫ perueniſſent venientibus in alteralterius conſpectu principibus: reuelato capite datiſqꝫ dextris ſeſe amiciſſime venerantur. mox ad romanorum regem carolus accedens impertita illi ſalute:imperatorem dextrorſum: regem vero filium ſiniſtrorſum habens: ipſe medius inceſſit: donec ad palatium ventum eſt:vbi grande ſpacioſumqꝫ cenaculum accipiendo imperatori:tapetibuſqꝫ ⁊ menſis ornatiſſimum carolus eſſe imperauerat. ¶ Poſtqꝫ aliquot diebus feriatum eſt:⁊ mutuis ſe colloquijs muneribuſqꝫ principes coluiſſent: firmataqꝫ in eos iureiurando amicitia eſt:diſcedentem imperatorem carolus ad mouſuꝫ vſqꝫ perducere ſua impenſa iubet.

Dolus a nauarro rege.

¶ Digreſſo imperatore: quorundam procerum litteris carolus cognoſcit: nauarrum regem in iohannem caroli patrem atqꝫ poſtea in eum multa occultis dolis ⁊ cogitaſſe ⁊ perpetraſſe. Cuius proditionis maxime conſcius eſſet iaquetus ruus nauarri cubicularius qui per eos dies miſſus in franciam iter facere conſtituerat. Hic vbi in franciam venit:deprehenſus in vincula coniectus eſt: penes quem repertus eſt codicillus dolis inſcriptis aduerſus carolum conceptis. Et cum per id tempus carolus nauarri filius ſecuritate a rege accepta ſiluanectum: vbi rex francus agebat acceſſiſſet:contenderetqꝫ multis precibus iaquetum liberare:patefactis illi que ipſe commiſerat flagitijs: non modo inquit tam perditum hominem abſoluere non poſſumus:ſed inſtituimus poſſeſſiones a patre tuo que in regno meo ſunt recipere:et illis preſidium ex meis collocare: qui michi fide integra obſequantur. Venerant cum nauarri filio balduinus beloferrandus in cuius poteſtate complures nauarri arces atqꝫ oppida perſeuerabant:q̄ tāetſi iureiurādo fuiſſet addictus eas regi dedere:ſatius tn̄ viſuꝫ eſt illū ſine cuſtodibus nō dimittere:donec re ꝑfecta fuiſſet iuramēto liberatus. In normāniā a rege ob id miſſus philippus burgūdie dux:cū arces fruſtra repetit:obſtinatis ad rebelliōnē q̄ eas tenebant militibus:vi atqꝫ armis philippus a bertrando adiutus recuꝑat: capto apud bretoliuꝫ petro nauarro cū maria eius ſorore:quos aſſeruatos rex honeſtiſſime haberi:⁊ cōplura ex locis receptis dirui iuſſit. ¶ Dū hec a philippo in normannia gerunt̄/petrus de tertro nauarri ſcriba/caroli iuſſu in bernarci arce deprehendit̄/conſcius malorū q̄ nauarrus in carolū cōiuraſſet. Sūpto igit̄ de eo/deqꝫ iaqueto ruo ſupplicio/eorū ſingula cadauera quadrifariā exſecta/ante quattuor pariſij primarias portas furcis appēſa ſunt.

Gregoriꝰ vndecimus moritur.
Sciſma

¶ Morit̄ ꝑ id tp̄s gregorius vndecimus q̄ apoſtolicā ſedē romam reduxerat/auinione relicta. Cui duꝫ patres cardinales ſucceſſorē deligere cōſtituunt/romani ne gallus aliquis iterū ſumeret̄/ tumultuātes/bartholomeum de aquila(aduerſante magna cardinalium parte)pontificem declarant. Quāobreꝫ dilapſi roma cardinales fundum petunt/vbi clementem ſeptimum pontificatui preficiunt. Quam rem cum patres carolo miſſis nuncijs demonſtraſſent/ carolus clementis partes ſecutus eſt amicis ſibi principibus ſcribens/vt idē facere dignarentur. Sed rex bohemus atqꝫ flandrenſes non ſtatim acquieuerunt:bartholomeo fauentes.

Et carolo romanoꝝ imperatore defuncto:filius eius romanorū rex:vt in demortui patris locum veniret:bartholomeo adherebat:a quo imperij dyadema reciꝑe ſperabat.

Johānes de monteforti ducatu britānie priuatur

¶ Per eoſdem fere dies iohannes de monteforti quem anglos ſecutū fuiſſe memorauit:⁊ eis per ſuperiora bella auxiliū aduerſus francum regem tuliſſe:ad ſenatus parlamenti iudiciū tertio vocatus cū non veniret:ducali dignitate priuatus eſt:⁊ bona eius publicata. Accitis inde aliquot ex britonum nobilitate proceribus:inter quos primores erant iohannes robanus: iohannes lauallus ⁊ cliſſonus:qui arces oppidaqꝫ regionis tenebant:Carolus eos docet que de iohanne montifortenſi ob eius perfidiam decreta fuiſſent: vellent loca quibus prefecti erant tollendi belli cauſa poteſtati eius ꝑmittere.

perfidia britonum

Carolo ita ſuadenti proceres ſe obtemperaturos iurant. At poſtqꝫ dimiſſi a rege in britanniam rediere:robanus imprimis iohannē montifortenſem ex anglia reuocare feſtinat preſidia locis francie finitimis inſtituēs. Ea re cognita andegauus dux imperante carolo copijs contractis eo contendit. Venientes robanus vanis legationibus differt:cōcordiā tantiſper ſimulans:vt re ipſa poſtea cōpertū eſt:donec iohānes montifortenſis ex anglia aduentaret. Quo tandē cuꝫ manu anglorū ad britones appulſo tametſi multis coitionibus pacem querere videretur: nichil tamē effectum eſt.

Flādrēſes a ſuo comite deficiunt.

¶ Dum apud britones andegauus dux fruſtra tēpus terit: flandrēſes ſuo more iterū a comite diſceſſionem faciunt. occiſoqꝫ gandaui preſide: quē illis comes prefecerat:tripartitis copijs.aldenardū:ypras:atqꝫ aloſtū eodē ſimul tp̄e inuadunt. ¶ At philippus burgūdie dux comitis gener:tornacū ꝓfectus aldenarduꝫ nuncios ad flandrenſes mittit:petens vt ad colloquiū die inſtituto venire ad ſe non abnuant. Veniētibus inter tornacū aldenardūqꝫ burgundus cōicat. Tandem cognito quid illis doleret:philippus conditiones reconciliationis ꝓpoſuit. Quibus ſcripto cōmendatis ⁊ iuramento roboratis:comes diſceſſionis autoribus veniā dat.

Cedes apud montēpeſſulanum

¶ Fuit preterea apud montēpeſſulanum cedes:a ciuibus truculenter occiſis octogīta viris ingenuis atqꝫ nobilibus. Inter quos fuere guillermus pontellus eques andegauoꝝ ducis cācellarius:guido deſſerus:⁊ arnoldus eiuſdem loci pretor. Cedis cauſa hec fuiſſe memorat̄. Erat in prouīcia narbonenſi(cui lingue occitane nunc nomen eſt) Ludouicus andegauus caroli frater poſitus a rege gubernator. Cuius noīe cum ob bellum quod in ea regione gerebatur penſum magiſtratus exigerēt: ſeditione facta:ſanguinarij ciues eos trucidarunt. deiectis in altos puteos cadaueribus occiſoruꝫ. Tam deteſtabile flagitiū non preterierunt impune. Nam armatis inſtructus dux ad montēpeſſulanū cū adueniſſet:ois populus fletu merore lachrymiſqꝫ cōfectus:vrbe egreſſus: ⁊ loci cōſules funes ex canapi collo tanqꝫ morti obnoxios geſtantes:per vias proſtrati:duci obuiā pergunt:miſerabili clamore ignoſci ſibi flagitantes. Aſſiſtebant duci cardinalis aruernie cū pontificis clementis oratoribus:qui eo placandi ducis cauſa conuenerant.

Cedis vindicta.

Poſtridie aduētus ducis in vrbem :ipſe in tabulatū quod ei in foro editum erat:cōpluribus precipua dignitate viris comitatus: conſcendit. Ex quo ab omni plebe conſpectus cū grauem admoduꝫ in ciues ſententiam tuliſſet:ſublato rurſus clamore populus veniam frequenter repetebat quorum flebilibus votis cardinalis oratoreſqꝫ pontificis accedentes animum tandem ducis inflexerunt:ſententie ſeueritatem rigoremqꝫ moderantes: habuit igitur locum miſeratio. Naꝫ cuꝫ ſexcenti necis iudiciū excepiſſent: ſoli cedis auctores:⁊ qui operā ſceleri nauaſſent regis arbitrio reſeruati ſunt Cumqꝫ omniū incolarum bona fiſco deputata forēt:dimidium remiſſum eſt:armis omnibus que apud illos extabant deditis:penſata inſuper ad plenū impenſa quam dux ob huiuſmodi cedē ſuſtinuiſſet. ¶ Erant etiā tuꝫ per linguā occitanā ex reliquijs ſuperiorū bellorū aliquot populatores qui regionem quottidianis predis vexabāt. Aduerſum hos incole a carolo auxilium petunt:duplicatum vectigal ad belli onera pollicentes.

Gueſcluinus morit̄

Miſſus cum copijs gueſcluinus cum ad nouum caſtrum non lōge a belcaro quod ab hoſte tenebatur:obſidione deſtinetur:morbo occupatus octauo poſt die defunctus eſt. Nichilominus tamen qui in preſidio erant caſtellum ſponte dedidere.

Excurſiones ab anglis

Nō q̄euit ꝑ hos dies richardus edouardi filius nouellus anglie rex: ſed traiecto ex anglia caliſium exercitu. thomas edouardi filius octo circiter hoīm milibus ſtipatus/artheſium/viromādos/ſueſſiones/cathalaunos/trecēſes/ſenones/vaſtinū/bleſiā/perqꝫ bonāuallem incurſantes: abductis aliquot claris eq̄tibus:ad britones cōtenderūt quos iohānes montifortēn̄.alacriter excepit. Fuit a flādrenſibus in ſuū comitē belli motus:quem nō magno negocio comes repreſſit: captis ypris ſupplicioqꝫ affectis q̄ rebellionē excitarāt.

Carolus quītus moritur.

¶ Sꝫ interi caroli mors multorū incommodoruꝫ cauſaꝫ francis importauit. Nam pace ⁊ bello cum reipublice fuiſſet accommodatiſſimus in ſequens tempus beniuolentiam vnanimitatem charitatemqꝫ diſcordijs ⁊ grauiſſimis inimicitijs commutauit. Em̄uero prouidus rex vbi ſe mala valitudīe eſſe ſenſit: liberos quos iuniore etate duos carolum ⁊ ludouicum relinquebat philippi burgūdie ducis ⁊ ludouici borbonienſis tutele commiſit. Regni vero gubernacula ludouicum andegauorum ducem moderari conſtituit: donec carolus cui ex primogenitura regnū debebatur annū quartūdecimum ageret. At ſapiēte rege apud beautā defuncto (ſapiētis enim appellationē emeruit) aliud atqꝫ aliud decretum eſt. Mortuus aūt apud vicēnas ad diuum antonium. Campeſtrem delatus eſt: ibi aliquot dies aſſeruatus: dum fratres eius tres adueniſſent. Dū ex ede diui antonij funus effertur: ſcholaſtici ſtudij pariſienſis qui ſpectandi cauſa frequentes aderant: a ſeruientibus hugonis aubrioti pariſiaci pretoris: qꝛ forte precedentem pompam impedirent propulſi: in pretorem atqꝫ in ſeruiētes tumultuati ſunt. Quorum aliquot qui deprehendi potuerunt in vinculis habiti ſunt. Sed paulopoſt regis filijs reſtituti. Caroli cor rothomagi: reliquum corpus apud ſanctum dyoniſium. Anno dominice pietatis Milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſepelitur.

Scholaſticorū tumultus

DE ſucceſſore tametſi minime dubitaretur: qꝛ tamen maiori natu Carolo qui ſextus appellatus eſt: etas nondum idonea erat: ⁊ regno rectores: tutoreſqꝫ liberis pater inſtituiſſet: neqꝫ de ipſa inſtitutione inter principes bene conueniret: acciti ex toto regno proceres pariſij coierunt de ſacrando nouello rege cōſilium capturi. Dicebant enim principes conſultore Petro dorgemonto: neqꝫ ſacrari ante annum quartūdecimum regez oportere: neqꝫ conducere reipublice: vt tantille etatis adoleſcens rerum curam ſuſciperet. Ita carolum patrem arbitratum eſſe ⁊ lege firmaſſe. Fuere cōtra pleriqꝫ etate ⁊ doctrina ſpectatiſſimi homines voluentes animo cum preſentium rerum: tum futurarum calamitatem. ſi multis rectoribus regnū ageretur: breui ⁊ cito finituro ſuſcepte adminiſtratōis tp̄e: quēqꝫ ſibi potius ꝙ̄ rebus cōmunibus conſulere: opes cumulare: amplificare principatus: emulari inuicem: ⁊ inde factiones gigni. Raro quidem euenire: vt multi ſine contentione rem quāpiam ſimul adminiſtrent. Quod ſi vnius regis nomine atqꝫ imperio reſpublica gubernetur facile eſſe: vt ad vnum omnes concordibus animis reſpiciāt. Eapropter operepreciū fore: carolum natu priorem ſacratū iri ⁊ omnia ſuis auſpicijs atqꝫ nomine geri. Neqꝫ obſtare patris legem quam ſi ad perniciem inclinare coniectaſſet: ipſe tollendā in primis cenſuiſſet. Legibus dum populo conueniūt vtendum: dum officiunt abſtinendum. Hec ſententia cum multorum: tum iohānis de mareſijs fuit in quam facile venit ludouicus andegauus. Reliqui vero fratres (adnitente petro dorgemonto) legem a patre latam magnopere tuebantur. Nec parum abfuit: quin ad diſſenſionez bellumqꝫ irritati prope animi ſpectarent. Nam ex eo tempore quiſqꝫ ſibi armatos parabat: ⁊ hoſtis anglus nunc ad aquitaniam: nunc ad britones: inde in normanniam artheſiumqꝫ ⁊ per omnes maris oras copias ſuas dimittebat. Dum inter tam repugnantes ſententias nichil decerni poſſet: contio diſſoluta eſt. Sed intercedentibus nonnullis optimis ⁊ ſapientibus viris: arbitri de principum voluntate delecti ſunt: qui examinato diligenter negocio tātam rem componerent. Arbitris conuenientibus dictum eſt carolum ſacrandum eſſe ⁊ regē appellandum: ſuoqꝫ nomine gerēda agendaqꝫ omnia eſſe: fidem illi a proceribus ⁊ ſubditis preſtandam: bellum non niſi ſuis auſpicijs parandum. Adoleſcentulos caroluz ⁊ eius fratrē ludouicum cure ⁊ prouidentie burgundorum ⁊ borbonij ducum credendos: qui eos vt regios liberos decet: educarent ad tempus vſqꝫ pubertatis ⁊ docerēt. Omnem regium fiſcum in erario regio deponendum: ſuppellectilem vero omnē ⁊ quicquid carolus mortis ſue tempore: auri argentiqꝫ poſſidebat: aſſignata regi iuſta portione: ludouico andegauo committēdaz qui interim dum rex adoleſceret regentis tantum nomine vteretur: ⁊ rebus cōmunibus gerēdis vocatus adeſſet. His ita ab arbitris definitis principes aſſenſerunt ⁊ lex ipſa in vulgus promulgata.

Conſiliuz capit de carolo ſacrando

arbitri electi

¶ Quietis compoſitiſqꝫ regni primoribus cum ſtipendia militibus nulla ſoluerentur: non ſecus ac hoſtis predis ſtupriſqꝫ populum milites vexabant. Quāobrem rura viciſqꝫ agricole deſerentes: in oppida arceſqꝫ fortunas ſuas contrahebant. Nec aduerſus militum crudelitatem valuit regentis auctoritas ꝙ̄qꝫ vocatos ad ſe prefectos militū ſepenumero minis terrere tentaſſet. Hinc pleriſqꝫ locis tumultuatus populus eſt: et ſeditiones exorte. Pariſianos tamen benignitate atqꝫ modeſtia ſua regens ſedauit. Non erat his diebus ad militiam (mortuo bertrando) coneſtabilis. Hunc magiſtratū inſtituendum a ſe regens dictitabat: cōtra ſentientibus burgūdie borbonijſqꝫ ducibus: eū quidē regentē nomine tenus eſſe: ſed ad regem omnia referri oportere. Erat tūc melduni carolus: vbi armamentuz patris erat ⁊ magna ſuppellectilis pars. Enimuero adoleſcentulus rex armis delectabat̄ ſpecioſis ⁊ de re ipſa patri aliquando ſpecimen prebuerat. Nā proferente illi patre coronam ⁊ caſſidem rogatus vtrum mallet: caſſidem optauit. Cui non diſſimile mox factum ſuis aulicis exhibuit. Itaqꝫ propoſitis coram precioſiſſima patris ſuppellectili: atqꝫ diuerſorum armorum generibus: arma ſibi pluris ꝙ̄ diuitias eſſe reſpōdit. Futurorum vt ipſe augur incommodorum omen. Nam nulla ſuperiorum regum etate propius ad excidium reſpublica francorum propendit: ꝙ̄ huius ⁊ filij ipſius temporibus. Dedit ⁊ aliud magni animi ſignum. Erat cardinalis quidam romanus Ambianenſis appellatus qui autor fuerat augēdi cenſus ⁊ tributi. Et ſeuere aliquando carolum dum adhuc viueret pater: tractauerat. Quā rē tunc recordatus carolus ad ſauoſium qui ꝓpe aſtabat: Ecce iā inq̄t ſauoſi de hoc ſacerdote liberi erimus. Quo verbo territus ambianenſis cōfeſtim per duacū auinionē ſe recepit: exportato ingenti theſauro quem ſibi ex publico contraxerat. Illud ſiquidem nonnunqꝫ compertum eſt inter francos plus dāni in rēpublicam inuehi dum ſacerdotis conſilio res agitur ꝙ̄ cum prudens aliqꝭ ex ſeculi nobilitate rebus gerendis preficitur. Ille eniz neſcio qua inſatiabili ambitione omnia ſibi vendicat. Hic populi miſertus ⁊ cōmunitatis detrimentum ſuum eſſe ratus: reipublice bene vt poteſt conſulit. Ille faſtum ⁊ pompaz ex dignitate metiens: eo audacius diuitias cōgerit: quo minus vltionem timet eccleſiaſtica libertate protectus. Hic autem opes ſuas cum republica coniūctas eſſe non ignarus: ex publico incommodo priuatū quoqꝫ augurat̄.

milites ſine ſtipēdijs oīa populantur.

De coneſtabili inſtituendo cōtentio.

Magni animi in rege iudicium.

¶ Sz ad coneſtabilē redeo. Erant omnino duo apud regem ſtrenui ⁊ magni ad bellū nominis ꝓceres. Sancerrus comes: ⁊ Cliſſonus britonice nobilitatis clarus eques. Interrogatus ſancerrus an coneſtabilis magiſtratum gerere vellet. Reſpondit in eo magiſtratu gueſcluinum ita ſe geſſiſſe: vt nemo poſt illum memoria dignum quicqꝫ exhibiturus eſſe facile videret̄. Igitur ad Oliuerium cliſſonum dignitas (rege tribuente) delata eſt. Cui mox negocium fuit: cōtractis copijs regem in remos (quo ſacre vnctionis cauſa profecturus erat) precedere. Hunc rex multorum ducum procerumqꝫ frequentia ſtipatus: protenus ſecutus eſt.

Oliueriꝰ cliſſonꝰ coneſtabilis

¶ Preerat regio erario ſauoſius rare probitatis homo. Hunc abeunte melduno rege: andegauus regens: cōprehenſum reuelare regiuz theſaurū mortem cōminatus cogit. Erant in erario auri ſolidi lamine: ⁊ aliarum precioſarum rerum ingens copia: que pariter eſtimata centies octogeſies cētena milia aureorum nummū efficiebant: que (ſupputatione francorū more facta) decē ⁊ octo miliones conſtituunt. ¶ Theſauro recepto ludouicus andegauus remos petit.

Theſaurū regiū ludouicꝰ andegauꝰ accipit.

¶ Rege cōſecrato: cum ad conuiuij locum ventum eſt: id enim in edibus archiepiſcopi apparatum erat: principibus incidit de ſeſſionis ordine atqꝫ prelatione controuerſia. Nam andegauus etate grandior philippo anteire contendebat. Philippus parem ⁊ parium decanum ſe eſſe: atqꝫ ꝓpterea primam ſibi poſt regem deberi ſedem argumentabatur. Eaz litem conſultatione procerum habita rex diremit: ⁊ philippo recubitum primum: quatenus ad preſens negocium attinebat: decernit. Qua re offenſus andegauus regi proximum nichilominus locum vſurpat. At philippus nichil cunctatus: medius inter regem andegauumqꝫ inſilit: recubuitqꝫ. Quo vel facto vel audaci temeritate audacis cognomen adeptus eſt.

Cōtētio iter principes de ordine ſeſſionis.

¶ Reuerſo ex remis pariſiuz carolo: ſancti pauli comes in perfidie ſuſpitionem incidit ꝙ rege inconſulto richardi anglie regis filiam ſibi vxorem deſponſaſſet. Sed pretenſis excuſationibus vtcunqꝫ purgato: rex veniam comiti dedit. Qui mox in bureum riuarium liuorem exercens euz detulit ad anglos litteras dediſſe vt eos in franciam acciret. Quamobrem a curia bureus abſtinens: Cliſſono rem patefacit. Qui cum amicus eſſet regem conueniens bureum ꝙ̄ maxime poteſt excuſat: ⁊ ꝙ̄qꝫ multi aulicorum aduerſarentur: gratiam tamen amico impetrauit.

Liuor

¶ Interim milites per agros populum grauare non deſinebant: et duces fratres ludouicus philippuſqꝫ ſimulate agebant clam alioquin furentes: ⁊ alter alteri detrahentes. Itaqꝫ ludouico dolebat: regentis tantum nomine ſine vllo dignitatis commodo potiri. Contra autem philippus querebatur illum regiam ſuppellectilem theſaurūqꝫ vſurpaſſe: ⁊ nullam inde regi portionem impartiſſe. Hinc timor omnibus erat ne principum ira belli flammas excitaret. Ibant propterea inter vtrunqꝫ ſuaſores ad beniuolentiam ⁊ caritatē prelati: ⁊ qui inter proceres pacati animi erāt in amicitia fratres continere ſtudioſe conabantur: de qua re orationem ad principes habuit iohānes mareſius doctrina ⁊ facundia ſpectatus. Tandem ſopitis odijs in mutuam fratres caritatē rediere.

miles graſſatur.

Simultas īter fratres.

Iohannes mareſius

¶ Conciliatis principibus: humilis quedā ex pariſianis plebecula nouis furijs acta eſt: querēs ſe vectigaliuz magnitudine premi. Itaqꝫ prepoſitū mercatorū aggrediēs

Motꝰ a plebe pariſien.

ad contionem venire hominē cogit: vbi vnus e plebe audentior vice multitudinis petit: penſiones vectigaliaqꝫ tolli. Quod quādoquidem olim poſtulaſſent nec fuiſſent exauditi iam adeſſe tempus cum ſatis illis factum eſſe oporteat. Concitate multitudini pleriqꝫ ſobrie obſiſtere cupientes: rati ſi res in craſtinum deferretur compeſci furorem poſſe: in poſteram diē negocium remittebant. Quod intelligens quidam veterum calceorum ſutor: temere exurgens pompa inquit aulicorum ⁊ faſtus in humeros populi recidunt: ⁊ que ab illis per luxum ꝓfunduntur: damna noſtra ⁊ calamitates ſunt. Hanc vilis opificis temeritatē arguere auſus eſt iohannes dormannus regius cancellarius: obtinuitqꝫ in alteram diem poſtulata transferri. Non reſtinxit mora furorē. Enimuero rediit poſtridie concitatior plebs ⁊ petita ex regis ꝓximorūqꝫ eius ſententia reportauit: Et vt ſedatior domū plebs repeteret: ad illam adhuc frementem contionari iohannē mareſium carolus imperat atqꝫ cauſas memorare q̄obrem cenſus ⁊ vectigalia reipublice moderatoribus pendant̄. Oportere eos qui preſunt multa onera ſubire. Bella plurima a carolo patre geſta. ⁊ itē a filio gerenda eſſe que ſine populari ope bene ꝓcedere non poſſint. Regios prouentus ⁊ fiſcū anglorū iniquitate imminutos eſſe. Regē publice libertatis ⁊ populi tutorē: populū coadiutorem eſſe debere: equo animo ferre ſi quid nōnunqꝫ durius per neceſſitatē imperetur. Nichilominus tn̄ gratū nunc regi eſſe vectigalia tolli. Abeant ipſi domū: quieſcant tumultuari. ¶ Ad hanc iohannis oratione cum ſedata turba eſſe ſperaretur: ſublato clamore. Volumus inquiunt iudeos vrbe expelli. Quibus reſpondente iohanne de re ipſa ad regem relaturum ſe procurrens confeſtim quiqꝫ plebeius: publicanorum edes aggredit̄: atqꝫ effractis pixidibus vbi repoſita de vectigalibus pecunia erat: nummos in vias diſpargit: libelloſqꝫ rationum carpit ⁊ laniat miniſtris interfectis. Judeorum domos aliquot ⁊ bona diripit. Que tametſi reddi reſtituiqꝫ rex iuſſiſſet: nequaqꝫ tn̄ obtēperatum eſt.

Anglorū incurſiones

Hec cum pariſii gerunt̄ angli cognito francorū ex aquitania diſceſſu: turonos andegauos cenomānoſqꝫ iniectis paſſim ignibus incurſant: moxqꝫ ad britones (nō impediēte duce amico) ſe recipiūt. Id poſtqꝫ ad regem perlatum eſt: carnotēſium epiſcopū ⁊ arnoldū corbium parlamenteū preſidem ad ducem iter facere iubet: cum ſyngraphis preteritorū federum que cum regibus francis ⁊ britonum duce olim icta eſſent. Hec (audiente duce) cum oratores recitaſſent: dux (inuitus ne an volēs incertum eſt) federa ipſa innouauit: ⁊ obſeruare ſe iureiurando adegit. Quāobrem irritati angli nauetam vrbem circūuallare pergunt. Ciuitati tū prefectus erat almaricus cliſſonus qui ſumma vi ⁊ diligētia aduerſus hoſtem reſtitit. At non ſatis ciuium ꝑſeuerātie credens: ad regem ſubſidiū petere mittit. Nec cunctatur rex almarico ſuppetiari. Nam magnis itineribus copie in hoſtiū cōſpectum citius venere qꝫ anglus ſubolere aduentum potuerit. Quarū primum impetum cum egre ſuſtinere anglos: eorum prefectus animaduertit (iam enī ſignifer ſigno amiſſo oppetierat mortem) eos increpās vah inquit milites: quis veſtros animos pauor inuaſit: ſuperamus enim numero frācos: quare non dubium eſt ſi animo non defeceritis: virtute quoqꝫ ſuperiores fore.

pertinax pugna

His ductoris verbis animatus anglus: incredibili pertinacia reſtitit: tanta ſagittarum multitudine agens vt ether ipſe ſagittis nō ſecus ac nubibus tegi videretur. Itaqꝫ diu fuit pugna anceps vtriſqꝫ acerrime pugnātibus. Tandem multis ſauciis: multiſqꝫ occiſis ⁊ captis: franco anglus ceſſit breſtumqꝫ fuga petens preſidio impoſito ⁊ vulneratis qui ſe illic curarent relictis: in angliā traiecit.

Cōſilium de vectigalibuſ exigendis

¶ Inter hec animaduertētes principes erarii tenuitatem ⁊ regios cenſus eſſe exiguos vocatis ad ſe ciuium pariſienſium primoribus: de vectigali exigendo conſultant. Cū vero placuiſſet ex quaqꝫ venientium rerum libra ſolidum vnum exigi. Idqꝫ pariſii rothomagi pariter ⁊ ambianis promulgari rex imperaſſet: plebs vniuerſa vectigal pendere pernegauit.

Ceruus inuentus.

¶ Accidit per hos dies res cognitu digna. Siluanectum carolus venādi cauſa ſe contulerat Canum latratibus excitatus in fugam ceruus: eneum torquem collo gerere viſus eſt: quē venabulis aut ferro appeti rex ꝓhibens in caſſes ⁊ rethia cōpellit. Erat in torque litteris latinis inſcriptum. hoc me ceſar donauit. Ex eo tempore carolus ceruum allatum auream coronam collo geſtantem pro inſigni habuit: ⁊ regiis inſignibus que liliis aureis tribus cōſtant: hinc atqꝫ hinc cerui duo apponi conſueuerunt.

Ambitio cardinalium

¶ Per eos dies cum de romano pontifice cōtrouerſia agitaretur: acceſſere ad regem bohemie caſtelleqꝫ oratores vrbani partes aduerſus clementem ſeptimum quem rex ſequebatur defenſuri. Quibus per andegauorum ducem reſponſum eſt: regem nō ita affectum clementi eſſe: quin veritatem ſequi velit. Daturū operam vt eccleſie pax (ſedata diſcordiū pontificū cōtentione) reddatur. Reſpōſo accepto oratores abiere. Hec reuera de romano pontificatu altercatio multis incommodis cū alias nationes

tum gentem gallicam vexauit. Nam cardinales triginta clementis cauſam ſecuti: exploratores per franciā conſtituerāt qui eccleſiarum opulentiores prouentus inquirerent: quas rectoribus vacuas mox ſibi a clemente obtinebant.

Auarus pontifex.

Tulit quoqꝫ clemens de vacaturis eccleſiis legem quā expectatiuam gratiam appellauit: qua ad adipiſcendas morte poſſeſſorū eccleſias: fas iuſqꝫ expectanti per pontificē deſignato erat. Solis ex hac lege cardinalibus et potētioribus viris eccleſie cōtingebant. Exigebantur preterea a clero decime: et de maioribꝰ eccleſiis dum paſtore orbate erant primi anni prouētus legebantur. Id annatā vocant quā camere apoſtolice deberi romani contendunt. Neqꝫ id ſine ducis andegaui conſcientia fieri rumor erat: exactionis ſiquidem partē capientis.

Johānes rōceus mittit̄ ad regē ꝯtra exactōes pōtificis.

Eas ob res cū ſcholaſtici non pauci ſcholam relinquerent ſtudii Pariſienſis rector contione aduocata: ex cōſilio doctorꝝ Johannem ronceum picardum deputat qui de huiuſmodi diſpendiis ad regem: andegauūqꝫ ducem orationem habeat. Habita oratione: tanta ira parcitus andegauus eſt: vt ſatellitibus noctu ad cubiculū Johānis roncei miſſis hominē effractis foribus abductū in vincula coniici mandauerit. Nec aliter: repetēte eum rectore exemptus eſt qꝫ vt clementi auditurū ſe polliceret̄. Niſus quoqꝫ dux eſt rectorem deprehēdere: ſed re per amicos cognita: rector aufugit. Deprehēdendi rectoris cauſam afferebat dux ꝙ ab vrbano exceptas litteras regi non exhibuiſſet.

Ludouicus Biturigum dux cōtētionē excitat.

¶ Acceſſit et nouus a Ludouico biturigū duce contētionis turbo reputante ſecum male agi ꝙ andegauo regendi autoritas: Philippo burgundo caroloqꝫ borbonio regis tutela obuenerat: ſibi vero nihil preter pictauiam collatum eſſet. Petit ergo lingue occitane atqꝫ aquitanie ſibi gubernacl'a committi. Idqꝫ adiutore andegauo fratre impetrat. Sed fuxi comes eiꝰ prouincie miniſtrator ſe in magiſtratu tueri omnino ſtudebat: ita vt iubēti regi prouincia nō cederet. Ludouicus propterea collecta militum manu in tholoſates profectus: prelium cū comite ſuis diſſuadentibus conſerit et vincitur. Sed reputans animo comes his decertationibus regionem perdi: atqꝫ populū aggrauari: ad ludouicū mittit: ſeqꝫ magiſtratu abdicat: ludouico cedens.

Hugonis aubrioti hereſis.

¶ Per id tempus hugonis aubrioti Pariſiorꝝ preſidis falſa religio ⁊ iniqui mores in lucem prodiere. Nam iudeorꝝ ſectator cum eſſet: clerū exoſum et ſacroſancte euchariſtie dignitatem contemptui habebat. ¶ Scholaſticos in primis aſpernabatur: ſtupri et omis generis libidinis reus. Ob quorū flagitiorum execrationem ad publicū ſpectaculum loco edito in atrio diue marie poſitus: poſt ſue hereſis manifeſtatam a cōtionatore perfidiā perpetui carceris damnationē a Pariſianorꝝ ātiſtite excepit. Hic aubriotus cū publice pecunie adminiſtrationē diuturnam geſſiſſet: publica opera nō parum illuſtria Pariſii extruxit. Baſtildam ad diui antonii portam munitiſſimū propugnaculū: diui michaelis ſupra ſequanam pontem: ⁊ aduerſus ſcholaſticorꝝ Pariſiorū iniurias et nocturnos motus paruū caſtelletum.

Flamingorꝝ ſeditio.

¶ Quieſcebant his diebus flamingi a bello paululū reſpirantes: niſi eorꝝ comes Ludouicus noua illos pecunie exactione laceſſiſſet. Enimuero ſiue egens ſiue pecunie auidus a gandenſibus qui propter oppidi magnitudinē et populi frequētiam primi inter flandrenſes habētur: grandem pecuniā arrogantiſſime petens: cum ea ſibi cōſtanter negaretur: loco diſcedens: ⁊ ego inquit huic cōtumaci populo me principem et dominū eſſe mōſtrabo. Erat comiti nothus halfus nomīe homo militaris atqꝫ magnanimus. Huic attributis copiis et anglorꝝ manu mandat: gandenſibus bellū inferre. Qui patri audiens: mox gandenſem agrū quottidianis incurſionibus vexat. Ibāt nihilominus gandenſes armis inſtructi/ſeqꝫ viriliter tuebātur: incōmodis multis hoſtē afficiētes. Recordati tamē debite ſuo comiti ſubiectionis: petunt ab illo ſe audiri. Admiſit eos comes: quorꝝ hec breuis oratio fuit. Tui inquiūt comes ſumus. Tu nobis es princeps et comes. Tibi cū ratione parere nos decet: tu nos tueri debes. Si quid in te peccauimus quod tibi moleſtū ſit: id nobis cōdonari ſuppliciter flagitamus. Tantū ne libertatem tollas quā a maioribus acceptam gandēſis populus tueri inſtituit. Cogi ſe vectigalibus neſcit. Si rebus tuis per aliquā neceſſitatē opus eſt pecuniarium ſubſidiū id tibi nō coactione ſed ſua ſe ſponte daturū liber populus offert. His comitem verbis placaſſe rati: ab aulicis imprudētibus et per etatē rerū imꝑitis iniurias acceperunt. Iactantibus in comitis poteſtate eſſe: illorꝝ obſtinatam rebellionē flectere: calcaribus perinde ac ſtimulis illos agi oportere et oīmodo iugum illis imponere. Quo accepto cōuitio: gandēſes abiere. Comes vero magnopere ſtudebat illos rerū ⁊ cōmeatus penuria afflictari: vt egētes poteſtati eius ſe crederēt. At gandēſes animo erecti vim ꝓpulſare conſtituūt. Itaqꝫ philippum arteuellā filium eius quē in geſtis philippi valleſii a gandenſibus occiſum diximus belli ducem ſibi preficiunt. Qui cōtractis vtcūqꝫ armatis: oppido egreſſus in vicinū agrum

Comes victꝰ

ducit. Conſpectis procul gandenſibus: comes prelij appetens ſuos in arteuellã ꝓgredi iubet. Telis primũ et ſcorpionibus: deinde diſtrictis gladijs pugnatum eſt. Aduerſa comiti fortuna extitit: amiſſis quinqꝫ hominũ milibus: atqꝫ ita ſe brugis recepit. Arteuella ex victoria ſpem ſibi meliorẽ accipiẽs: ſuos hortatꝰ animis non tabeſcere. ſi in armis pſeuerent: facile factu eſſe: grande parare imperium. etiã ſi comiti franci ſuppetientur: quoꝝ neqꝫ faſtus neqꝫ laſciuia bello ydonea eſſet: plus illis iactantie q̃ roboris ineſſe. Talibus ſuaſi verbis gandenſes: regnum inſup ſibi affectare audent. Qua ſpe quoqꝫ illecti agricole: relictis agris belli ſe ſocios gandenſibus iungunt. Cura omis arteuelle erat: comiti incommodari. Mos eſt brugenſi populo q̃ vetuſtiſſimus ob dominici ſanguinis reuerentiam(cuius partem ſe brugenſes habere gloriantur)ſupplicationem quotannis facere: ad quam ſolẽnitatem ex vicino agro frequentes coloni conueniũt. Cuius rei non ignarus arteuella: duo ex ſuis milia docet arma ſumere que vſitatis veſtibus occultent: ⁊ ita quaterni vel quini ad celebritatem ſimulata religione ſe conferant: vt die ſupplicationi ſtatuto dum populus rei diuine intentũ animũ habet: mercatum occupent: atqꝫ incautũ comitem inuadant. Implent milites arteuelle preceptum: et in foro ſine vlla ſuſpitione cõuenientes / dum comitem procedere vidẽt: arma arma inquiunt o ſocij exerite. Clamore ſublato perterritus comes / ſuos gandenſibus opponit. Sed cadentibus multis / ipſe domũ q̃ velociſſime poteſt profectus: cũ illũ arteuella perſequitur per feneſtram in mulieris vetule proximã edem dilapſus inde ſcluſam ſe recepit. At comitis fugam arteuella in brugenſes referens eos populatur / compluribus trucidatis. Atqꝫ inde cum ingenti preda gandauũ profectus eſt. ¶ Defectionis cauſam comes hanc ab initio dedit. Gandauũ eñ ciuem autore Johanne leone trucidauerat: ⁊ parricidam a gandauẽſibus proſcriptum ad ſe fugientem receperat. poſtqꝫ aliquot ꝓſcriptionis annos cõtra oppidanoꝝ leges reſtitutũ nautarũ prefectura donauerat. Eſt eñ huius negociationis et miniſterij apud gandenſes multitudo et poteſtas nõ mediocris que in ſeditione dum forte inſurgit plurimũ valet. Eſt quoqꝫ huiꝰ prefecture officiũ nõ parue apud illos auctoritatis atqꝫ emolumenti. Quãobrem excitata in Johannẽ leonem inuidia vnus ex nautarum ordine de matheorũ familia giſebertus / aſſumptis ſecum ſex quos habebat fratribus occidere leonem cogitauit. Sed comitis reuerẽtia ꝓpoſito deſtitit. Subinde cauſas querens quomodo a beniuolentia principis Johãnem abduceret. Igitur inſinuat ſe in cubicularioꝝ comitis familiaritatem. Quã poſtq̃ ſatis ſibi firmatam putat: miror inquit principem noſtrũ nõdum aiaduertiſſe grande vectigal quod ex mercibus que nauigio ad nos inferuntur pendi ſibi quotãnis poſſit. Itaqꝫ ſi id curare volet: Johannẽ leonẽ vnũ ſatis eſſe cuius opera vectigal a nautis et negociatoribus facile exigatur. Re ad comitem ꝑ cubicularium relata: comes leonem ad ſe vocat / deqꝫ exigendo vectigali hoiem admonet. Qui tametſi id fruſtra ſe tentaturum non ignoraret / cõuenire tamen de re ipſa nautas reſpondit. Interim giſebertus clam fratres hortatur cõtraria comitis poſtulatis ſẽtire: quãdoquidẽ publice libertati nequaq̃ ꝯgruerẽt. Ipſe vero apud principem iohannẽ inſimularet negligentie: quia ſuſceptum a comite negocium nõ curaret ſatis ex huiuſmodi cauſa odium principis in Johannẽ leonẽ excitatum iri. ſeqꝫ in eius locũ ſuffici poſſe ſperabat. Hac ſpe erectis matheoꝝ animis cõueniẽtibus ad iohannis edictũ nautis: poſtq̃ de portitorio pendendo conſulitur fratres magnopere reſiſtere venientibus in eorũ ſententiam eiuſdem miniſterij ꝓfeſſoribus. Quod vbi referente iohãne reſciuit comes iam a giſeberto perſuaſus credidit culpam eẽ iohãnis ꝙ petita ſibi negarentur. Quare ablatã iohanni nautarũ prefecturam giſeberto dat. Idqꝫ non egre ferre iohannes pre ſe tulit: domi ſe continens donec fortunã tempus cõmutaret. Nec interceſſere plurimi dies cum brugenſes ad quos nullus nauigabilis fluuius euoluitur: per comitis aſſenſum foſſam grandem ex amne liſa deriuare ad ſe inceptant: conſtituto ad has opas magno foſſorum numero quos preterea deputati a brugenſibus milites protegerent. Nam ea fluuij acceſſione ſicut brugenſibus magnũ incrementum: ita gandenſibus multũ detrimenti poterat afferri. Tumultuantur propterea gandauenſes et rei noue occurrere conſultant. Accerſunt qꝫ iohãnẽ leonẽ qui cõmuni neceſſitati auxilietur. Qui licet accitum ſe gauderet: nullũ tamẽ exultationis initium dat. Sed ad conſiliũ intromiſſus: rogatuſqꝫ ſententiã. Viri inquit gandenſes palã vobis oibus eſt quã rebus veſtris iacturã brugenſiũ hec vſurpatio allatura ſit. Haud tñ paruo negocio illis reſiſtere poteritis niſi relictam iãdiu alboꝝ capucioꝝ inſtitutionem reſtitueritis. Cũ eñ maioribus noſtris repentino ad res inſuetas preſidio opus eſſet: deſignatos habebant ex ſuis milites q̃ capuciolis albis ab alijs diſcreti veſtris ſe periculis obijciebant.

Id armatoꝝ genus cenſeo confeſtim innouandũ eiſqꝫ prefectum inſtituendum Vix hec iohãnes dixerat cũ vox oim exauditur conclamantiũ reſtituant̃ capucia. Conficiũt ſtatim publica impenſa capucia diſtribuũturqꝫ quibuſuis parui penſi hominibus quibus nihil magis q̃ vrbana quies odioſuꝫ erat quorũ prefecturam cõmuni omniũ decreto iohãnes leo recepit: cupientiſſimus infenſos maxime efficere gandenſes aduerſus comitem. Poſtq̃ prefectura donatus eſt iohannes magnam capuciatoꝝ multitudinem in brugenſiũ foſſores ducit. Qui de illoꝝ aduentu nũcio accepto mox ſe brugas receperant. Ad hũc modũ fruſtratus ſua expectatione iohannes capuciatos gandauũ reduxit. Per eos dies quidam ex nautarũ collegio a comitis pretore quẽ balliuũ vocant in cuſtodia tenebatur. Quem repetitum liberare gandenſes non poterãt. Igit̃ arbitrati his tot offenſioibus ſuã libertatem tolli hortante Johãne leone mittit̃ ad comitẽ giſebertus cũ aliquot bone eſtimationis ciuibus: q̃ captiuũ conciuẽ carcere emitti et ſuas leges illibatas ſeruari a comite impetrẽt. Hoc pacto iohannes ſperabat giſebertum ab irato comite aliquid quod moleſtũ ciuibus eſſet relaturum. Profecti gandenſes principem apud mallã inuenerunt. Quos humane acceptos comes remiſit reſtituto illis nauta captiuo: eorũqꝫ conſuetis legibꝰ cõfirmatis. Optare ſe tñ dixit capuciatos tollerent. Reuerſi ad ſuos legati comitis liberalitatem cũ enarraſſent tum de tollendis capucijs animũ comitis explicarũt. Quo verbo offenſus populus cũ ſileret. Vos inquit iohãnes leo cõciues cõpertũ habetis q̃ cõmode capuciatos reſtituiſtis a quibus nunc veſtra libertas in tuto eſt. Alioquin abſqꝫ illis oia periclitabant̃. Nunc ſi eos vt pñceps ſuadet abrogabitis de veſtra quiete ⁊ honeſtiſſimis legibus actum eſſe iudico. Agite ergo ⁊ q̃ a maioribus accepiſtis ſeruatote. Ad hanc iohãnis orationẽ cũ quiſqꝫ diuerſi abijſſent alijs illũ laudantibus: alijs in neutram partẽ loquentibus iohãnes vicarios quos ſingulis capuciatoꝝ turmis prefecerat cohortatur ſuos moneant interdiu noctuqꝫ ad repẽtinos caſus paratos eſſe: ⁊ ad ſe ꝓtenus conuenire ſi quid ſeditionis aut tumultus excitari norint: facius fore obtrũcare in ſeſe inſultantes q̃ ab illis occidi. Nec incaſſum id ſibi preſagire iohãnes videbat̃. Nam comitis balliuus Rogerus dauteruius paucis poſt diebus cũ ducentis equitibus explicato principis vt in bello ſolet vexillo gandauũ ingreſſus in medio rerũ venalium foro conſtitit: ad quẽ mox giſebertus cũ ſuis fratribus et ijs qui eũ frequenter ſequebant̃ ad balliuũ cõcurſat. Qui a principe iuſſi in iohãnis edes irrũpere eũqꝫ trucidare cõiurauerant. ¶ At iohannes caſuũ humanoꝝ ꝓuidus cõuenientibus ad ſe capuciatis ad forũ nullo tumultu facto ꝓgreditur. Quo cõſpecto giſebertus cũ fratribus ſenſim dilabit̃ ⁊ balliuũ deſeruit. Capuciati vero quaſi ſpectaturi quid balliuus inceptaret proxime eũ conſidẽtes in terram confeſtim deturbatum necant: fruſtratim dilaniato comitis quod pre ſe ferebat vexillo. Nec ex ſtipatoribus quiſpiã fuit qui ꝓcũbenti auxiliũ ferret. Solus eñ balliuus occubuit: a ſuis per ignauiã turpiter deſertus. Liberati hoſtibus capucionati edes giſeberti ceteroꝝqꝫ ſue factionis edes inuadũt ⁊ ſpoliant. Eã balliui iopinatã fortunã giſeberto referẽte poſtq̃ comes accepit: ira ꝑculſus iurat de necis autoribus vltionem ſe nouo exemplo ſumpturũ Cuiꝰ rei non iprouidi gandẽſes duodecim ex ſuis nõ obſcuros ciues ad principẽ legant mitigaturos pñcipis quoad poſſent indignationẽ: polliciturosqꝫ ſatiſfactionẽ delictoꝝ. Venientes ad comitẽ legati egre admiſſi ſunt: ſed interceſſione quorũdã aulicoꝝ cũ benignior factꝰ eſſe comes ſperaret̃ nouus a gandẽſibus furor excitatur. Nam Johãnes leo timens re apud pñcipem cõpoſita detrimentũ ſibi ſuccedere: augere hoc modo comitis furorem pergit primoribus ſue factionis ſuadet: vtile eſſe coactos quos haberẽt reipublice defenſores oppido educere et recognoſcere quibus viribus aduerſus futurũ forte hoſtẽ reſiſtere poſſent. Itaqꝫ egredit̃ ad portam que brugenſis appellatur capuciatoꝝ ⁊ alioꝝ facinoroſoꝝ hoim turba milliũ decem. Quos cũ iohãnes ꝑluſtraſſet laudatis oibus. ¶ Eſt inquit ab hinc nõ procul pñcipis noſtri palatiũ quod recenter miro opere extruxit: procedamus edes videre. Munitiſſimus eñ ſicuti ego accepi locus eſt ita vt inſurgẽte bello nobis incõmodare poſſit. Poſtq̃ incondita plebs andreghemũ acceſſit(ea enim eſt loci appellatio)edes ſpoliat immiſſo multis ediũ partibus igni. Inde aũt cum abirent cõuerſus ad palatiũ iohannes vt flagrantem locum vidit quaſi id ſibi doleret percontat̃ vnde hoc incendiũ erupiſſet q̃q̃ nullam loci curam habere oportet qui in excidiũ noſtrũ edificatus inſtructuſqꝫ erat. Hac ediũ direptione comes nihil magis egre tulit: quippe qui eas ad voluptatem et delitias accuratiſſime excoleret. Quãobrẽ vocatos ad ſe gandauenſiũ oratores atroci vultu et aſpera oratione allocutꝰ Ite inquit ſeditioſa gens: prope eſt vt penas vniuerſi detis offenſionũ in me veſtrarum. Cũ non concederetur a legatis excuſatio trepidi gandauũ petiuere. Ex huiuſmodi cauſis atrox ⁊ longũ bellum conflatũ eſt. Johannes autẽ leo brugas quas ſuarũ partiũ effecerat linquẽs ardenburgi moꝛit̃ veneno vt quidã tradũt impetitus. Fuit quidem huius flandrenſis belli varia ⁊ anceps fortuna quam ſigillatim explicare lõgioꝛis eſſet negocij. Unũ quod maxime inhumanũ dici poteſt operepreciũ erit ad flagitij deteſtationem ſcripto cõmendaſſe. Deficientibus a comite yprenſibus cum aduerſus eos copias ducere comes inſtituiſſet: gandauenſes de ea expeditione certioꝛes facti nouẽ hominũ milibus collectis curtracum prodeuntes yprenſibus ſignificant ſe ad eos defendendos aduenire: ꝓpterea mittant ex ſuis armatos vt iunctis copijs partibus ſtudijs ⁊ virtute comiti reſiſtant. Parant confeſtim yprenſes et ductoꝛibus iohanne bouleo ⁊ Arnulpho clerico octo oppidanoꝝ ſuoꝝ milia ad gandenſes qui apud rolerũ caſtra fecerant ꝓficiſci iubent. Hac profectione ad comitem relata inſidias duobus locis qua yprenſes iter facturos veriſimile erat ponit. Incedẽtibus vero yprenſibus obtulit ſe biceps via vna rolerum/altera tourotum ducebat. Quare conſiſtere illic agmen militum ductoꝛes imperant: dubij vtram ingrederent̃. Preualuit Johãnis boulei ſententia et tourotum verſus ꝓficiſcuntur: vbi deliteſcebant comitis inſidie in quas dum inopinato incidiſſent viſo hoſte proditos ſe a bouleo eſſe conclamitant: nec fuit illis animus ſe tutandi niſi quatenus fuga eripere ſe potuerunt. Alteris igitur ypꝛas: alteris ad gandenſiũ caſtra diffugientibus: comitis milites quadringentos ſupꝛa duo milia in fuga trucidarunt. Reliqui ad gandauos dilapſi mox vbi curtracũ militari oꝛdine ꝓfecti ſunt. Johannẽ bouleũ plebeio furoꝛe accuſantes quaſi inſidiarũ et proditionis conſciũ in viam publicam ꝓtractum minutatim concidunt: partem ex cadauere quibuſq; ſibi rapiẽtibus. Tam beluina natura eſt plebs ſemel furijs incitata: nec furoꝛis vllum habet modum: preſertim in flamingoꝛũ gente que preter reliquos gallos ſeditioſa ſemper fuit: q̃uis vel grandi ere ob factas iĩurias mulctata vel miſerabili cede ob rebellionẽ afflicta. Sed de his hactenus.

¶ Hec dum in flandria gerunt̃ mareſchallus ſancerrus ſubterranam in lemouicibus capit: dedentibus oppidum anglis qui relicto loco dum per regionem graſſãtur ſancerrus eos ſecutus quottidianis fere prelijs et cedibus afficit. Coiere ꝑ id tempus apud belinguerũ agri bolonienſis vicum oratoꝛes frãci: vt cum anglis de pace tractaretur. Sed nihil inde preter vanam ſpem relatum.

¶ At britonum dux melioꝛe in regem animo: fidem repꝛomittit. Seq; cum britonum comitatu Carolo ſubditum interpoſito ſacramẽto profitetur.

Auari principes nouũ tributi genꝰ cogitant.

Rothomagẽſium ſtultitia.

¶ Non poteſt ſuos ignes celare ambitio. Andegauus dux regens: alij item principes et regij pleriq; cõſultoꝛes qui rebus gerẽdis preerant: erarium fiſcũq; ſublatis vectigalibus imminutũ iri cõtemplantes: ſueq; auaritie non ſatiſ alimenti ſupeſſe: nouũ tributi genus inſtituere cõtendũt. Habitis aliquot cõtionibus: nũc blãdis interdũ ſuaſiũculis: nũc amicoꝝ interuentu adducere non paucos in ſuam ſententiam ſtudebant. Obſiſtebat tamen populus: nec petro dillerio nec iohanni mareſio (qui maxime populares erant) aures accõmodabat: tametſi dicerent ex ea pertinacia regem irritatum iri et hinc periculum grauioꝛis alicuius pene impendere. Itaq; diſcedens a principibus populus arma capit: decanos quadragenarioſq; et quinquagenarios per ciuitatem ponens. Cathenas que ad compita viarum intra vrbem erant pretendebat: poſitis cõtra nocturnas inſidias excubijs cuſtodibꝰ preterea ad poꝛtas oꝛdinatis. Idq; facere incipientibus Pariſianis relique fere regni vrbes ſubſequũtur. Itaq; ducenti ex Rothomagenſibus plebei hoĩes hoc exemplum imitati: quẽdam obeſum ciuem qui ob craſſam coꝛpulentiam craſſus vocabatur: alioquin renitentem ſibi regem preficiũt: curruq; impoſitum per vrbem circũferentes: tandẽ in rerum venaliũ foꝛo conſtitutũ de abolendis vectigalibus legem ferre et eam promulgare compellunt a cede non abſtinentes: Seuitum enim eſt in vectigaliũ queſtoꝛes: et expilatũ diui audonei cenobium: propterea q̃ in eo priuilegia quedam repoſita eſſe audierant que libertati ciuitatis non congruerent. Arcem quoq; oppugnare adoꝛti. inde a preſidio repulſi ſunt aliquot interemptis. Dum hec Rothomagi gerũtur: ludouicus andegauus regẽs poſt quartum menſem cũ Pariſiace plebis ſeditionẽ ſedatam eſſe putat Legem de vectigalibus exigendis tulit: et in foro iudiciali apud caſtelletum pꝛomulgare iubet: inſtitutis miniſtris q̇ legendi vectigalis officium exequerentur. Ad kalendas martias cum eius officij cauſa queſtoꝛ ad mercatum apud fallas aduenĩſſet obolũq; pro naſturcio a muliercula cui perota morela nomen erat exigeret: queſta et vociferans anus mercatoꝛes aliquot in queſtoꝛem excitauit: qui hoĩem multis vulneribus confoſſum trucidauerũt. Eius facinoꝛis fama vbi ꝑ ciuitatem vulgata eſt: protenus vilium artium miniſtri arma capiunt ꝑq; ciuitatis vias circũcurſant: ad cedem ꝑpetrandã animati: quibus cũ perditi pleriq; et nullius eſtimationis hoĩes facile accedebant. Et vt inermibus arma non deeſſent: publicas ciuitatis edes adoꝛiuntur. Ubi emotis euulſiſq; poſtibus cõmunia arma rapiunt et ea induũtur. Fuere ex prudentioꝛibus nõnulli: et inter illos pariſianus antiſtes qui tot malis inſurgentibus coactas clam foꝛtunas ſuas ciuitate expoꝛtarent: tutioꝛe ſe loco cõmittẽtes: Inter arma que furibũda plebs deſumpſerat erãt plumbei mallei quibus obuios quoſq; ſubſidij pecuniarij exactoꝛes trucidabant: domos eoꝝ foꝛtunis oĩbus ſpoliantes: nec ad eccleſiam ꝓfugientibus immunitas preſtabatur Unũ em̃ in diui iacobi hoſpitalis ede diue marie ſimulachꝛũ amplexantem ꝑtenus necauerũt. Simile aũt ad diuũ germanũ de pratis quo nõnulli cõfugerant cum facere molirentur: defendentibus ſe incolis: inanes in vrbem reuerſi. Caſtelleti et epĩ carcere recluſo captiuos omnes et hugonem aubꝛiotum (cuius paulo ſupꝛa mentionẽ feci) ſoluerunt hunc ſibi ducem preficientes. Sed conſcius quid penſi furijs incitata plebs haberet: noctu ſe ex vrbe pꝛoꝛipuit: quo inſequenti luce domi non inuento ſeuius furere oĩs ceperũt: conſtitueruntq; charẽtonũ pontẽ petere et proſternere. Sed deſtiterunt a iohanne mareſio admoniti: tumq; frigeſcere illis cepit heſternus furoꝛ et mentis inſania.

Monſtrum Prodigium

¶ Per eos dies non procul a ſancto dyonyſio viſum eſt monſtrum biceps tris oculos et linguas duas habẽs. Dedit preterea ſuũ prodigiũ ether. Nam ex cardinalis monachi collegio per ſummã celi ſerenitatem viſus eſt ignis ſupꝛa ciuitatem pariſioꝝ a poꝛta in poꝛtam circũferri.

De pecunia iterũ cõſulit.

¶ Pariſiana ſeditione ad carolũ perlata: autoꝛes ſupplicio grauiſſimo plectere conſtituit. Sed regis indignationẽ quidam ex ciuibus et ſchola pariſienſi delecti ſapientes mitigauerũt. De his tm̃ pena ſumpta eſt qui caſtelletũ violauerant ſubſidio pecuniario abrogato. De quo poſtea quia pecunia opus erat rex conuentũ ex primoꝛibus habuit: ratus publica neceſſitate cognita: neminẽ nõ impartiturũ rebus miſeris opem. At qui cõuenerant nullũ a ſuis mandatum niſi audiẽdi atq; referendi ſe habere reſponderũt. Idcirco rex illis imperat ad ſuos cum feſtinatione reuertantur: moxq; ad eũ pontiſarã quo abiturus erat exploꝛatã ſuoꝝ voluntatem perferant Fuit profecto vna oĩm ſententia moꝛtis potius ſe periculis obijcere q̃ vectigaliũ tributa et ſeruilem ꝑpeti ſeruitutem. Ea reſponſione habita: rex cum pariſienſibus malefactoꝛum veniam dediſſet: per legatos egit: vt ipi ad conferendũ ſubſidiũ animos inclinarent. Apud ſãctum dyoniſiũ conuenientibus vtriq; oratoꝛibus centũ milia francoꝝ: iohanne mareſio autoꝛe regi conceſſa ſunt.

¶ Per hanc publicam francis tempeſtatẽ Ludouicus andegauus a clemente ſeptimo regni neapolitani dyademate ſuſcepto: prouinciam armis occupat: atq; ꝑ alpes ducens quas non ſine ſuoꝝ cede ſuperauit in appuliam profectus eſt.

Fuga comitiſ flandrie

Aldenarduz a flamingis obſeſſum.

¶ Et ludouicꝰ flandrie comes ad prioꝛem brugis acceptam a gandauenſibus ignominiã alterã adiecit impatiens vinci. Nam prelio aduerſus arteuellam gandauenſiũ ductoꝛem malo euentu geſto: decem milibus ſuorum fuſis: ꝑ ſaltus et ſiluam ad inſulam egre ſe recepit: alijs brugas: alijs qui ex francis erant: aldenardũ petentibus. Tam ꝓſpera foꝛtuna vſus arteuella quadraginta hominũ milibus potens: aldenardum obſidere conſtituit. Quẽ irruptione facta excipientes franci: cede multoꝛum eum affecerunt. Sed quia militum numero hoſtis erat ſuperioꝛ: intra oppidum ſe recipientes franci locũ magnis munitionibus roboꝛauerũt: foꝛtunam experturi. Arteuella autẽ id quod vero ſimile erat cogitans: francoꝝ regẽ comiti ſuiſq; auxilia miſſurũ: equitem caducei veſte indutum cũ litteris ad regem legat. Petebat arteuella ne ſe rex huic bello cõmiſceat: quod libertatis cauſa aduerſus comitis tyrannidem a gandenſibus gerebatur. Alioquin ab anglis accerſiturum auxilium. Tabellario nullum reſponſum datuz eſt. Interim ludouicus flandrenſis ꝑ generum ſuũ burgundie ducem deinde per ſemet carolum conueniens: quid a flamingis perpeſſus eſſet exponit. oratq; aduerſus rebellem populũ ſibi auxilietur. Id ne rex faceret et ſi vna cauſa dehoꝛtabatur: q̃ ſcilicet ludouicus cum anglis cõuentiones pleraſq; clam habuiſſet. quia tamẽ comes france ditionis erat: ⁊ flamingi aſſueta contumacia crebꝛos belli motus excitabant: opem comiti liberaliſſime pollicet̃. Inſtructis non procul ab attrebate ingentibus copijs: rex auriflãma a dyoniſiano abbate more maioꝛum deſumpta: illam petro dillerio equiti auree militie ferendam dat.

Expeditio i flandriam.

¶ Hec agente rege: franci qui aldenardi erãt: vrgente arteuella cum crebꝛis oppugnationibus fatigati cõmeatu quoq; deficerent: ad philippũ burgũdie ducem delata eoꝛũ conditione: oꝛãt ſibi ſubſidium mitti: ſi deſerantur: deditionem hoſti ſe facturos. Nec fuit incurius Philippus petitionis obſeſſoꝝ. In ea cõmeatus penuria: res commoda obſeſſis obtigit. Ducebat ruſticus quidã poꝛcoꝝ gregẽ. Quo cõſpecto franci turma facta inter oppidum hoſtemq; aliquot eqtes pediteſqꝫ locant. mox ex peditibus pauci ad gregem cōcedentes tris ex eo numero porcos cum in oppiduꝫ raptos et grūnientes trahunt. reliquus grex (vt eſt eius pecoris natura) clamantes porcos ſecutus eſt. Nec impedire hoſtis potuit quin omnes in oppidum cōſequerentur: reſiſtentibus francis qui ſubſidio pediti aſtabant. Ad finem octobris carolus ad exercitum qui in attrebatibus caſtra habebat pergit: eoqꝫ ludouicus flandrenſiū comes ꝓfectꝰ ob artheſij comitatū: qꝛ eius mater mortē obierat: carolo fidem repromittit. Inter hec arteuella cognito ꝙ ingenti exercitu rex adueniret: ad anglos nūcios mittit: cauſatꝰ ante oīa pecuniā ſibi a rege anglo deberi: quā pater eius iacobus ad bellū qđ in philippū valleſiū geſſerat mutuo illi tribuiſſet. Sed id agebat arteuella magis ſpe auxiliū impetrandi. Nec latuit carolum quid flamīgus hoſtis pararet feſtinat ꝓpterea iter facere et marquetam (id monaſteriū eſt virginū vltra inſulā) petit. Premittunt̄ ante omnē exercitum mille ſeptingēti ſexaginta foſſores cū ligonibus atqꝫ ſecuribus qui amputatis arbuſtis vias equarent: quibꝰ prepoſiti erant Jodocus haluynus et rāburus. In reliquo agmine tribus ordinibus incedebāt equitū: milia viginti: ſagittarioꝝ atqꝫ baliſtarioꝝ duo milia ſeptingenti preter peditum ingētem multitudinē. Erant ad aldenardū itinera duo: vnū ꝑ ariam ⁊ ſanctū audomarū vnde liza flumen oritur longū ⁊ difficile. Alterū ꝑ cominarū pontē quē flamingi occupabant: dirutis ꝑ eū fluminis tractū reliquis pontibus. In hos irrūpere cupientibus aliquot militibus qui apud inſulā ſtationem habebant duce halſo comitis flādrie notho ꝑmenini pontē harlā inuadūt: vbi occiſis incolis ⁊ bonoꝝ direptione facta: cū ꝑ finitimos vicos claſſicū ſicut ī cōmuni periculo in eccleſijs pulſare halſus audiſſet: receptui canit. Sed iam magna incolaruꝫ vis ad pontē conueniens: pontē ꝑ partes effractū fimo et fragili materia contexerat. Eo properantes franci ruſticoꝝ turba conſpecta: ſeſe colligentes ꝑ medium hoſtem viam aperiunt: ⁊ ita ponti ſe credentes primi quidem euadūt: qui vero ꝓxime ſequebātur ſuo ⁊ quoꝝ pondere pontē diſſoluerūt in flumen ꝓtenus demerſi. Nec poſtremis melius obtigit: fluuio ſe committentibus. Cum eñ eminentioribus ripis alueus lize fert̄: inde euadere infelix miles non poterat: iactitantibus in eos tela ruſticis. Halſus tñ cum triginta ſuoꝝ inter primos ſe periculo exemit. Igitur ꝑ cominaꝝ pōtē qui exercitum traducere rex/cōſtituiſſet: cliſſonū coneſtabilem et ſancerrū mareſchallū hoſtem loco extendere mittit. Cognito frācoꝝ aduētu: flamingi vnā pontis arcē diruūt in aduerſa ripa ſtationem habētes. Sed inſequenti eiꝰ diei nocte non inuento vado: cū pons reſiſtentibus flamingis nō facile reſtitui poſſet: Sampꝰ auratus eques ⁊ aliquot ei amicitia conſuetudineqꝫ coniuncti nauibus ex inſula aduectis lizam paulatim tranſmiſere. Nec ex alueto quod ripe ꝓximū erat prius prodierūt ꝙ paulo plꝰ quadringentis vna cōueniſſent. viri quidē genere non obſcuri et animo cōſtantes. Igit̄ ſecus littus fluminis incedētes: hoſtē dū petūt: petrus de boſco flamingoꝝ prefectus eos cōſpicatus cum adueſperaſſet ſuos ꝯtinuit: donec craſtino crepuſculo eos adoriret̄ paluſtri loco impeditos ⁊ lōga feſſos vigilia. Interea dū hec agūtur cliſſonus anxius valde ꝙ temere ſui admodū pauci periculo ſe cōmitterent vt hoſtē qui ponti defenſando aſſidebat diſtineret: iubet ſagittarijs pōtē inſtaurēt. qui poſtqꝫ cōperit partem militū flumen enauigaſſe: liberam dat vt cuiqꝫ cōmodū foret pontem tranſmittēdi. Per eam noctē ſampus et qui cū eo in palude armati ⁊ vigiles ſine vllo ſomno hoſtem expectabant: condixerūt non prius in hoſtem irrūpere ꝙ inuaderent̄. Hoſtis igit̄ clāculo ſub diei crepuſculum magno ſilentio mouens francos adoritur. A quibus acerrime exceptus (petro grauiter vulnerato) cedere loco cepit: moxqꝫ ī oppidum ſe recipiens aliquot edes incendit vel vt francos inde amoueret vel ſuos ad ſe diſperſos reuocaret. Interim cliſſonus liberū factū pōtē reſtituere imperat: traijcitqꝫ reliquū exercitū. Multas ex cominis opes frācus abſtulit quibus ditatus eſt maxime. Eſt eñ regionis illius plebs lanificij peritiſſima pānos ex eo artificio textos cū in ſuos cōterraneos atqꝫ indigetes tum in exteros diſpartiens. Que oīa in poteſtatem irruentium militum conceſſere poſtqꝫ tria ex illis milia perijſſent. Superato ponte carolus rex cū reliquis copijs flandriaꝫ ingreſſus ad montē yprenſem caſtra fecit. Quāobrem veriti yprenſes caroli poteſtatem duos ex ordine predicatoꝝ fratres ad eum mittunt de pace viam tentaturos. Audiuit benigne carolus nūcios. Nec morant̄ yprenſes duodecim ex ſuis optimos ciues ad regē delegare: ꝗ vrbem ſe ſuaqꝫ dederent. Deditos carolus recepit quadraginta francorum milibus in ſtipendium militi mulctatos. Acceſſere quoqꝫ omnis illius ore flandrie maritime populus: ꝗ vinctos ducentes prefectos quos ab arteuella acceperant: regi tradiderunt quo facto regis gratiam demererentur: ſimulqꝫ ſexaginta milia nūmum perſoluentes: ne agri viciqꝫ coꝝ vrerent̄ impetrarūt. Prefectis in pōte yprenſi ceruices ceſe ſūt. Ingreſſus ypras carolus quito poſt die certus factus arteuellā relicto aldenardo cū ſexaginta milibus ad ſe aduentare. Cliſſonū coneſtabilē ⁊ mareſchallos preire iubet. Ipſe ꝙꝙ cōtinuo ymbre itinera lutoſiora eſſēt cū ſecunda et tercia acie ſubſequitur: atqꝫ inter rolerum et roſebequā caſtra faciens: flamingos operiebatur. Ad quem ſe conuertere cū brugenſes cogitarent. petrus de boſco ⁊ petrus mutrus quos arteuella brugis prefectos poſuerat ne id facerent ſpe future victorie diſtinuerunt

¶Tanta ſiquidem animi elatione turba illa plebis flandrenſiū ferebatur: vt parui admodū haberet francos. Nam vt ex ſuis pagis viciſqꝫ turmatim ad gandenſes cōfluxerant ita erāt varijs inſignibus ⁊ veſtiū genere diſtincti: ſui ductoris imperio quaſi explorata victoria parentes. Cognito ex frumētatoribus ꝙ arteuella tribus hinc tantū miliaribus a roſebequa caſtra haberet: Cliſſonus mattheuſqꝫ viennenſis et guillermus pictauus caſtris caroli edicto ꝓgreſſi: hoſtiū agmen adequitant: ⁊ poſtqꝫ ſatis exploratum habēt: qui illoꝝ modus ordoqꝫ incedendo eſſet: ad carolum ꝓtenus renūciant hoſtiū numerū ingentem eſſe: denſos ꝓgredi et gradu moderato non aliter ꝙ ſi in conſpectu hoſtem intuerentur: ſed nō ita inſtructos quī a peritis armorum vinci fortiter poſſint. Id poſtqꝫ cliſſonus locutus eſt ecce hoſtiū agmē cōſpicitur: nec franci pigritantes quādoquidem in acie parati ſtabant flamingos duriſſime excipiunt. Priuſqꝫ bellū cōmitteretur tanta coruoꝝ nubes ſupra vtrūqꝫ exercitum volitauit vt multis admirationi eſſent. Tanta quoqꝫ caligo celum obſcurauit: vt ſeſe vix acies conſpicerent. At poſtqꝫ in hoſtē ſuos ꝓcedere carolus iubet: atqꝫ auriflāmā ſignifer explicauit: diſcuſſa mox caligine ſerenitas reddita eſt. Que res vt frācis ſpem: ita hoſti aīos extulit: vtriſqꝫ credentibus ꝓpiciari ſibi deū. Cōmiſſo prelio tanta ferocitate flamingi pugnauerūt: vt loco parūper cedere frācus cogeret̄: donec vnꝰ qui ī frōte erat ſublata voce clamās. O maria virgo inquit ⁊ vos cōmilitones ꝓcedite ⁊ preliemini. Quod exemplū imitati cōplures: mutuis ſe ⁊ clamoribus ⁊ exhortationibꝰ ad fortiter agendū excitarūt. Itaqꝫ ferocibus ⁊ obſtinatis animis pugnatū eſt et flandrenſes ſuperantur.

Flamingoꝝ cedes multa

Ex quibus mortem oppetierūt milia quadraginta preter eos quos in fuga apud roſebecam: Anno ſalutis. M.ccc.vno et octogeſimo: quito kalendas decēbres dominus de albreto et cōciacus interemere: preterqꝫ eos qui in ſiluis et paluſtribus locis latitantes a flandrie comitis militibꝰ necati ſunt. Hac cede ad eos ꝗ apud aldenardū in obſidione perſeuerabant ꝑlata: nullo ordine fuge ſe cōmiſerūt. In quos aldenardo egreſſi franci impetu facto incurrūt: obuios quoſqꝫ paſſim obtrūcantes. Tam glorioſa diuinitus ꝓpe habita victoria rex accitis exercitus primoribus gratias deo ſoluit. Et flādrēſis comes regi principibuſqꝫ gratificatus: ſe ꝑpetue illis gratie debitorem eſſe ꝓfeſſus eſt.

Caroli ſexti ad flādrie comitē verba.

Cui reſpondēs carolus. Conſobrine inquit comes tuis deſperatis rebus opitulati ſumus. Habes victū ꝓſtratūqꝫ rebellem tibi populū. Nō me latet: te dū meus viueret pater: cū inimicis noſtris anglis ſocietatem occultā habuiſſe. Poſt hac integra in me fide eſto. In te beniuolus eſſe non deſinam. Poſt hec carolus arteuellam inquiri (viuat ne an oppetierit mortem) iubet. Erat inter ſaucios flamingus vnus ex arteuelle prefectis: qui illū necatū eſſe (cū iuxta illū pugnat) affirmaret. Perductuſqꝫ in campū vbi fuerat preliatum: arteuelle cadauer oſtendit nullo vulnere ꝑculſum: ſed inter cadentē ſuoꝝ turbā ruina ⁊ mole ceſorū oppreſſum. Ob idipm carolus cū ſauciū captiuū curare imperaſſet et ſeruari: flamingus medicamenta recuſans: volo inquit vna cū meis cōmilitonibus mori: et ita ꝑ vulnera ꝑfluente ſanguine exanimatus eſt. Hec victrix pugna cū nō ꝓcul a curtraco cōmiſſa fuiſſet: carolus curtracū ꝓficiſcit̄ vbi cū cognouiſſet quingenta calcaria aurata ſeruari eoꝝ ſcilicet qui cū Roberto artheſienſi olim interierant oppidi portas ſine vlla oppidanoꝝ cede deijci imperauit. Sed miles francus nō oblitus ſuperioris ignominie quā illic aliquando accepiſſet: dirutis portis cōpluribuſqꝫ occiſis atqꝫ ſpoliatis: curtracū tandē incendit. Agēte adhuc curtraci rege brugenſes miſſis oratoribus veniam impetrant viginti et centū francoꝝ milia pene loco pendentes. Petrus autem de boſco inde ad gandauos ſe recipiens eos obſtinatiores reddit. In curtraci publicis edibus littere reperte ſunt pariſiace factionis quas illis de ſeditione pariſienſes dediſſe ſubſcripto annotabat. Id Carolus egerrime admodum tulit: nec cūctatus impoſito fortioribus locis preſidio primo vere ad dyoniſianū cenobiū voti et religionis cauſa profectus: poſtqꝫ voto ſatiſfecit: animū cōuertit vt Pariſiorū contumaciā retūderet. Quod ſubolens mercatorū prepoſitus: comitatus aliquot ciuitatis primoribus ad regē conceſſit. Offerens liberum in ciuitatē aditum populū a furia reſipuiſſe: preteritorū ipſe obliuiſcatur: nec deſpiciat penitentes. Hec ſi ſuo aut populi nomine prepoſitus dixerit incertuꝫ eſt. ¶ Rex tamen ſe ingreſſurũ reſpondit. Aduenienti carolo preſbant acies inſtructe tres: primam cliſſonus ſancerruſqꝫ ducebant: in ſecunda rex ibat equo inſigni vectus: reliqui omnes pedites incedunt. Que ante dyoniſianam portam lignea propugnacula erant effracta ſunt ⁊ porta ciuitatis diruta. ¶ Pergẽti ad hunc modũ regi prepoſitus magna ciuiũ multitudine ſtipatus humilis pronuſqꝫ occurrens: cum loqui cepiſſet rex audire noluit. Sed preteriens ad diue marie templum profectus: ſupplicatione abſoluta palatium petit. Erant per compita et diuerſoria vrbis diſpoſiti ad cuſtodiam milites: prohibiti ne populo et ne militi populus iniuriam faceret. Edicti tamen contemptores duo ex plebe fuere. Qui mox comprehenſi a ſuis feneſtris illaqueati ſtrangulatiqꝫ pependerunt. Inceſſerunt eo die per vrbem biturigum et burgũdie duces: magna armatorum manu vallati et ſeditionis inſigniores auctores trecentum in vincula primũ coniectos: paulo poſt carnifex capite mulctauit. Inter quos fuerunt Guillermus ſenonẽſis/ Johãnes filiolus/ et Martinus doublus. Et paucis interiectis diebus Nicolaus flamingus: Supplicio eorum expleto cathene omnes ex compitis euulſe: in arcem vincẽnarum. Arma per quaſqꝫ domos inuenta: partim in luparam: partim in palatium deportata ſũt.

Prepoſitura mercatoꝝ apud pariſios ſuppreſſa

Scabini: prepoſituſqꝫ mercatorum magiſtratibus amoti et ciuitatis regimen pretori Pariſienſi attributum. Vectigalia et pecuniarum ex rerum venalium precio ſubſidium: decretum atqꝫ exactum. Johannes mareſius homo populo gratus: delatus ꝙ inter ſeditioſos furenti plebi fauiſſet: adnitentibus maxime biturige et burgundo principibus: indicta cauſa dãnatus: et cum eo duodecim capite puniti. ¶ Inter hec ad gradus palatinos vbi philippi pulchri ſimulachrũ viſitur: extructo throno: Carolus patruelibus ⁊ aulicorũ nobilitate circũſeſſus: petrũ dorgemontem cancellariũ affari qui conuenerat populũ iubet: qui a carolo quinto ad preſentia tempora orbem deducens: preteritas ſeditiones ⁊ populi flagitia: regis preterea geſta et ex flamingis habitas victorias prolixa oratione memorauit. Non mirari eos oportere ſi de tot ſcelerum autoribus ſuppliciũ ſumere rex ſtatuiſſet: qui in reliquos penam cõmeritam irrogare iure optimo poterat. Hec poſtqꝫ locutus eſt cancellarius ad Carolũ cõuerſus. Hec ne ſunt inquit ſereniſſime rex que mihi dicenda cõmiſeras. Aſſentiente rege: patrueles eius ad genua caroli procliues populo indulgeri orant: nobilitate quoqꝫ atqꝫ fortunis inſignes femine: paſſis crinibus lachrymantes: procũbente humi populo regis miſerationem expectabant. Mouit regẽ omniũ miſerabilis clamor: ⁊ mortis ſuppliciũ pecuniaria mylcta cõmutauit.

Mulctatur populus pariſienſis.

Nam dimidiam fortunarũ omniũ partem reus quiſqꝫ redimendi ſui cauſa pendit: que militi ad ſtipendium diſtributa eſt. Pariſienſiũ edomita pertinacia: Rothomagenſes ſuperant qui punirentur. Miſſo ad eos Johanne viennẽſi admiraldo cũ iohãne paſtorello ⁊ iohãne mercerio quaſdã ciuitatis portas eruere ⁊ factionis conſcios cõprehẽdere et ſupplicio affici rex mandat. At qꝛ prope diẽ dominice reſurrectionis ſolẽnitas erat: remiſſo capitali ſupplicio nõ pauci ſuis bonis priuati ſoluti ſunt. Nec ad fiſcũ mulcta: ſed ad quorũdã ſingulare cõmodum venit. Quãuis enim reipublice titulo principes agant: miniſtrorum tamen lucrum eſt quod exigitur. Itaqꝫ bona huius exacte pecunie pars ad biturigum et burgũdorum duces peruenit.

Angli de bello cõſultant.

¶ Cum hec in francia geruntur angli de inferendo francis bello londonijs conſultant. Clerus vero non ignarus Richardum ſuum regem quietis atqꝫ ocij patientem eſſe bellum diſſuadebat: et in primis cantuarienſis archipreſul: quem alterius factionis ſectatores necauerunt. Porro vrbanus ſextus decimam regi Richardo conceſſerat vt in franciam copias traijceret ad opprimendum eos qui clementem compeditorem eius tuebantur. Eius decime atqꝫ expeditionis coactor et princeps fuit Henricus diſpenſarius norduicus antiſtes vehementis animi iuuenis. Cui attributi ſunt quingenti equites et quingenti ſupra mille pedites: preter magnũ ſacerdotum concurſum qui vrbano aſſentiebãtur. ¶ Qui caliſium tempeſtate primo impediti: nacta mox ſerenitate traſfretarunt: atqꝫ inde flandriam migrauerunt excepti aliquot locis liberaliter et commeatu adiuti. Quorum aduentus cum regem lateret: carnutum religionis gratia proficiſcens: templo diue marie viſitato: Aurelianum vbi ſeditionem populus mouerat pergit. Supplicio de flagitioſis ſumpto protenus Pariſium reuertitur. Ibiqꝫ primum de anglis nũcio accepto copias contrahit. ¶ Quod audientes Gandaui quoſdam ex ſuis primoribus ad Carolum mittunt Sed eos ad ſuum conſpectum Carolus non admiſit: non neſcius quid ſocietatis cum anglis iniuiſſent. ¶ Coacto exercitu in quo trecenta equorum milia fuiſſe Froſſardus tradit. Venerat enim ad regem ex germania Fredericus dux bauarus et alij

auxiliares multi cum de ſufficienda annona atqꝫ inuehendo commeatu prefecti militum conſulerent. Colinus boulardus pariſianus ciuis quadrimeſtrem cõmeatuꝫ ſi precium ſibi ſoluatur miniſtrare ſe pollicetur. Conſtituta illi mercede carolus ex ſancti dyoniſij ede auriflãma recepta eaqꝫ guidoni de trimoula aſſignata mouet. Iter agenti nuntiatur anglos ex gandenſium ſententia ypras circunſediſſe. Sed illi aduenientem carolum formidantes obſidione ſoluta ſuburbia cremant Atqꝫ inde caſſetum ducentes oppidum circumuallant. Sed cliſſono cum britonum duce illos perſequente incenſis caſtris burburgum et grauelingam verſus abierunt. Et robinus canollus arrogans et iactabundus anglorum ductor tametſi quotidiano fere ſermone parui ſe facere francorum potentiam diceret. Dunas quo ſe receperat procedentibus in eum francis reliquit grauelingam petens. Quam item a carolo circunſeptam dimiſit: per portam que nondum armatis cincta erat dilapſus. Deſerti anglis oppidani cum ſe acerrime defenderent: expugnati tamen partim occubuere: partim in ſeruituteꝫ acti: donec magna ſe pecunia redimerent. Grauelinga relicta: quia burburgum anglus occupauerat: eo ſe franci contulerunt. Prius tamen ꝗ̃ vllum obſidionis aut oppugnationis ſignum darent cliſſonus anglorum prefectos in colloquium venire petit vt illos aliqua forte ratione adducere poſſet angliam repetere. Sed cliſſoni verbis elatior factus hoſtis: timoris hec indicia eſſe ratus ſtatim eruptione facta francos adoritur: edito demuꝫ acri prelio in oppidum repulſus. Concluſus obſidione eſt. Ad primaꝫ oppugnationem in qua philippus artheſienſis augi comes egregiam operam nauauit: in muros cum regio vexillo conſcendens angli britonum ducem affari poſtulant. Accedentem ducem orant: burburgo abire illis incolumibus liceat. In eo ſpem ſuam repoſuiſſe ꝙ memoria teneret anglorum ope ſe britãnia potiri. Predeceſſores eius anglis regibus obſequentes fuiſſe: eorumqꝫ amicitiam ſemper coluiſſe. Ad hec dux reſpondit regem ſe conuenturum. Adiens igitur carolum brito que ab hoſte accepiſſet ei patefecit. Addiditqꝫ belli fortunam ancipitem eſſe: dei nutu non hominũ virtute victoriam dari. Si oppugnare illos pergat: cum ipſi plurimi intra oppidum pugnent occiſuros facile aliquot ex proceribus francis quorum mors non ſatis compenſari poſſit. Hyemeꝫ preterea inſtare que illis locis horridior ſoleat eſſe atqꝫ aſperior. Ergo operepreciũ fore ſi diſcedat hoſtis oppido in regis poteſtate relicto. Huic ducis ſententie ꝗ̃qꝫ multi aduerſarentur: ⁊ in primis petrus dillerius precipua ſtrennuitate auratus eques: aſſerens facile expugnari anglos poſſe ſi continenter oppugnentur. Nõ audiendum ducem qui ſuo more anglis non inimicaretur eoſqꝫ armorum et belli ſocios quondam habuiſſet. Vicit ducis ſentẽtia. Datuſqꝫ eſt hoſti liber egreſſus. Qui burburgo militari ornatu exiens: regi gratias ob receptam libertatem egit. Dum hec aguntur franciſcus acremenus gandauus aldenardũ noctu ſcalis in muros oppidi erectis capit ⁊ exturbatis inde oppidanis gandenſes loco imponit. ¶ Oppido burburgo recepto: vnus ex francis ſacroruꝫ contemptor templi foribus effractis: dum diui iohannis argenteum ſimulachrum rapere contendit: ſimulachrum auerſa facie dorſum illi verſat: nec mora ſacrilegus fit mentis inops: atqꝫ in ſemet inſaniens: in ꝓprios artus deſeuit. Ceteri milites hoc euentu exterriti templo abſtinuerunt. ¶ His rebus burburgi confectis: poſtqꝫ rex pariſium remeaſſet: auditis plurimorum querelis qui in britonum ducem ob dimiſſos anglos obloquebantur: rem diſſimulat. Quem perpaucis poſt diebus ſecutus brito: quandam a bello vacationem ab anglis cõceſſam regi renunciat: atqꝫ ita nichil cunctatus in britãniam ſe proripit. ¶ Spe autem pacis cum anglis accepta: Carolus biturigum ducẽ caliſium legat. Quo lencaſtrie dux anglus conuenturus erat. Multoruꝫ dierum hinc atqꝫ inde habita coitio nichil preter interituras inducias importauit. ¶ Per id tẽpus flandrenſis comes ludouicus moritur: cuius ſepulchrum viſitur in templo diui petri inſulani. ¶ Et in aquitania hominũ perditorum qui nouis rebus animũ intendebant nõ parua manus ſancerrum mareſcallũ propter inducias quietũ ⁊ nichil ab hoſte timentem inuadit. Sed ſua cautione (vt prouidus erat) protectus graſſatoribus reſtitit. Nec propterea deſtiterunt predatores: arces vtcũqꝫ poterãt furto atqꝫ inſidijs occupare: admouẽtibus anglis quorum in francos nulla erat ſincera vel federis vel induciarũ fides.

A ruſticis violentia.

Eadeꝫ quoqꝫ tẽpeſtate aruerni adiũctis ſibi lemouicẽſibus atqꝫ pictauis grauiſſimã ſeditionẽ excitarunt. duceꝫ ſibi quendã petrũ brueriũ inſtituẽtes atqꝫ ita ꝑ nequiſſimã licentiã graſſantes: nobilẽ quẽqꝫ: clerum item ⁊ alicuius penſi hominem ſibi obuium ſine miſeratione obtruncabant. Nam deprehenſi forte per viam ſcoti equitis capiti ignitum caſſidẽ imponunt. ¶ Sacerdoti amputa tis digitis:capitis verticem deglubunt:deinde cremant. Religioſum hoſpitalis ordinis per alias procere arbori appenſum ſagittis teliſq; confoſſum necant. Nec modus illis erat vllus ſeuiendi. Pluris inter illos habebatur qui ditiora flagitia committeret. Huius tam deteſtãde inhumanitatis nuntio accepto:biturigum dux q̃ auinioneʒ ſalutandi pontificis cauſa petebat delecto nobilium exercitu in ſeditioſos mouet: quos non difficili prelio multis occiſis multiſq; laqueo ſtrangulatis ſuperauit.

De neapoli

Inter hec ludouicus andegauus qui appulie regnũ: vendicabat:rerum omnium egenus petrum craonum ad vxorem in franciam mittit:pecuniã quam illi diſcedens crediderat accepturus ⁊ ad eum mox perlaturus. Sed perfidus in dominum craonus pecunia accepta ſegniter agẽs laſciuie ſue prius q̃ domino obſecutus eſt. Nã dum per venetos iter facit:ludouicus expeditionis ſue in italiaʒ ſero penitens:animo eger:⁊ fortunarum omnium inops:moritur. Hunc exitum habuit temerarie ⁊ longinque militie belli incautus ductor: quo defuncto quiſq; qui eum ſecutus fuerat miles bacillo contentus vili ſordidoq; habitu domuʒ vix reuiſit.

¶ Sub id tempus biturigum dux ⁊ lencaſtrie prĩceps caliſium conueniunt. Cauſa conuentionis ſpes pacis fuit: que irrita habita eſt: q̃q; plurimas optime pacis leges biturix anglo proponeret. Manifeſtata anglorum aduerſus francos inimicitia quandoquidem carolo conducebat amicitias comparare niuernenſis comes hannonie comitis filiam vxorem duxit:iureiurando pollicente patre partium Caroli fore. Cameraci nupcie facte ſunt Ubi carolus equeſtre certamen quod haſtiludium franci dicunt:exercitationis gratia cum collardo deſpineo non ſine laude habuit.

Nauarri neq̃tia.

¶ Nonduʒ per eos dies nauarri regis inuidens francis animus quieuerat: biturigum burgundumq; ducem veneno tollere cogitans. Itaq; confectum letiferum puluerem iohanni cuidam anglo dat: quam pecunia a nauarro accepta ducibus conferat. Anglus receptum facinus dum exequi parat popinaʒ ducum crebro ingreſſus a cocis deprehenditur:quẽ ſcelus confeſſum lictor capite plectit.

Uan⁹ belli i angliã apparatus.

¶ Inter hec complures ex franca nobilitate quibus dolebat anglos tam frequentibus bellis franciam impetere:de expeditione in angliã ducẽda aſſidue colloquebant̃. Qua re a carolo aĩaduerſa cum florenti etate animoq; excelſo eſſet: de ipſa expeditione conſilium capit. Inuenit facile factu eſſe angliam vinci. Dacos olim ⁊ preterea ſaxones illam occupaſſe:ea conditione gentem eſſe que intra ſuos fines bellum diu ferre non poſſit. ¶ Uno aut ad ſummum ſecũdo prelio vel vinci vel vincere ſolitam: nec vnius hominis principatum longo tempore perpeti: ſuos reges aut necandi aut pellendi conſuetudinem feciſſe. His rationibus perſuaſus carolus bellum anglis indicit. Nauibus vndiq; contractis ingentem claſſem armat. Tam grandibus ceptis cum pecunia queritur:tributum rex inauditum vixq; ferendum exegit. Quã ob rem permulti francia relicta nouas ſedes queſiuere. Claſſe viris armis commeatuq; affatim inſtructa:maximus ille naualis apparatus:non ſecus ac in arente ſtipula crepitans atq; eſtuans ignis euanuit. Nec dubia fama erat:principum culpa id accidiſſe:qui exactam ad expeditionem pecuniam inter ſe corripuerant. Improba ſiquidem auri cupido publica vtilitate neglecta ſui tñ curam habet.

Johãnes viennẽſis in angliam ducit.

Unus tantum iohannes viennenſis amiraldus nauibus ſexaginta inſtructis:ſcotos petere auſus eſt:vt inde belluʒ anglis inferret. Uiſus eſt rex ſcotus iohannis aduentũ moleſte tuliſſe:⁊ quo ad per eũ fieri potuit tranſitus in angliã tardatus eſt. Interim tñ dum delectũ militũ facit:frãcos cõmeatu iuuat. Nã inter anglũ ſcotũq; graues tum belli cauſe erãt. Paratis copijs ſcotus iohãni tria armatorũ milia ex ſuis attribuit. Ingreſſi cũ ſcotorũ manu angliã franci:oĩa hoſtiliter incurſant ⁊ depopulant̃ nullo illis occurrẽte anglo. Atq; ita ad droartũ arcẽ perueniẽtes:eã oppugnare cũ amiraldus decreuiſſet:ſcoti id ne faceret dehortabant̃:ꝑſuaſum ſibi habentes illã inexpugnabilẽ eſſe. At iohãnes loci naturam atq; munitiones diligẽter contemplatus:vnaʒ partẽ animaduertit qua arx expugnari poſſet. Igitur dato oppugnandi ſigno:franci(ſpectãtibus quaſi ꝑ ocium ſcotis)in arcẽ irrũpunt. Ceperunt preterea alias munitiones:donec rex anglus arma in illos deſumpſit: tanto quidem numero vt iohannes paucitate militum inferior cum intelligeret ſcotos remiſſo animo eſſe:in ſcotiam copias reduxit. Ubi femine cuiuſdaʒ regie nobilitatis amoribus captus ammonitus tandem ab ea ſcotia diſcedere: ꝙ ſuſpectum eum rex haberet. Conſcenſa clam naui in franciam ſe contulit.

¶ Perrarum eſt francos aliena in gente gloriam comparaſſe: quam arrogantia vel libido non obſcurauerit. Ex claſſe que ad expeditionem aduerſus anglos fruſtra comparata erat:quota pars in ſcluſe portu ſtationem habebat. Quam incendere per franciſcum attremen humilis conditionis hominem gandenſes inſtituerunt. Quod vbi a ſcluſe prefecto certis indicijs animaduerſum eſt dum autores perquirit:damũ aufugerunt

---

Duodecim tamen deprehenſi capite puniti ſunt. Ubi erat aliquot anglorum preſidium. Fugientes carolus perſecutus damum circũcingit: preter eam partem qua palus eſt. Circumſidenti franco oppidani conuitia dicunt quaſi ad eos ſuperandos imbelles eſſent. Sed poſtq̃ ſe oppugnari circũſpiciunt: mox de deditione conſultant. Atq; interim angli aliquot per paludem ſalutem petere viſi ſunt. Eapropter ad paludis exitum miles poſitus:qui hoſteʒ tranſituri prohiberet. Mox ad muros machinis admotis: ⁊ muri parte delecta: franci locum expugnant. In ea opes permulte precioſeq; inuente. Franciſcus vero qui vrendarum nauium negocium in ſe receperat gandauum ſe recepit.

Scluſa arx francorũ fuit

At rex ad nauium preſidium turrim munitiſſimam apud ſcluſam extruxit. Cum enim a regibus francis ſcluſa tenebatur. Sed eam philippo burgundionum duci cum carolus poſtea dediſſet: illam flamingi comites ab illo tempore hactenus poſſederunt:nõ ſine francorũ damno. Nam cũ edito mediocriter iugo arx munitiſſima ſit in mare longiſſimum ꝓſpectum habens: pelagi illius ⁊ terre flandrie imperium quaſi ſibi arrogaſſe facile credi poteſt. Scio froſſardum ſcripſiſſe ſcluſaʒ priuſq; arce muniretur fuiſſe guillermi de namurco qui philippi burgundi cognatus erat. eamq; a guillermo cõparaſſe:data illi bethunia cum agro adiacenti. Moxq; in colle qui ſcluſe eminet arcem exedificaſſe.

Zelandia.

¶ Eſt pene inſula zelandia quam renus in mare influens efficit. A cuius incolis angli gandenſeſq; plerunq; iuuabantur. Eos rex adoriri iubet Capti occiſiq; ex illis multi fuere. Captiuis aliquot cum mortem carolus remitteret mori maluerunt. Quorũ vnus q̃ tametſi ſanguinis gradu alios contingeret: eos tñ ſupplicio afficere ſi ſaluus euaderet ſe obtulit

Nota.

¶ Itaq; immanis carnifex concaptiuos conſanguineoſq; necauit. Deteſtatus autem rex hominis impietatẽ pari eum pena plecti iubet.

põtificis romani exactõ

¶ Per id tempus ſedente apud auinionem innocentio ſeptimo:qui raram niſi ex francie regno obedientiaʒ erat conſecutus: ⁊ cardinales triginta ordinauerat:q̇bus grandis ſumptus opus eſſet: diui nichaſij remenſis abbate in frãciam miſſo dimidiatã omnium eccleſiarũ parteʒ exigere conabatur. Cui cepto ſcholaſtici achademie pariſienſis reſtiterunt:miſſis ad carolum oratoribus qui pontificis edictum haud equum eſſe perſuaderent. Audita ſcholaſticorum querela:rex exportari regno pecuniam vetat:⁊ eccleſiarum prouentus in tris partes diſtribui iubet. Unam in eccleſiarum inſtaurationem:alterã diſſoluendis earum obligationibus ⁊ debitis. Tertiam quotidianis miniſtrorũ vſibus aſſignauit. Simulq; de his rebus arnoldum corbiuʒ ad pontificẽ legat. Pontifex autem edicti penitens ab exactione deſtitit.

¶ Poſtq̃ ex flandria carolus pariſium remeaſſet brugenſes ⁊ qui ypras incolunt interceſſore iohanne dello aurato equite autores fuere pacis que a carolo gandenſibus tornaci data eſt: philippo burgundorũ duce qui in comitatu flandrie ſucceſſerat:aſſiſtente. Per id tempus rex yſabellaʒ bauari ducis filiam ambianis vxorẽ accepit. Uenerat paucis ſupra diebus ex armenia in franciam turcos deuitans leo armenie rex qui ſollicitiſſime curabat francorũ anglorumq; controuerſiaʒ componere: vt duorum potentiſſimorum regum conciliatione parta: ipſi in turcos expeditionem ducere non recuſarẽt

Armenie rex

¶ Eam ob rem caroli aſſenſu in angliã profectus ita egit: vt de mittendis ex huiuſmodi cauſa oratoribus conueniret. Itaq; caliſium angli:boloniam franci ſe contulerunt. In ea legatione diebus quinquaginta fruſtra conſumptis: cum anglus preter honeſte pacis leges nulla non ſibi arrogaret:diſceſſum eſt. Contrahit ob eam rem Carolus numeroſaʒ claſſem:ſeq; ad anglicanam expeditionem inſtruit:pecunia a clero mutuo accepta:a populo vero ſine modo exacta.

Andegauẽſ ducis ignauia.

¶ Erat carolo ſoror catherina quam biturigum ducis filio deſpondet:cognationis legem pontifice laxante. Paratis apud ſcluſam ad expeditionem nongentis nauibus:cunctãti attrebati carolo:prefecti claſſis ſignificant tempus nauigationi accommodum eſſe. ¶ Qui ducis biturigum moram cauſatus: tandem ducem qui pariſij delitijs operam dabat: accerſiri iubet. At ille carolum litteris admonet:vitam in tuto ⁊ ſine triſti ſollicitudine agere:nec in angliam traijcere feſtinet. Uenit tamen ad Carolum dux nõ ſecus ac ludens:ne in ſe militũ odium converteret. At cum ſcluſam veniſſet:ſimulat quidem traijcere in angliam. Sed pigre iocularitérq; omnia agens:ortis tandem grauibus procellis expeditionem diſſuaſit. Dimiſſa claſſe:cum omni belli inſtrumento:ea omnia in anglorum poteſtatem venere. Credidit patrueli nepos:⁊ quam incredibili impenſa claſſem militemq; contraxerat repente dimittit nulla publice vtilitatis ratione habita. Pleriq; enim rerum adminiſtrationem pro ludo prĩcipes habent. et quanti ſue libidines conſtent non conſiderant: quod euenire iis ſolet: quibus populi marſupia erarium ſunt. ¶ Fuit nimirum huius claſſis non facile ſupputanda impenſa. Quippe ingẽtem commeatum cum ſupra modum haberet:naues quoq; ipſe varijs

Nauarri regis mors.

picturis decorate erant. Et auro mali ornabant: ita vt certarent proceres: q̄s ditiore naui veheretur. Milites vero ⁊ numero nauiū ⁊ tanto apparatu exultantes atqꝫ iactabundi: angliā iamiam victam deſolatamqꝫ eſſe inter ſeſe gloriabant. ¶ Eiſdē diebus regina filiuꝫ enixa eſt Cui patris nomen indituꝫ: quem immatura mors abſtulit. Fato quoqꝫ ſuo functus eſt nauarrus rex Carolus euētu admiratione digno. Cū longe ſenex eſſet: ⁊ calore defectus: lintheo illum inſuendum ⁊ aqua que viua dicit᷑ perfundendum quidam ſuaſerunt. Eā enim aquā efficacem calefaciendi vim habere conſtans opinio eſt. Hoc ſuendi miniſterium duꝫ ſutor noctu exequitur: filū (eius abrupendi cauſa) ad lucernam admouens: exceptam filo flammā: ad lintheum priuſqꝫ aīaduerteret ſutor raptim delabi videt. Nec mora lintheū omne ſubito exurit miſerabiliter vociferante nauarro. Qui die tertio poſt continuo dolore maceratus extinctus eſt: pleriſqꝫ conſtanter affirmātibus: diuinam eſſe iram que perfidū regem digna ſuis ſceleribus pena cruciaſſet. ¶ Fuit eodem tēpore nauale aduerſus anglos bellum: qui duce hugone diſpenſario nauibus amiſſis: a francis ſuꝑati ſunt: hugone capto. ¶ Per eam tempeſtatem duo ex familia petri alenconij ducis proceres iaquetus griſus: ⁊ iohannes carongius ſingulari certamine pariſij dimicarunt. Dimicandi hec cauſa fuit. Erat iohannes eques multa cognoſcendi auidus: ob id incidit illi animus aliquorſuꝫ peregrinādi. Relicta igitur argētolij in perſico vxore: vt cōſtituerat abijt. Iaquetus autē griſus vel ꝙ mulierem que formoſa erat amabat: vel ꝙ iohanni nocuiſſe aliquando gauderet: diluculo ſurgens argentolium mira feſtinatione cōtendit. vbi liberaliter exceptus: dicit vidende arcis cauſa adueniſſe quaꝫ longe ſpecioſam eſſe acceperat. Iohannis vxor amicū viro ſuo hominem reſerato oſtio in arcem ſola intromittit. At griſus ſolitudine loci audacior factus: renitentem feminā ſtuprauit. ſtatimqꝫ libidine expleta abeunti griſo: tu inquit vxor fediſſime adulter ſtupri penas aliquādo lues Flagitiuꝫ autē in aduentū mariti celauit mulier. Cui tandē reuerſo iaqueti violentiā merēs detexit. Qua re turbatus iohannes: aſſumptis ſecū aliquot ex ſuis ⁊ vxoris amicis ad ducem alenconium rem omnem defert. petitqꝫ aut adulteruꝫ corripi: aut in certamen deſcendere pugne ſortem experturus. Id vbi dux non admittit ad regiuꝫ parlamentū querelā rettulit. Diē certamini ſenatus edicit. Carolus rex ex edito ſolio duellum ſpectauit. Venerat quoqꝫ iohānis vxor curru vecta. Ad quam vir accedēs: Tu inquit mulier vnica teſtis ades illati in te ſtupri: cuius gratia duellum hoc ipſe aſſumo. Dic palam: ſi iuſte depugnare adulterum aggredior. Mi vir ait vxor: mee in te fidei ſecurus accede: nichil tibi mentita ſuꝫ. Ad hec verba oſculo vxori dato carongius in duellum procedit. Qui equeſtri cōgreſſu mox in femore vulneratus: nec propterea ſegnior factus: in pedes deſiliens adulterum humo proſternit atqꝫ occidit Quem carnifex ad patibulum tractum ſublime illaqueat. Carongium autem mille francis: ⁊ annuo ducentorum francorum ſtipendio carolus donat. Hac ſorte interijt fedus adulter. ¶ At britonum dux iohannes de monteforti accepto Cliſſonum coneſtabilem contrahendi nauigij cauſa in britanniam aduenire eum ad prandiū inuitatū remotis epulis in vincula cōijci mādat: neqꝫ exemit donec ea q̄ in britānia cliſſonus loca habebat: eius p̄tati ꝓmiſerit ſolutis inſuꝑ centū francorū milibus. Oderat eñ cliſſonū dux ob id maxime ꝙ iohannē britānicū caroli bleſeñ. filiū ex anglia vbi annos q̄nqꝫ ⁊ triginta patris loco obſes extiterat liberauit: eiqꝫ filiam deſpōſarat. Cuius gratia timebat dux iohannē britānie ducatū quem eius pater amiſerat aliqñ armis vendicaturū. Inde liberati cliſſoni vultū dux intuitus: hec inq̄t cliſſoni dimiſſio michi patrieqꝫ olim dāni nō nichil importabit. Poſtqꝫ ducis in cliſſonū dolos ꝑfidiāqꝫ carolus accepit: ad eū mittit q̇ illū in iudiciū aureliā vocēt. Die cōſtituto nō adueniente duce: cliſſonus ad regis genua procūbens: cōtumaciā inq̄t iniquiſſimi ducis rex iuſtiſſime nō ignoras. Tuū eſt michi iniuriā paſſo iuſticiā accōmodes. Ecce ducē ad ſingulare certamen appello. ⁊ hec dicēs pignus duelli exhibet. Vbi hec a cliſſono dicta geſtaqꝫ dux cognouit: veritus ne inſtigante cliſſono Carolus bellū aduerſus eū ſuſciperet: ꝑ nuncios carolum orat: ne ſibi ſuccenſeat: ꝙ aureliā vocatus nō affuerit. Fuiſſe arduis tū negocijs occupatum. Iam vero ociū eſſe: ſi ꝑ regis voluntatē liceat: bleſas aduētare. Ibiqꝫ corā regijs legatis purgatum ſe facere de ijs q̄ regi ab aduerſario delata eſſent. Cōtinuit diu carolus rīſum. Deniqꝫ placuit patrueles ſuos biturigū ⁊ burgundie duces bleſas mittere. Poſtqꝫ conuenere: britonem arguūt eorū q̄ in cliſſonū cōmiſiſſet. Nullā illi gratiā dari poſſe: niſi ad regē concederet Nō dubitauit brito ducū preſentia atqꝫ auctoritate fretus regē adire. Corā poſitū cliſſonus magnopere accuſat: ꝙ ſe regio magiſtratu illuſtrē: ⁊ reipublice cauſa ī britānia ex regis iuſſu agentem: per ſimulatam beniuolentiam: ad epulas inuitatū comprehenderit: tandiu in dura

---

cuſtodia habitum donec arces ⁊ q̄ ſua erant eius poteſtati dimiſiſſet. q̇ anglo hoſti amicus ⁊ fautor habebatur: iuſtū eſſe: aut illū duelli pignus recipere: aut penas ſubire debitas ꝓditori. Ad hunc modū excandentē ira cliſſonū duces ad modeſtiā reduxerūt. Nā in cōi regis cōſilio cauſaꝫ agi ⁊ prudentū ſententia eā diffiniri cliſſonus acquieuit. Acta cauſa eſt ab vtraqꝫ parte magno certamine. Demū dicente ius cancellario dux arces rupis ariane: ⁊ loſſelini cuꝫ tota ablata inde ſuppellectili cliſſono reſtituere dānatus eſt centū miliū francorū pena adiecta. ¶ Per hāc tempeſtatem iohānes monteſonus ordinis diui dñici: theologus magni nominis doctor: ad populū de diue marie virginis puritate contionatus: eā originali contaminatione relique humane ꝓpaginis inſtar fuiſſe infectā diſſeruit. Quē alter eiuſdē ordinis theologus imitatus: cū rothomagi de re ipſa ſermoneꝫ haberet. Ego inquit niſi palā oſtendero chriſti matrē paterne originis labeꝫ dū conciperet: contraxiſſe: huetus appellari non recuſo. Eſt eñ id apud frācos nomen ridiculū. Eaꝫ ob rem diu in conſuetudine fuit: vt eius ordinis fratres hueti a pueris paſſim vocarent. Diſcuſſa in preſentia pōtificis innocētij. vij. veritate: ꝓcurante maxime pariſieñ. ſchola: monteſonus pariſiū redire: ⁊ q̄ de virgine temere predicauerat retractare cōpellitur. ¶ Erat in lemouicibus anglus nigrū caput appellatus: q̄ ex arce chaluceto incurſiones crebro faciens aruernos vexabat. Hic quadringētis delectis militibꝰ contractis monferrandū noctu ducit: ſciens oppidum nullo preſidio teneri. Ibi per obſcurū noctis poſitis q̄ꝓxime muros inſidijs: aliquot equites ſimulare ſe mercatores docet. ⁊ cū oneratis iumentis ſub initio lucis monferrandū proficiſci. Itaqꝫ milites vt iuſſi erant ad pōtem q̇ ante portā eſt progreſſi: patefieri ſibi aditum orant. Ianitores nichil de inſidijs cōſcij ponte demiſſo pſeudo mercatores in ſuā perniciē admittunt. Nā porta occupata: milites diſtrictis mox gladijs eos necauerunt Nec mora q̇ in inſidijs erant oppidū inuadūt oīa in mortemqꝫ in predā conuertētes. Ea re ad ſancerrū mareſcallū q̇ tum in aruernia agebat ꝑlata dum illū copias monferrandū mouere hoſtis accepit. Curribus preda raptim impoſita ⁊ captiuis abductis: chalucetū ꝓpere remeauit. ¶ Venerat in curiā eo tp̄e anachorita quidā portās ī dextera rubrā crucē: vir auſtere ⁊ religioſe cōuerſatōis. Hic regē affari cū peteret: ab aulicis ſepenūero prohibitus eſt: verentibus ne vel dolo regē circūueniret: vel reuera ſpecie aliqua ſanctitatis regium aīm aliorſum traduceret. Perſeueranter tū agens ad regem introducitur. Cui ſe deſuꝑ admonitū eſſe dicit: vt illum de vectigalibus tributiſqꝫ annuis tollendis conueniret. Ni faciat: dei iram in proximo eſſe: q̇ renitentē puniret. Sed neqꝫ liberos vllos habiturum. Tunc enim temporis regina cū filiam genuiſſet: ea vita deceſſerat. His anachorite cōminationibus rex paululuꝫ perterritus: vectigalia demere cogitauit. Sed vtroqꝫ patruele biturige dico atqꝫ burgundo dehortātibus cogitatis abſtinuit. ¶ Scribūt hyſtorici gheldrie ducē nullis interuenientibus cauſis ad bellum prouocaſſe. Idcirco carolum in ducē mouiſſe quem agripinenſis archipreſul: ⁊ iuliaci dux a temeritate reſipiſcentem regi conciliauerunt ¶ Remis deinde conuētu habito: quandoquidē rex adoleuiſſet haberetqꝫ etatis ⁊ prudentie ſatis: vt regnū ſine alterius tutela adminiſtraret: viſum eſt conſilij aſſeſſoribus ex reipublice commodo fore: ſi vno principe regnū gubernaretur. Igitur ad carolum oīa relata ſunt ⁊ patruelibus regimē īterdictū. Egit tū illis gratias carolus: ꝙ eius negocia bene geſſiſſent precatuſqꝫ eos eſt fidi in eū poſtea ꝑmanerēt. Illi magnis a nepote rege donati muneribus: carolo valedicentes: alter in linguā occitanā cuius adminiſtrationē gerebat: alter in burgundiā profectus eſt. ¶ Rex vero pariſios petens veteres regni inſtitutiones recenſere iubet. Recēſitas precipit obſeruare. Inter eas inſtitutiones (carolo ex flandria vt ſupradictū eſt reuertente) mercatorū prepoſito ſcabiniſqꝫ pariſianis: ciuitatis adminiſtratione fuerat interdictuꝫ: et pretori vtraqꝫ gubernacula aſſignata. Queꝫ magiſtratū cum iohannes foleuillus homo ſine controuerſia eruditus ⁊ iuſtus geſſiſſet: nō inſcius quāte ſollicitudinis erat vtriqꝫ officio inſeruire: regē adit curas enarrans q̄ bino magiſtratui incūberent. Alteri vix ſe ſatis eſſe poſſe. Orare vt vno ſe abdicare poſſit. Deputatur in eius locū iohannes iuuenellus inter parlamēteos aduocatos boni noīs ⁊ probitatis vir. Quē non prepoſitū ſed cuſtodē prefecture mercatorum rex appellare inſtituit. Quo noīe pariſianus preſes etiā nūc appellatur. Hic iuuenellus patre iuuenello de vrſinis natus: ex vrſinorū nobili in latio familia genus duxit. Quē neapolinus mettenſiū ep̄s eius frater in galliā: ꝙ ſtrennuus ⁊ belli ſciens eques eſſet: illexerat Qui aduerſus anglos preclara militie opera geſſit. Deinde quieſcente paulo a bellis francia: arma in turcos tulit. Ibiqꝫ glorioſa morte interijt. Iohānes autem iuuenellus cuſtodia prepoſiture accepta: cuꝫ pariſiorū libertates ⁊ priuilegia imminuta comperiſſet: rothomagēſes

De btē marie cōceptione cōtra predicatores

Nota militarē aſtutiam

Admonitio de vectigalibus tollēdis

Nota de pretura pariſiēſi

impꝛimis in iudiciū adduxit. Atq; ita redintegrata pꝛioꝛe libertate: flumina quoq; ſublatis impedimentis nauigabilia fecit. Extruxerant em̄ pleriq; in materna amne molendina q̄ alueum anguſtioꝛē ad naues deducēdas efficiebāt. Hos iuuenellus deiecit: cōpenſatione poſſeſſoꝛibus facta. ¶ Duʒ hec geruntur clemēs pontifex carolū per litteras oꝛat ad ſe auinionē venire: vt de neapolitanis rebus vna conſulerent. Cui ſe id curaturū carolus reſpondit.

cōtra ſuꝑfluas largitōes regum

Huius ad pontificē ꝓfectionis cauſa Rex tributa exactioneſq; auxit: clerū ſine modo premens Nā cū plus iuſto liberaliſſimus ipſe ꝓfuſiſſimuſq; donatoꝛ natura eſſet: nulla illi ꝓfundēde pecunie ratio inerat: ita vt q̄ ratiociniorū magiſtratus gerebant: veniētibus ad ſe fiſci ⁊ publice pecunie queſtoꝛibus: dū indiſcretas largitiones libris annotatas ꝓdunt: hec margini verba addebant. Nimis accepit: recuperetur. ¶ Et ſpes quidē populo fuit leuande immoderate exactionis ꝑ regine aduētum: q̄ tum coronanda pariſij erat. Sed ab ambitioſiſſimis ⁊ preter menſurā largitoribus: tributi remiſſionē fruſtra expectes. Non. em̄ tantū non diminutuʒ vectigal eſt: ſed ſali maius adiectū. Et patris monetā nullo illi inſtituto precio carolus ſuſtulit: ⁊ nouā magno populi diſpendio cudit. Deinde auinionem profectus clementem reuerenter adijt. Apud quem aliquot dies communicato conſilio: cum Ludouicum regni ſicilie dyademate pontifex decoraſſet: Carolus in linguam occitanam venit. Cui per tholoſates iter facienti fuxi comes apud meſieraʒ que prima eſt fuxenſium ciuitas: fidelitatis ſacramenta preſtitit: ⁊ qꝛ ſine liberis erat: heredē comes carolū inſcripſit.

Filij in patrē dolus.

Fuerat autem comiti filius quē ex nauarri regis ſoroꝛe ſuſceperat. Hic poſtq̄ adoleuit: patri detrahere cepit: propterea ꝙ parce atq; illiberaliter eū vt ipſe cauſabat̄ haberet. Accedebat ad indignationē ꝙ eius mater comitis ſeuitiā intuens e nauarria quo ſe cōtulerat ad vicū redire formidabat. Quare ad auunculum in nauarrū ꝑfugiēs: cōſultore nauarro: patri venenū parat: nō quidē vt auūculus dicebat letiferū: ſed qđ patris cibo admixtū diſſidentē mariti aīm vxori recōciliaret: atq; ita domum reuerſus: dum preter morē popinam ingreditur: venenatos pulueres cibis inſparſurus vaſculū vbi virus condiderat illi excidit. Quod receptū vnus ex comitis miſtris medicine ꝓfeſſoribus exhibet: q̄ mox id mortiferū eſſe iudicantes: filiū patri deferunt. Deprehenſus filius crimen venenū ⁊ veneni auctores non celat. Quē capite dānatū ꝑ tortorē necare pater iubet. Ex hmōi cauſa orbus liberis comes in regē queq; poſſidebat teſtamenti lege tranſtulit.

¶ Reuerſo in franciā rege cū de biturige duce frequētes nuncij ad eū venirent auaricie illum accuſantes: eximere ducē a lingue occitane gubernaculo nō tardat: miſſo tholoſam petro capreſo nobili equite q̄ magiſtratu amotū duceʒ populo ſignificet.

Genuēſes aduerſus mauros opem petunt

¶ Suaſus preterea a genuenſibus carolus ſuppetias aduerſus mauros illis dare pollicet̄. Eam expeditioneʒ borbonij dux libens excepit. Qui preter pedites contractis mille quīgentis eq̄tibus tāto diligētius ꝓfectus eſt: ꝙ̄to ad ciuilē quandā diſcordiā frācos principes inclinare cognoſcebat. Sub duce militauerūt haricurie comes: admiraldus viennenſis: cōciacus: ⁊ alij cōplures magni generis hoīes. Quibus ſe ex anglia veniens comes darbius coniunxit. ¶ Incidit ꝑ idē tꝑs iohāni caſtelle regi bellū aduerſus portugallie regē: ⁊ ducē lencaſtrie. Quāobrem borbonius a carolo in caſtellā cū exercitu mittit̄ q̄ iohanni ſuppetias ferat. Qui borbonius auinionē primū vt pōtifici gratularet̄: deīn ꝑ narbonēſeʒ ꝓuinciā: barchinonā ꝓfectus ē. vbi yolanta barrēſis aragonū regina cū ſuo viro rege agebat. Itaq; tā lōgis itineribus in caſtellā venit vt poſt bellum aduenerit: Frācis em̄ fere mos eſt citū auxiliū prōptūq; polliceri: facto tardos eſſe. Borboniū tn̄ iohannes letiſſime honorificeq; excepit.

Florentini.

¶ Florētinus ꝑ id tꝑs opē aduerſus mediolanenſiū ducē petētibus: ſeq; caroli poteſtati dedētibus rn̄ſum eſt: Inter regē ducēq; amicitiam eſſe quā (nō intercedēte iuſta cauſa) diſſoluere indecorū extitiſſet. At ſi mediolanēſis iniurias illis facere pergat: ſubſidiū ſe miſſurū carolus dixit. Expectatione ſua fruſtrati florētini: ad armygniacū comitē ſe cōtulerūt: eadē q̄ a carolo poſtulātes. Armigniacus tametſi poſtulata primū recuſaret: ſibi tn̄ viſuʒ eſt vtile reipublice fore: ſi militū ꝑ franciā palantiū multitudinē in lōginquā militiā duceret. Collecta igitur valida manu florentinis auxiliari cōſtituit. Superatis alpibus: alexādriaʒ mediolanenſis ditionis ciuitatē obſidet. Ubi audito comitis aduentu dux preſidiū poſuerat. Et in inſidijs alterā armatorū turmā non procul ab alexandria eſſe iperauit. Circūſedente vrbē comite: inſidiatores quoſdā ex ſuis leuis armature laceſſitū obſidētes alexādrini mittūt. In quos emiſſi armygniaci milites aliquot: dū longius eos perſequunt̄ hoſtis ex inſidijs prodit. Quod vbi aīaduertit comes: laborātibus ſuis dum ſuccurrit: alexādrini eruptiōe facta comitē inter ſe atq; inſidiantes circūuentū intercipiūt. Multis occiſis ipſe octo vulneribus acceptis nō m̄lto poſt: clamās in manus tuas dn̄e

---

commendo ſpiritū meū: aīam efflauit. Scribit froſſardus comitē ſudore inter preliandū eſtuantem in aluetū proximū receſſiſſe: vbi dū ex riuo fluētis aque largius bibit voce defeciſſe: atq; ita ab hoſte fuiſſe captū. ¶ De leproſis ꝑ eoſdē dies puteos iterū veneno contaminare conſpirantibus ſupplicīū ſumptū eſt. ¶ Et cū vectigaliū aut tributorū nullus eſſet modus: oīa per franciā in rixa ⁊ contētione gerebantur. Et quod inexplebiliter tollebat̄: nō in cōem vſuʒ ſed in priuatorū quorundā auidiſſimā auariciam veniebat. Quāobrem nulli non aīo coniectabant q̄ ſupuenerūt incōmoda. Augebant preterea timorē inaudite ꝑ illos dies celi tēpeſtates: ⁊ magna ventorū vi agitati in mari fluctus: q̄ in littora piſces euomebant. Auulſe quoq; magne craſſitudinis arbores: ⁊ per aera loco tranſlate mentes humanas territabant. ¶ Inter hec cum aurelianenſis ducatus ad carolum mortuo philippo perueniſſet: eum ludouico fratri ſuo aſſignauit ꝙ̄q; ciuibus iureiurando ſe adegiſſet: ducatū ſibi ſeruaturum: ⁊ regno ꝑpetua poſſeſſione coniuncturum. ¶ Obeunte eodem tempore mortem dum manus abluit gaſtone fuxi comite: ꝙ̄uis heredē ſibi carolum teſtamento inſtituiſſet: ad quendā tn̄ comitis nothum excelſi animi virum hereditas cū tota ſupellectili rege aſſentiente venit. Qui fide carolo preſtita comes appellatus eſt. Paulo ſupra hos dies vantadorū in lemouicibus admodū munitiſſimū caſtrum a biturigū duce recipitur. Id em̄ cū gaufridus teſtanorus lōgo tꝑe occupaſſet duobus ſuis nepotibus alano ⁊ petro moriens reliquit. Qui frequenter a guillermo bontilierio ⁊ iohāne bolonanſo vexati ſimulant ſe caſtrum relicturos ſi milia francorū decēeis ſoluerētur. Quod poſtq̄ dux guillermo referente cognouit: nūmos protenus adnumerat guillermus adhortatus a fraude caueat. Accepta pecunia alano guillermus ſignificat ſe cuʒ pecunia aduenire. Eſt in caſtro turris fortiſſima in qua alanus triginta ex ſuis armatos locauerat vt venientes francos ſimul cuʒ pecunia interciperet. At guillermus doli prouidus partem bonā ſuorū in inſidijs nō longe a caſtro ſtatuēs: cū aliquot armatis caſtrū ingreſſus portam aſſeruare iubet: ⁊ turrim que clauſa erat ſibi reſerari petit: alioquin pecuniā non ſe ſoluturū. Id poſtq̄ alanus diu recuſat: vbi vim ſibi afferri timet claues dat. Patēte in turrē aditu: ijs qui intus latebant ſi arma ponant vita ſalua promittitur. Qua conditione accepta inermes omnes ꝓdeunt captiui effecti. Alanus autem ⁊ petrus ad biturigem primum: deinde ad regem perducti capite puniunt̄. Huiuſmodi dolo dolus iprobi hoſtis retuſus eſt. ¶ Sʒ ad britonū ducē iterū narratio noſtra conuertat̄: qui ꝑ oīa ꝑfidus ⁊ contumax: parlamēteo edicto (quod de cliſſoni iniurijs vt ſupra diximus latū erat) parere contēnebat. Nec carolo (ꝙ̄q; frequēter admonitus) gerebat morē. Unde incandeſcēs cliſſonus acerrimū duci bellū infert. dānis ꝙ̄plurimis britones afficiens. Ne vero tanta odia latius ſe proferrent: Carolus biturigem ducē cū aliquot iurecōſultis ad britonē legat. Qui hoīem inducant ne monetā aureaʒ vt ceperat cudat: quod ei nō licere ſecundū regū ꝯſtitutōes ipſe nō ignoraret. Pareret preterea parlamēteo decreto quatenus ad cliſſoni cauſaʒ attinebat: ⁊ ea reſtitueret q̄ vi a cliſſono extorſiſſet: bello quoq; abſtineret. His ab oratoribus expoſitis: ꝓceres q̄ conſilio aderant: regē iuſta petere arbitrati: ducē orant mādatis obtēperet. Ille duratus aīo aurē recta ſuadētibus auertebat: diſcedenſq; domū. Et ego inq̄t iſtos oratores in vincula conijciā. Erat cū eo petrꝰ nauarrus vxoris ducis frater. Qui ducis temeritatē intelligēs: ſororē illico orat viri ferociaʒ cōpeſcat. Dehorteturq; legatis iniuriā facere: q̄ in eius ꝑniciē facile redūdet. Benigna mulier audito fratre ducē adit liberos ſecū ducēs. Quorū cōſpectu ⁊ vxoris prudētia manſuetior factus: morē inq̄t o vxor tibi gerā. Cōuenientibus poſtera die in eccl'ia ducibꝰ: brito ſe ad regē nō multo poſt ꝓfecturū rn̄dit. Eo rn̄ſo cōtentus biturix: dimiſſo duce in franciā reuerſus ē. Brito aūt magno apparatu paucis interiectis diebus vt ꝓmiſerat ad regē venit. Multis ꝑ eū ad excuſandū ꝓpalatis: rex decernit: ea oīa expleri a duce oportere: q̄ parlamētei iudices diffiniſſent. Id ita ſe facturos brito cliſſonuſq; ꝓmittētes: a rege dimiſſi ſunt. ¶ Natꝰ eſt ſub his diebꝰ regi filiꝰ carolus quē ſeptimū etas nr̄a appellauit. ¶ Et richardus āglus rex pacē ſimulās leucaſtrie ducē pariſiū ad carolū mittit. Auditꝰ eſt in cōuētu regio āglus q̄ pecuniā richardo diſſolui: q̄ pro iohānis regis redēptione reſtabat: aquitaniā inſuꝑ oēʒ aureliano tenus reſtitui petebac. Hec ſi abſoluant̄: pacē in prōptu eē q̄ ꝑpetuo firma haberet̄. His ad īſequentē modū rn̄ſum ē. Reddat rex āglus iohānē regē: obſideſq; q̄ ſua culpa in āglia mortui perierūt. Cōpēſet inſuꝑ dāna ꝑdaſq; a ſuis poſt fedꝰ initū ꝑ frāciā factas. quo federe richardus militē oēʒ ſuū ad ſe reuocare ꝓmiſerat. Pro his detrimētis carolū petere trigeſies centum milia nūmū aureorū. His ſi ſatis richardus faceret: regē ducis poſtulatis rn̄ſurū. Lencaſtrie dux hec q̄ accepiſſet ſuo regi relaturū dixit. Inter ludouici aurelianorū ducis aulicos multum autoritatis habebat petrus craonus clarus et potens eques. Qui fama q̄ de ludouico circunferebat adductus(Magie ſiquidē ⁊ ſortilegiorū ſtudio ducē teneri pleriqꝫ inſimulabant)rem ſuo principi prodit. Ea re indignatus ludouicus: ꝙ craonū id de ſe indiciū facere arbitraret̄:eū domo emittit. Ratus itaqꝫ craonus tā inſignē(ꝓcurante cliſſono)ignominiā accepiſſe(erat eñ inter illos vetus ſimultas)apertā in cliſſonū irā vertit. Nā die feſto chriſti euchariſtie:reuertentē a rege cliſſonum craoni ſatellites equo deijciūt:occidiſſentqꝫ niſi in ꝓximā domū(tribus per nates acceptis vulneribus)ſe proripuiſſet. Dilapſi fuga ſatellites apprehendi preter tris non potuerūt. Qui iudiciū capitis ſubiere. Craono dies dictus cū eſſet neqꝫ compareret:exilio damnatus eſt:⁊ bona eius publicata. Edes enim quas non longe a templo diui iohannis in grauia habebat ſpecioſas amplaſqꝫ diruere rex iubet:⁊ in fundo ſepulturā fieri parrochianorū. Ipſe vero ad britonū ducē qui ꝯſcius illi erat ꝓfugit. Que res carolo indigniſſima viſa eſt. Accedebat ad indignationē ꝙ cliſſono ſecundū parlamēti ſententia dux non ſatiſfeciſſet. His regis aīm aſperantibus:cōſilio cū ſuis capto:arma carolus parat. patrueleſqꝫ ſuos biturigū ⁊ burgundionū duces accerſit:cauſam indicans belli in britonem ſuſcepti. Illi repentinū motū admirati egre ferūt:ꝙ ipſis abſentibus tā difficilē expeditionem conſulere quis auſus eſſet. Idqꝫ in cliſſonū riuertūqꝫ ⁊ nouiantū imprimis referebāt qui reuera tū imperitabant:deducentes regē quocūqꝫ libuiſſet. Cliſſonū ingentes opes inuiſum ducibus faciebāt. Nam cū ex vulnere accepto mori ſe iudicaret: teſtamēto cognitum eſt decē ⁊ ſeptingenta francorū milia heredibus relinq̄re. Mirati ergo duces vnde hec ſibi niſi ex preda cliſſonus cōparaſſet. Hanc ob rem regij conſultores optimis q̄buſqꝫ cū graues ⁊ infenſi haberentur: Carolū ad ſanctū germanū de laya relicta pariſio educunt: rati ſilueſtri loco liberius q̄vellent actitare.

Scholaſtici pariſienſes

Scholaſtici nichilominus pariſiaci ſtudij quorū priuilegijs crebro derogabat̄: miſſo cū prudentibus ſue cōitatis rectore: ad ſanctū germanū cū ꝑueniſſent cancellariū orant dari ſibi aditū ad regē: mandatū illis eſſe que neceſſario patefaciant regie maieſtati. Hec cū ſepenumero fruſtra poſtulaſſent:tandē cancellarius reſpōdit: Arduis ꝓ re publica negocijs regē diſtineri. Ceterū de eorū priuilegijs non neceſſe eſſe anxiā gerere ſollicitudinem:q̄nquidē regi cure erat ſtudij libertas ⁊ quies. Atqꝫ ita nichil preter ſummā indignationē reportantes oratores domū reuerterunt.

Carolꝰ ad cenomanos ꝑgit.

¶ Non poſthabebat carolus in britones expeditionē:idcirco principio eſtatis cenomanos p̄tere copias iubet. Cuius cognito aduentu: ſimulator beniuolentie brito:mox ad eū oratores legat. mirari ſe dicens:ꝙ armis inſtructus ad ſe veniret: nichil rebellionis in eo eſſe:ciuitates caſtra arces gentēqꝫ britonū mandatis paritură. Illū regē ſe ſubditū eſſe. Erat tū carolo mens nō admodū ſana: ita vt male coherentibus verbis febricula vexatus interdū loqueret̄. Nullo igit̄ dato britonis nuncijs reſponſo:cōfeſtim in liberū campū paucis comitātibus egreſſus:dū per ſiluā q̄ cenomānſe ꝓxima eſt procedit: obuiū habet pannoſum hoīem mēdico ſimilē. Qui carolū intuitus:quo inquit o rex ꝓgrederis? Caue vltra pergas proditus es. Et in poteſtatē hoſtis te traditurī ſunt domeſtici tui. Ad hanc viliſſimi hoīs vocem: Carolus cogitabundus ⁊ triſti ſimilis muſſitare cepit. Regē ſequebant̄ adoleſcētes duo ferētes lanceā alter caſſidē. Qui lanceā geſtabat dormitans forte lanceā in caſſidē ſubſequentis procidere permiſit. Quo tinnitu ꝑterritus rex furia mox actus nō ſecus ac in hoſtē incidiſſet diſtricto gladio obuios quoſqꝫ ꝑcutiens quattuor interemit. Cōfeſtim igitur cōprehenſus:ad diuerſoriū perducitur:vbi mortuo non impar diu decubuit:iudicantibus medicis eū interijſſe. Uotis tñ ⁊ pijs cleri plebiſqꝫ ſupplicationibus deo religioſiſſime exhibitis: paululū reſpirauit:⁊ pariſiū reuerſus eſt. Atqꝫ ita cuꝫ non ſatis bona valitudine eſſet:patrueles eius duces biturix ⁊ burgundus rerū adminiſtrationem ſibi vindicarunt:ꝓſequentes nouiantū q̄ regij erarij cuſtodiā longo tp̄e habuiſſet. Ingrediens eñ burgundus regis palatiū:nouiantū offendit:eūqꝫ noīe appellans: Opus inq̄t michi eſt pecunia. Tu centū milia francorū michi ex regis opibus exprome. Nouiantus reſpondit ſe pecunie dn̄m nō eſſe:ſed ſi ita regi collibuiſſet:libēter deprompturū. Ergo inquit burgundus moreꝫ michi gerere negas? Tue illiberalitatis te ꝓpe diē penitebit. Hinc ſumpta occaſione. nouiātus atqꝫ riuerius poſt aliquot dierū carcerē regia domo:⁊ cōſione abſtinere iuſſi ſunt. Cliſſonus coneſtabilatu amotus Comite philippo duēſi in eius locū ſuffecto

¶ Per eos dies male habenti regi aliquid ſemꝑ ludi iocorūqꝫ(triſtitie leuande cauſa)excogitabatur. In edibus q̄ blanche regine in ſuburbio diui marcelli erant huiuſmodi ludi nō ſine quorundā exitio facti ſunt. Aliquot non vltime nobilitatis aulici(Inter quos ipſe carolus fuit)villoſas ſibi ex tenuiſſimo lino veſtes conficiunt:quas ad nudam cutē pice ſibi agglutinantes:et quo fulgentiores eſſent pinguitudinis aliquid cōmiſcentes/ſilueſtriū hoīm ſpeciē non inepte repreſentabant. Nihil eñ de omni corpore preter faciē illis apparebat: quippe q̄ vndiqꝫ pendente inſtar villorū lino tecti erant. Igitur ad hūc modū ꝑſonati:cenaculū facibꝰ(quia nox erat)accenſis.ingreſſi:cū choreas agunt flāma(caſu ne an cuiuſpiam dolo incertū eſt)in ꝑſonatorū veſtes incidens oēs momēto cruciauit. Inter nobiles feminas que ludos ſpectabant vna aderat que ampliſſima qua induta erat chlamide regē complexa incendium reſtinxit:reliquis vel aduſtis:vel in puteos/vel in fluentū ſe precipitantibus. Nec cōpertum eſt cuius culpa tantū flagitiū acciderit. In ſolas regine edes vltio proceſſit que ſolo tenus equate ſunt.

Decima pro neapoli recuperanda.

¶ Eodem tempore regi ſicilie neapolitanū regnū repetenti Clemens pontifex romanus decimā in clerū impartiuit. A cuius exactoribus q̄q̄ Pariſienſis ſchola prouocaſſet:ſe tamē a tributo eximere nō potuit. ¶ De copijs vero militū que ſeſe in turmas quas ſocietates vocabant rapina viuentes cōſtitutum eſt:vt bouſſicaudus mareſcallus partem in aquitaniam abduceret:pars comiti ſancti pauli attribueretur ad bellū quod apud lucēburgum aduerſus bohemorū regem geſturus erat:qui cū oberatus comiti eſſet/debitum diſſoluere recuſabat. ¶ Interea cōuentus principū francie atqꝫ anglie apud abbatiſuillam habitus aliquid ſperate pacis attulit ita vt eius cōfirmande gratia cū Carolus abbatiſuillā. anglus vero caliſium petijſſet. carolū ſolita furia corripuit. propterea re infecta diſceſſum eſt.

¶ Recepit in gratiam per id tempus cliſſonū biturix dux. At cum inter aulicos varie factiones eſſent:pro ſua modeſtia iuuenellus mercatorū prepoſiture cuſtos occurrebat:odientibꝰ eum multis:quos in alteram partem nouarū rerū ſpes abducebat:nec ab illorū mente Philippus burgundus abhorrere putabatur. Itaqꝫ ex burgundia delatores prodiere: qui iuuenellum multis criminibus accuſarunt. De quibus burgundionū dux inquiri iubet. Inuenti ſunt corrupti teſtes triginta iuuenellū vno et pari teſtimonio accuſantes. Inquiſitiōe ad ducem delata:cū Philippus reſpondiſſet/ſuperſatis ad hoīs dānationem eſſe:ſi crimina ab ipſis inquiſitoribus quos caſtelleti cōmiſſarios franci vocant:ſūmatim ſcriberentur. Inſcriptis criminibus cōmiſſarij abeūtes in cauponā vinariam dū vino indulgent:libellus inquiſitorius ad extremā menſam negligenter ab illis dum cōpotant relictus:in pauimentū cum cecidiſſet/adueniens domeſticus canis libellū mandens:in hoſpitis cubile deportauit. Quē cauponis vxor cubitū pergens/pede offendit/maritoqꝫ oſtendit. Ille inſcriptione perlecta: ad iuuenellum protenus profert. Cui poſtridie dictus dies erat ad vicennas iudicio ſe ſiſtendi. Admiratus iuuenellus falſas in eum delationes:innocētie ſue ſecurus ad regem cū quadringentis Pariſianis ciuibus pergit. Erat eñ integritate optimis quibuſqꝫ cōmendatiſſimus/ita vt regius parlamentei ſenatus aduocatus cauſam in eū dicere rogatus recuſauerit q̄q̄ a burgundo duce vt id faceret delectus fuiſſet. Cauſam egit aduerſus innocentem iohānes androguetus aruernus:magnopere poſtulans iuuenellū in carcerem mitti. Contra iuuenellus conſtanti animo reſpondens:poſtqꝫ de ſua innocentia nonnulla pro tempore diſſeruit:non inquit equū eſt ſine inquiſitionis libello hominē in vincula rapi. Cui androguetus mox intulit:accuſationes teſteſqꝫ preſto eſſe atqꝫ inquiſitores qui pone illū aſtabant conſpiciens libellū petit. Illi ſe viciſſim interrogantes/quis eorū haberet:rubore perfuſi:obſtupuere vehementer. Rex(cui eo die melior mens erat)cōfictos in iuuenellū dolos intelligēs. Abi inquit iuuenelle:te ſatis purgatum habemus. ¶ Miſſis per illos dies in britanniam oratoribus:qui ducem cliſſonūqꝫ ad concordiam inducerent : cum inanes reuertiſſent:burgundie dux in britāniam ſe contulit:controuerſiāqꝫ omnē ita cōpoſuit/vt dux in franciam profecturus britonū gubernacula cliſſono credidit. ¶ In iudeos rurſus aīaduerſum eſt qui chriſtianam pietatem aſpernantes opprobrijs chriſtianos laceſſebant. Aliquot ex illis ꝑ ciuitatis compita fuſtigatis:milia ſcutorū.xviij.in fiſcū rettulerunt. Que ad pontem qui paruus appellatur extruendū impenſa ſunt. ¶ Et cum a turcis impetitus hungarorū rex henricus caroli auxiliū petiuit:miſſus ad eū eſt cum magnis copijs coneſtabilis duenſis comes. Qui hungariā ducens:cognito quia turci relicto bello ſe in turciam recepiſſent:in bohemos impetum facit qui de religione ⁊ fide chriſti nō recte ſapiebāt. Habita de bohemis victoria predis ditatū militem in franciā reduxit. ¶ De pace iterū apud boloniam franci angliqꝫ conuenientes:inducias quattuor tantū annorū poſuere.

Exercetꝰ miles.

¶ Interea exercitatū volens reddere militem omne ludorū genus preter ſagittandi:carolus ꝓhibet:vt ad induciarū finem ſi anglus negligens pacis eſſet:miles non emollitus ocio:robuſtior ad bellū conſtantiorqꝫ haberetur. Sagittariorū ſiquidem atqꝫ baliſtariorū tanta poſt paucos menſes exercitatio atqꝫ copia fuit:

vt principibus viris timori eſſent:quare hoc exercitij genus nõ paſſim ſed ꝑ inſigniores tãtũ regni vrbes permiſſũ eſt.

¶ His diebus cum Pariſij ageret cardinalis lunenſis a pontifice legatus:hi qui iuuenellum falſis delationibus offenderãt ſacerdotis eoꝝ conſilio ad cardinalem profecti:culpe remiſſionẽ meſti gementeſqꝫ efflagitant. Qui penitẽtiam illoꝝ nõ aſpernatus:eos a iuuenello quem offenderant veniam petere iuſſit. Venere ſiquidem lintheis ne agnoſcerẽtur tecti ad iuuenelli edes:a quo humaniſſime excepti poſtq̃ noĩatim ſingulos deſignauit venia donãtur.

¶ Fuit ſcholaſticoꝝ Pariſienſis academie aduerſus cardinalẽ de eccleſiaſtico ſciſmate grauis contentio:ita vt illi non reuerenter de pontifice verba facere auderent. Execrabilibus demũ penis a cardinale prohibiti egre abſtinuerũt.

¶ Obeunte paulo poſt innocentio patres qui auinione erant petrum lunam põtificem ordinarũt benedictũ illum appellantes. Ad quẽ miſſis a rege:et Pariſienſi ſchola oratoribus:qui de ſciſmate tollendo illum hortarentur.poſtq̃ vacui rediſſent conſilio Pariſij habito cum nulla ad vnionem ſanctior pateret via q̃ ſi vterqꝫ de pontificatu contendens ſe dignitate abdicaret:duces biturix et burgundus ad benedictũ auinionem legãtur. Mittuntur quoqꝫ a ſcholaſticis pariſienſibus eadem cauſa nuncij. Hi benedictum cõuenientes :memorant que incõmoda ex ſciſmate contigiſſent:et que poſthac euentura timebantur niſi tantũ ab eccleſia diſcidiuꝫ tolleretur. Unicum huic malo remediũ afferri poſſe:ſi ipe atqꝫ aduerſarius eius pontificatui cederent. Benedictus ad hec oratorum verba cum ſe rite electum pontificem eſſe reſpondiſſet: nec ſpem de ſe faceret pacis:perſeuerantibus in propoſito oratoribus:ego inquit quandoqꝫdem ad vnitatem ceſſio conducere videtur:cedam ſi idem fecerit competitor angelus corarius .hic eñ venetus erat:et gregorius duodecimus a ſuis ſectatoribus vocabatur. In hoc benedicti ancipiti reſponſo oratores incerti:idẽtidem conſultant qua ratione hominis pertinaciã euincerent. Sed eoꝝ frequens conuentio benedicto ſuſpecta occaſionẽ dedit vt auinione clam relicta:ſe in cataloniam propere contulerit. Erat eñ ex ea gente prognatus. Igitur duces benedicti abſceſſu irritati ad regem remearunt. Qui relatione geſtoꝝ accepta : ad diuerſos chriſtiani nominis reges de auferendo ab eccleſia ſciſmate nuncios mittit. Id poſt q̃ benedictus intelligit placandi regis cauſa decimã illi eccleſiaſticam nullo ꝓcurante donauit. Quam inuito et reclamante clero rex exigere non cunctatus eſt.

Yſabella ſeptẽnis regi ãgloꝝ deſpõſatur.

¶ Per ſuperiores ꝓxime exactos annos Conuenientibus francis angliſqꝫ oratoribus cum fuiſſet de yſabella caroli filia regi anglorum deſponſanda prolocutum:et annoꝝ triginta confirmate eſſent inducie:pariſium ob eam cauſam venere ab anglo rege Rolandus corbienſis anglus admiraldus et monthion mareſchallus:guillotus quoqꝫ ſtropus legationis princeps. Et rolando quidẽ regis angli vicario data eſt coniũx yſabella ſeptimũ annũ agens:et cum in normannia cherebergum : et in britannia breſtum hactenus angli occupaſſent:vtrũqꝫ carolo reliquere.

Prodigia

¶ De prodigijs eius temporis hec relata ex lingua occitana fuere. Viſam ſtellam eſſe grandẽ:quã quinqꝫ minores ſtelle hoſtili more perſequi viderentur:et preterea iuxta aſtare ere armatum hominem:manu lanceam geſtantem/ignemqꝫ mittentem:qui ſtella percuſſa mox euanuerit. In aquitania auditas per celũ voces:et armoꝝ ſtrepitus :velut preliantium hominũ.

Genuenſes.

Quo tempore bouſſiquandus mareſcallus genuenſiũ adminiſtrationem regis nomĩe ſuſcepit papiamqꝫ atqꝫ placentiam inſubriũ vrbes duodecim equitum milibus inſtructus cepit:⁊ demũ aduerſus turcos conſtantinopolim duxit:vbi egregia militie opera edidit.

Reditus armygniacoꝝ ab italia.

¶ Redeuntibus ex infelici apud Alexandriã cõmiſſa pugna ſexcẽtis militibus:qui ſub armygniaco comite militauerant:transmiſſa ſabaudia cũ ad dalphinatus anguſtias duce almerico ſeneraco perueniſſent:omniũ rerũ indigentes: peterentqꝫ ſibi ab incolis alimenta miniſtrari:quidam regionis illius proceres:contractis raptim copijs in illos non ſecus ac in hoſtes arma parant. Ea re ad almericum perlata:ad dalphinates miſſis nũcijs orat:liceat ſibi ſuiſqꝫ per illoꝝ fines iter facere:diſtributis quantũ ipi decernerent moderatis alimentis. Reiectis nũcijs:negant dalphinates illis ſubuenturos. Igitur almericus conuocatis ad ſe militonibus Ecce inquit o ſocij omni ope atqꝫ humanitate deſtituimur.procurrũt in nos armati dalphinates:et ſi in eoꝝ manus incidimus:non aliter q̃ latrones iugulabunt. Si viri ſumus:preſtat per vulnera glorioſe preliando occumbere:q̃ more reorum ſtrangulari. Inſidiemur illis et intercipiamus incautos. Mouentes dalphinates cum nox vltra progredi illos impediret magnis ignibus incenſis:male conſtitutis excubijs obdormiũt. Uigil autem almericus vbi per exploratores de dalphinatiũ ſtatu cognouit:ordinatis ſuis ſub diei lucem in hoſtem irrupit:et cede facta aliquot ex illis nobiliores viuos capit. Inter quos fuere auraycenſis :princeps:valẽtinianus comes/⁊ viennẽſis preſul.

Victor almericus veritus ne ex fuga dalphinates ſe reciperent:et viarum fauces intercluderẽt:captiuos liberaliter habuit. Impetratiſqꝫ dũ tranſiturus eſſet alimentis/a principibus quantũ ipi pro eorum redemptione iudicarẽt: a ceteris vero ſingulis argenti marcham accepit. Eſt eñ marcha apud gallos libre pars dimidia.

Fedus inter reges frãcie et anglie.

¶ Nondũ per hos dies inter francie et anglie reges de conditionibus pacis cõuenerat. Idcirco ad idipm Carolus arderam:anglus guynas venit. Arderam vero conuenientibus regibus:pacis fedus ictũ eſt. De quo aliud ſcribere nõ poſſum: quãdoquidẽ eius tẽporis ſcriptor id ſe neſcire cõfeſſus eſt. Indicia multa regũ beniuolentie viſa:qualia ſunt oſcula:dexterarũ tactus/mutui amplexus/amiciſſime appellationes. Carolũ eñ anglus patrẽ. Carolus anglũ generũ vocabat:alternis precioſiſſimis muneribus ſe donantes. Dum apud arderam reges conſultant:non viſi ante id tempus ymbres:grandoqꝫ frequens cum vehemẽti vento irruentes quattuor ſine intermiſſione horas principes in tentorio Caroli continuerunt. Altera quoqꝫ inſequentis diei nocte inſurgens ſubito ymbriũ et venti violentia:franci regis tentorij centum et quattuor funes et tigna que tabernaculũ ſuſtentabant. Anglice vero manſionis quia demiſſiore loco diſtenta erat:quattuor tantũ funes abrupit. Interea yſabella ad anglũ deducitur:et inde ab anglis inſignibus feminis que ob idipm ex anglia conuenerant ſuſcepta:caliſium profecta eſt. Reges vero cũ ſe conuiuio apud anglum recreaſſent datis atqꝫ acceptis inuicem donis:alter franciam:alter angliã petit.

Expeditio i hungariam.

¶ Paulo ſupra hos dies rex hungarus de turcis inſignẽ victoriã rettulerat:cuius rei memores turci renouato bello expeditionem in hungariã parant. Quãobrẽ ſibi conſulens hungarus ad Carolũ miſſis oratoribus ſuppetias orat. Miſſi ſunt cũ ingentibus copijs Philippus artheſienſi coneſtabilis:Johãnes niuernenſis philippi audacis filius. Johãnes bouſſicaudus: Johãnes viennenſis Conciacus:⁊ alij france nobilitatis proceres armoꝝ:belliqꝫ non expertes. Trãſmiſſo danubio ad hungarũ regem franci galterũ de rupibus equitem burgundum mittunt: petentes quid illos cõmodius facere liceret:quo ve itinere in turcos ducerent. Hungarus cui frãcorum mores cogniti erant/timens ne per arrogãtiam temere quicq̃ cõmitterent:turcorum in bello gerendo cõditiones modũqꝫ Galtero explanat. Nihil feſtinandũ eſſe : Hungaros qui proxime turcos incolerẽt/ſe aſſuetos habere:quos primos hoſti obijcere oportebat. Hũgari regis cõſilium parui habentes franci primas ſibi pugnandi partes arrogant. Et lubrici per oĩs voluptates /vino ludoqꝫ indulgentes:bonis omibus horrori habebantur ita vt dicere illis incole nõ dubitarent male illis aliquãdo propter eoꝝ iniquitatem conceſſurum Ubi ingentem turcoꝝ multitudinem non longe a caſtello richo in armis eſſe cognouerũt frãci ductore conciaco in eos nihil metuentes incurrunt:ceduntqꝫ. Et caſtellum adueniente in adiutorium hungaro expugnant. Deinde nichopolim munitiſſimã ciuitatẽ obſidẽt. Ubi cũ dies octodecim conſediſſent:quotidianis oppugnationibus obſeſſos vexantes:nunciũ accipiunt de turcorum aduentu qui inſtructis militariter aciebus in eos procederent. Igitur cũ hungaro rege de genere et modo preliandi conſultant. Atqꝫ imprimis glorie cupidi primam ſibi aciem(renuente hungaro)depoſcunt.id maxime contendente coneſtabili qui grauiter ferebat conciacũ ſuperiore prelio ſe pretermiſſo victoriam de turcis habuiſſe. Itaqꝫ in prima ſe fronte collocant franci:quã ſibi deberi rex contẽdebat.ob eas maxime cauſas quas ſupra expoſui:tum etiã ꝙ hungarus ſuoꝝ mores ſpectatos habebat:audaciores fore dum francos poſt ſe pugnaturos confiderent:neqꝫ terga daturos/metuentes a francis ſequentibus cogi. Si contra fiat et ab ijs qui primã aciem ducerent male depugnetur: hungaros ſtatim fuge ſe cõmiſſuros. Sano cõſilio inſani franci non acquieuerunt. Igitur dũ quid in caſtris turcorũ fieret exploratum hungarus mittit acies inſtruũtur:frãcis primã ſibi arrogãtibus. Erãt in caſtris francoꝝ ex priore victoria turci captiui cõplures/quibus tametſi(fide a francis accepta) ſpes eſſet ſui redimendi:eos tamẽ illico franci necant. Conſtitutis in mutuo conſpectu aciebus:ſigno dato atrox pugna cõmittitur:preliabantur acerrime chriſtiani:nec minus ferox turcus depugnabat. Conciacus et Johãnes viennẽſis primariã in ea pugna laudem meruere.

Ceduntur a turcis franci

Sed in francos irrũpẽs turcus cum noſtroꝝ ordinem turbaſſet:multitudine militum ſuperior/chriſtianũ exercitũ fudit:fugientibus hungaris qui in poſteriore acie conſtiterant. Capti ſunt ex francis et ad turcoꝝ ducem perducti trecentum non mediocris conditionis viri:inter quos Johãnes comes niuernenſis. Conciacus bouſſicaudus et Johãnes viennenſis. Ducebatur conciacus interiore tantum tunica veſtitus:et verberibus inter ducẽdũ afficiebatur. Cui ſic afflicto nudoqꝫ chlamys(diuina ne an humana neſcitur ope)iniecta eſt:que ad tegumentũ illi fuit. Corā poſitis captiuis/turcoꝝ tyrannus eos mox occidi in preſentiarũ iubet. Bouſſicaudo tantũ et Johāni niuernenſi cũ alijs duobus et viginti proceribus parcitum eſt. Jlli propterea ꝙ turcis in pari fortuna quādoqꝫ peperciſſet. Huic ꝙ magus quidam inter turcos:eũ aſſereret auctorē futurum maxime chriſtianoꝝ cedis. Nam hic Johānes burgũdie ducatũ poſtea adeptus mirabiles in francia diſſenſiones et ciuilia bella morteſqꝫ excitauit. Poſt tam male geſtũ prelium:cũ chriſtianorum cadauera iubente turco anno et menſe vno humi inſepulta iacuiſſent:nec a fera vlla/nec ab auibus contacta ſunt:arbitrantibus hoſtibus id alimentũ feras deſpuiſſe. Johānis et ſuoꝝ cōcaptiuorũ redemptio ducētorũ miliũ aureorũ nūmũ fuit. Philippus vero coneſtabilis in ipa captiuitate:atqꝫ itē Conciacus interijt priuſq̄ de redemptionis precio cōueniſſet. Eius Philippi cadauer aromatibus cōditũ in franciā relatũ ī diui laurentij templo in oppido Deu ſepultũ. Guido trimolus rhodi defunctus eſt vita:⁊ in eo loco ſepulchro inhumatus. Henricus barrenſis orta in venetijs peſtilentia mortuus eſt.

¶ Sub his diebus ducis britānie filius Caroli filiam deſponſauit:cui milia francoꝝ trecenta in dotem promiſſa ſunt. Sed nō multo poſt exactis mēſibus virgo defuncta eſt. Et francorũ regina ꝑ eos dies filiũ peperit ludouicũ: cui in baptiſmate Ludouicus aurelianoꝝ dux nomen dedit.

¶ Nauarro rege vt ſupra memoraui defuncto filius pacti memor quod cum carolo pater inierat pāpilonenſem epiſcopũ ad regem legat:terras repetens que illi ex paterna hereditate in normānia ꝑtinebāt. Conſultāte de hoc rege:poſt diuerſas ſententias eauicit:que reſtituendas nauarro terras/aut ei alioquin ſatiſfaciendũ dicebat. Jtaqꝫ in vaſtinio nemoſum datũ:⁊ cũ antea comitatus eſſet:in ducatus dignitatem eſt ſublimatũ. Et in cāpania locis ſeparatis milia librarũ decē nauarro aſſignata.

¶ Uenere eodē tempore a cōſtantinopolitano imperatore ad carolũ legati aduerſus turcos opē poſtulātes. Quibus aſſenſum eſt:orante ludouico aurelianoꝝ duce hanc ſibi expeditionē cōmitti. Et baaſacus turcoꝝ princeps miſſo militie ſue prefecto Carolũ magnis muneribus donat. Uenit quoqꝫ(carolo remis agente)bohemoꝝ rex:videndi caroli tantũ cauſa. Quem liberaliter exceptũ et donis cumulatum rex habuit.

¶ Benedictus vero cui franci in pontificatu fauebant:licet pōtificatui cedere crebris legationibus admoneret:ꝑtinax tñ cōtra perſtabat. Quare cōuētu ſacerdotũ ꝓcerũqꝫ pariſijs contracto/a benedicto ſecedendũ eſſe decretum eſt. neqꝫ admittendas poſt hac gratias ad beneficia adipiſcenda quas romani expectatiuas dicunt. Eccleſias que rectore carerēt a collatoribus petendas: electiones confirmandas etiam exemptarũ eccleſiaꝝ ſalua exemptionis libertate. Ea a benedicto diſceſſione cognita:cardinales q̄ cũ eo auinione erāt/ad nouāuillā ſex milibus paſſuũ ab auinione diſtantē ſe cōtulerũt:ſuo pōtifice deſerto.

Pſeudo medici.

¶ Carolo vt eſt a nobis memoratũ mētis īpoti duo ex ordine auguſtinenſiũ fratres:mederi ſe poſſe iactauerũt. Quod qꝛ gratũ q̄plurimis erat:ad valitudinariũ regē introducti/capiti aliquot inciſionibus factis ex impotente moribundũ reddiderũt. Jdcirco cōprehenſi cũ ſe medicine prorſus neſcios eſſe cōfiterentur: ex prudentum cōſilio ſacerdotij dignitate exutos:carnifex capite trũcauit. Quos ad id ſcelus excitaſſe philippũ burgũdũ fama vulgauit/ꝓpterea ꝙ ludouicus aurelianus iohānem barrenſem(q̄ burgundi ſtudio ducebatur:⁊ magus erat)igne cōburi ꝓcuraſſet.

¶ Ortis eodē tꝑe in anglia ꝓpter ducis lencaſtrie necē ſeditionibus. Henricus eius ducis nepos cũ in ſuſpitionē aduerſus richardũ cōiurationis veniſſet:in frāciā ſe recepit:⁊ a carolo honorifice eſt habitꝰ.

¶ Et ꝑ id tꝑs auctore iohāne cremaldo alexandrino patriarcha:decimā clerus perſoluit. Superatis preterea alueis adeo flumina exundauerũt/vt edes cũ ijs q̄ eas incolebant efferrent: ꝑditis diluuio ſegetibus. Laboratũ eſt etiā grauiſſima per omnē franciā peſtilentia: labente anno ſalutis. M.ccc.nonageſimonono. Uiſus quoqꝫ eſt cometes inſolite magnitudinis et vehemēter ignitus.

Diſſenſio inter anglos.

¶ Supuenere preterea anglis ſue calamitates rebellātibus vualis. Jn quos dũ richardus angloꝝ rex copias ducit:nō pauci ex nobilitate in eũ cōſpirāt:⁊ yſabellā reginā imprimis in arcē munitiſſimā abducũt duobus ex oī eiꝰ gallica familia obſequio quotidiano relictis. Seditione angloꝝ cognita:hēricus quē ad carolũ cōfugiſſe diximꝰ aīm intendēs:ſpem cepit,res nouas moliendi: Clam igiť e frācia abiēs:ad anglos fertur. Allexit ꝓtenus in ſuas partes richardi amicos:datiſqꝫ ad ciuitates litteris:q̄bus regē in multis criminabať:paucis diebus magno ſatellitũ numero ſtipatus inceſſit:ſupplicio quoſdā ꝓceres afficiēs:ita vt partim metu/partim richardi odio/populi magna pars hērico obtemperaret.

Produnt angli richardũ regē ſuum

Ubi res apud anglos innouari richardus accepit: vualia relicta a ſuis quoqꝫ relictus eſt: q̄ eũ in henrici poteſtatē ꝓdidere. Nō ob aliā cauſā:magis q̄ ꝙ cũ francis amicitia cōtracta

---

caroli filiam vxorem duxiſſet:chereburgũqꝫ et breſtũ reſtituiſſet:pace preter populi voluntatē cōceſſa. His rationibus in publico angloꝝ cōuētu diffinitũ eſt alio rege opus eē: henricũ magnis laudibus pleriqꝫ efferebant:⁊ ante oīs cantuarienſis archipreſul/vt factionis iniquitatem aliqua religione palliaret:fialam ꝑmit liquoris plenā quā ad diuũ Thomā cantuarienſem ad ſacrandos reges anglos celo allatam aſſeuerat. Henrico ꝑ ſimulatā religionem fauere:⁊ conciliatum ſibi populũ reddere ſacerdotem voluiſſe credo. Eam fialā Henricus poſtea nũcijs quos ad eũ carolus miſerat oſtendit. Nec differt richardũ tollere. Nā accitis quos richardo fidiſſimos fuiſſe nouerat ꝑ eos richardũ necat. ſeqꝫ regem fauētibus anglis inſtituit. Conſcius tamē q̄ indigne richardi mortem carolus ferret: oratores ad eum legat:qui de pace certo loco ⁊ tēpore cōponenda cōuenirent. Boloniā carolus/ caliſiũ henricus ſuos miſit. Qui de pace fruſtra diſceptantes paucoꝝ dierũ inducias edixerunt.

Figmētũ ſacerdotale

¶ Acceptus eſt eodē tꝑe a carolo honorificentiſſime conſtantinopoleos imperator:qui viſendi regis cauſa Pariſium aduenerat. Quem apud luparam diuerſatũ tantum auctores ſcribũt: eius cauſam aduētus aliā nō ponentes:non eſt tamē diſſimile vero ea cauſa veniſſe: vt in turcos grecie minitantes francos cōmoueret.

Oratores a Henrico anglo captiui.

¶ De yſabella q̄ richardo nupſerat carolus pater ſollicitus:gueuillũ et iohannē blanchetũ ad henricũ mittit:qui eam ad ſe reducerēt. Qui dum regine cauſam diligenter conſtanterqꝫ agũt:anglus in carcerē illos aſſeruari iubet. Ubi blāchetus egritudine cōtracta moritur:gueuillus poſt diuturnā valitudinem cruenti vomitus ſanitatē recuperat. Eo ex anglia reuertente:henricus yſabellā caliſiũ mittit. Ubi receptam franci ad patrē perduxerunt.

Celi tempeſtas.

¶ Circiter id tꝑis menſe mayo ꝑ bellouacorũ agrum grādo frequens ad anſerini oui magnitudinē:tonante celo ſegetes quatit. Et celeſtis ignis apud vincēnas in regine puerpere cubiculo decidēs thori cortinas cōcremauit. Sequēti menſe iunio ꝑ dies nũdinarum dyoniſiani edicti par grando tabernas atqꝫ officinas mercatoꝝ complures cũ bona publicaꝝ ediũ parte:quas hallas vulgus vocat diruit atqꝫ ꝓculcat.

Simultas iter pꝛicipes francos.

¶ Carolo nō cōualeſcente:duces ludouicus aurelianeñ. biturix et burgũdus de adminiſtrandis regni negocijs ſimultates exercebant:et burgundus ludouico maxime inuidebat. Jram inſuꝑ auxit aurelianus dux qui amicitia cũ duce gheldrenſi neſcientibus principibus comparata: gheldrenſem quingentis equitibus ſtipatũ in Pariſioꝝ agrũ deduxerat. Nec inferiores copias burgundus contraxit:ita vt in apertas inimicitias odiũ prodire nemo dubitaret. Biturigũ tamen dux tanto occurrens malo temporariũ remediũ attulit reconciliatis ad tempus furētibus principibus.

Cometa.

¶ Apparuit per eos dies a ſeptētrione ardentiſſimus cometes: qui timori multis fuit:non ignorantibꝰ id pronoſticon eſſe grauioris in republica calamitatis. Enimuero non multo poſt aurelianus dux publicis gubernaculis a Carolo qui tum meliuſculꝰ erat prefectus eſt. Quā dignitatē conſecutus:mox ad rapinas ſe conuertit:quoſuis ad ſoluenda vectigalia ⁊ tributũ cōpellēs:clero ad eā ſeruitutē cōpulſo. Re cognita remoꝝ archipreſul ducis auaritie occurrit. At cōtra ſenonenſis archieps excōmunicatiōe feriebat aureliano nō parentes:tam diuerſa erāt hoim ſtudia:vt nō lege non caritate ſed cōcupiſcentia ſua ⁊ ſacerdos ⁊ ꝓceres in diuerſa traherentur. Fauebat maxime benedicto aurelianus:⁊ ab eo factā eſſe diſceſſionē moleſte ferebat. Quā ob rem ſchole Pariſienſis odium ſe contraxit. Nec diu poſt rebus prefuit cōmunibus:cōſtituto burgũdionũ duce qui regnũ adminiſtraret. Recepto magiſtratu nouā mox exigende pecunie formā philippus excogitauit:ſed ab antiſtite remenſi admonitus deſtitit.

¶ Aurelianus poſtq̄ magiſtratu amotus eſt:ad lucēburgũ contēdit. Et cũ lothoringie dux:mettenſeſqꝫ bello decertarent:ſollicitā nauauit operam pacē componere:honorē inde muneraqꝫ nō parua referens.

Uxor ducis britonũ viro mortuo: henrico āglo nubit.

¶ Apud britones defuncto duce: vxor eiꝰ vidua henrico anglo nubit. Que dũ traijcere in angliam/cũ tribus quos habebat liberis parat:philippus burgũdus magnis itineribus in britāniā pergens receptos filios ad regē perduxit:iohānē dico richardũ et arturũ.

¶ Auinione vero cũ benedictus palatio nō egrederetť tametſi obſidione liberatus eſſet:veritus tamē inimicoꝝ inſidias ſe in arce continebat. Sed cum id carceris ſpeciem eſſe reputaret:roberti braquemōtis ope clam inde educiť.

¶ Naſciť hoc tꝑe āni. M.cccc.ſecundi ex yſabella regina carolus filioꝝ regis caroli quartus. Cui patre defuncto regnũ miſerandis calamitatibus attributũ obuenit. Cōſtituitur itē coneſtabilis(mortuo ſancerro)carolus albritus. Qui adepto magiſtratu:arces nōnullas in lemouicibus ex angloꝝ dñatione eripuit. Renataqꝫ eſt inter aurelianũ burgũdũqꝫ de adminiſtrādis rebus cōtrouerſia. Quā occurrentes viri ſapientes ꝓ tꝑe ſedauerũt:ita vt nemini principũ ſeorſũ:ſed oībus pariter reſpublica crederet:nō ſecus q̄ ſi ad paucoꝝ moderationem monar chia redacta eſſet. ¶ Tria per id tempus matrimonia contracta fuiſſe inuenio. Carolus ludouici aureliani filius yſabellā que richardo āglo nupta fuerat vxorē accepit. Johānes Caroli regis ſecundo genitus: bauari ducis qui hanonie comes erat filie copulatus eſt. Margaretam aūt regis filiā iohānes britonū dux licet etate minor in matrimoniū duxit.

Johannes burgundie dux.

Et philippus burgūdie dux vltima nature ꝓſoluit: relicto iohāne niuernenſi multoꝝ maloꝝ futuro auctore. Nam patris loco burgūdus ſuffectus: poſtq̄ꝫ fidelitatis iura Carolo preſtitit: perditorū hoīm conſilio ductus: aduerſus aurelianū ducē inexpiabili odio ferebat. Erat itaqꝫ aurelianus excelſi animi et magnarū rerū appetens et qui imperiū affectaret: ꝓpterea lucēburgum ꝓfectus aliquot oppida atqꝫ arces cepit. de ſe opinionē bonā faciēs: quaſi imperio ydoneus eſſet. inde aūt quaſi glorie ſatis ſue fecerit digreſſus: auinionem ad benedictū venit: laturus opem pontifici quē ſchola pariſienſis dignitate amouendū magnopere contendebat. Magni ſiquidez nōis atqꝫ auctoritatis ꝑ id tp̄s ſchola ip̄a habebatur: ita vt ſcholaſticū offēdiſſe piaculū eſſet. Inter itaqꝫ multas ſimultates cum res tota frācoꝝ ad ciuilē diſcordiā inclinaret: nemo nō fere ſtudebat ſchole fauorē atqꝫ beniuolētiā ſibi cōparare: eo melior eſtimādus quo litteratorū maiore auctoritate iuuaret. Erat ergo per eos dies Pariſianis ſcholaſticis plurimū nomis atqꝫ eſtimationis. Enimuero dum ad diuā katherinam que ſcholaſticorum appellatur ſupplicationē haberent: quidam ex familia Caroli ſauoſij aurati equitis equo per lutum vectus: vnū ex ſcholaſticis luto inquinauit. Quē ꝓtenus ira feruens ſcholaſticus pugno percutit. Ad vociferantē ſeruū cū reliqua ſauoſij familia armis inſtructa ꝓcurreret: ſcholaſticos inſectans: cum ad eccleſie veſtibulum ſucceſſiſſet: neſcio quis ſagittā temere ad maiorem vſqꝫ aram dum ad rem diuinam ſe ſacerdos parat emittit. Quam ſcholaſtici iniuriam vlciſci properantes: ita apud iudices agunt: vt ſauoſij edes vnde familia prodierat ſolotenus diruerentur: ip̄e vero exularet.

¶ Inter principū ſimultates regina ad aurelianū ducem magis ſpectabat. Igitur meldunū venandi cauſa (comitante eam duce) ꝑgēs: fratri ſuo Ludouico bauarie duci et montaguto mandat dalphinū cui aquitania commiſſa erat: vxoremqꝫ eius burgundi filiam ad ſe ducant. Nec caruit ſuſpitione regina: id imperaſſe vt filium dalphinum vna cū vxore duceqꝫ aureliano: in germaniam traduceret. Ea re ad Johannem burgundum perlata: ip̄e contracta amicorū manu Interdiu noctuqꝫ perſeueranti itinere Pariſium venit: ratus dalphini egreſſum prepedire. poſtq̄ꝫ abiiſſe comperit: feſtinās apud giuiſiū non procul a corbolio vicum euntes conſequitur. Recuſante bauaro dalphinū reducere: burgundus vi facta dalphinū recipit: et apud arcem luparam ſeruat. Quāobrem aurelianus collectis celeriter ſex hominū milibus: vicennas cum regina ingreditur Johanne Pariſij agente: quem bona populi pars ſequebatur: ſperās eius ope vectigalia tolli. Res tota prorſus ad preliū inclinabat: ſed interueniente montaguto homine modeſto et prudente in gratiam duces redierunt. Et ne eorum animi renouato liuore exulcerarentur: Aurelianus in aquitaniam aduerſus anglos: Burgundus ad caliſium expeditionem duxit. Extruxerat ad oppugnandum caliſium Johannes: auctore moncoquero equite aruerno: mire magnitudinis fabricam ligneam: que ſuppoſitis rotis facile quoquouerſum promoueri poſſet magna enim ſpe ducebatur oppidi capiendi. Aurelianus autem cum burgum in aquitania circūuallaſſet: audito ꝙ a burdegalla auxilia obſeſſis venirent: obſidionem ſoluit.

Mors aureliani ducis

Nec multis poſt diebus Carolus vtrūqꝫ ad ſe vocat: fati ſicut eſt mortale hominū genus improuidus Nam redeuntem noctu domū aurelianum ducem qui puerpere regine gratificatus erat: ſatellites duce Radulpho auctouillo interficiunt: proxime barbete portam dextra manu amputata: in quem humi deiectum cum ex ducis aulicis vnus ſeſe domini protegendi cauſa ꝓſtraſſet. ab interfectoribus trucidatus eſt: nono kalendas decembris anno ſalutis. M. cccc. ſeptimo. Homicide vero peſſimo facinore patrato: in edes artheſij comitis: vbi Johannes burgundus diuerſabatur: confugiunt. Excito ad ducis necem clamore atqꝫ tumultu: vicini occiſi corpus in proximas edes inferunt. moxqꝫ ſceleris immanitas per ciuitatem circūfert. Aduolant repente Ludouicus ſicilie rex duceſqꝫ biturix et borbonius: qui cari ſui cadauere conſpecto: indignantur pariter atqꝫ illachrymant. Poſtera die dux ad celeſtinoꝝ monaſtēriū celebri pompa effertur: ſepeliturqꝫ in ſacello quod poſtea inſigni pictura honeſtatum eſt. Comitabantur funus quos dixi principes: ⁊ dux ip̄e burgūdus: quē necis auctorē extitiſſe nemo dubitauit. Nā criminis inquiſitores. Robertus tuilerus et Petrus orſauerius cognito ꝙ auctouillus ad diuerſoriū iohānis burgundi cū ſuis participibus ꝓfugiſſet: quia ī pricipū domo hoīem prehēdere abſqꝫ dn̄i aſſenſu nō licebat: ad burgūdū ꝗ apud neelā cū alijs ducibus conſilio aderat ſe conferunt. pulſatoqꝫ hoſtio interrogati quidnam vellent ducis inquiunt burgundi petimus aſſenſum: vt eius bona cum venia hoīem ſceleratū in eius edibus prehendamus. Hic erat quē petebant aque baiulus: cuius inſidijs atqꝫ archanis delationibus necis cōſcij vſi ad homicidiū fuerāt. Cognito quid peterēt inquiſitores burgūdus expalluit. Quod ſicilie rex callide ꝑcipiens: ſeorſum iohannē rogat: ſi necis in ſe culpa vllā haberet. Johannes vindice conſciētia admonitus lachrymas cōtinere nō potuit: ſeqꝫ ⁊ crimen aperit. moxqꝫ conclaui tanq̄ꝫ corporis curādi cauſa egreſſus ferociſſimi equi miniſterio vſus: ſe ex ciuitate ad ſancti maxentij pontē proripuit. quo trāſmiſſo: pontē diruere iubet: vt ſe perſequētibus viā precluderet. Eo die attrebatū ꝑuenit miliaribus fere centū a pariſijs diſtās. Elapſo parricida: veritus carolus ne ſceleri ſcelus burgundus adiungeret: ſeqꝫ tuendi gratia anglorū ſocietatē expeteret: biturigem ducē burgundi patruū ad eū mittit: qui hoīem bene ſperare hortaret̄: bellū oīno diſſuadens. Itaqꝫ iohānes tota hyeme ſe abſqꝫ vllius belli apparatu nunc in flādria nunc in artheſio continuit. Necis cauſas burgundus complures diffamauit. Quod aurelianus ſciliꝫ regnū affectaſſet: ⁊ magos adhibuiſſet a quibus gladios duos ⁊ anulum acceperat: que Carolo regi dum beluaci ageret oſtenſa eum tota ceſarie expilatum ⁊ paulopoſt decidentibus ſenſim vnguibus imbecillez reddiderūt. Habuiſſe preter hec virgam que ſemel a femina conſpecta: eam efficiebat libidini ducis audientē: fuiſſe quoqꝫ eorum ludorū autorem vbi carolus fere exuſtus eſt iniiciente aureliano facem in villoſas veſtes quibus luſores perſonati chorīſabant. procuraſſe inſuper apud pontificē benedictū. xiij. caroli a regio faſtigio miſſionem: ꝙ vt mente impotens ita corpore valitudinarius eſſet. His addebat burgundus grauia ab eo concepta ⁊ accepta vectigalia: quibus aduerſus regem ſe potētem nimis exaltabat. Utcunqꝫ hec burgundus reſciuerit: ea tū non aliter ꝙ comperta: per iohannem cui parui cognomen fuit theologum doctorem publica contione pariſij habita diſſeminauit. Ipſe nimirū exiſtimo inuidiſſe aureliano burgundū ne reipublice pre ſe magis ydoneus putaretur. Inuidia ſiquidem pares maxime exagitat. Sed alia perſequamur. Hyems autem per totos duos menſes decembrem ⁊ ianuarium ſolito horridior fuit. Ubi autem ſe terra (incipiente vere) laxauit: ⁊ ſe flumina glacie concreta diſſoluerunt: tanta glaciei fragmēta ingruerunt: vt mole ſua pontes deijcerent. exundanteſqꝫ amnes domibus proſtratis incolas cum pecoribus abducerent.

Leodienſiuꝫ ſtrages.

¶ Adminiſtrabat per id tempus leodienſem eccleſiam iohannes bauarius guillermi hollandie et hannonie comitis frater. Et cum preſul et ſacerdos eſſet: nullo tamen die rem diuinam fecerat: ſue nobilitati detractum iri forte ratus: ſi preſbyterio more ſacris ſe altaribus addixiſſet. Recuſantem id pro ſuo officio facere leodienſes traiecti pertinaci obſidione concludunt. Igit̄ guillermus vt fratri ſubſidio eſſet: contractis ex ſua gente copijs: burgundum per nuncios orat in auxilium venire feſtinet. Nam guillermi ſoror burgundo nupſerat. Non aſpernatus orantem: iohannes exercitum cogit: ſeqꝫ cum guillermo ſociat. Premittuntur in agrum leodienſem leuis armature milites qui ſata vicoſqꝫ incendant. vt hoc damno permoti leodienſes communibus patrie incommodis (obſidione diſſoluta) ſuccurrere cogerentur. Flagrantibus paſſim agris leodienſes qui in obſidione apud traiectū erant in hoſtē mouent: quē in planicie cui hayſebagno vocabulū eſt inuentū prelio adoriuntur ⁊ vincunt̄: milibus ſexdeci ex ſuis occiſis. Uictoria ad Carolū regē perlata: timēs ne burgūdus victorē exercitū ad pariſios duceret ꝗbus erat tū tp̄is acceptiſſimus: aſſumpta cum ſuis liberis vxore: turonū ſe transfert: comitantibus eū francorū primoribus principibꝰ Quod vbi iohannes burgundus cognouit: guillermū hannonie comitem ſollicitat: ſecum in franciam cum exercitu proficiſci: non aliam ob rem ꝙ vt regem ⁊ dalphinuꝫ cui filia eius nupta eſſet pariſiuꝫ reuocaret. Erant guillermo multe cauſe quamobrem a bello abhorrebat: affinitas atqꝫ cognatio. Burgundo enim guillermi ſoror matrimonio coniuncta: regine autem conſobrinus ip̄e erat: ⁊ filiaꝫ eius vnicam ſibi heredem alter ex Caroli liberis deſponſauerat Eam ob rem ad pacem procliuior vltro citroqꝫ oratoribus miſſis: regem carnotum proficiſci impetrat. quo iohannes ad eum venire non differret. Carnoti conuentu habito: burgundus cum duce aureliano paciſcitur. iurantqꝫ viciſſim duces: nunq̄ꝫ poſthac inimicitias in alterutrum exercere. At longe ſecus non multo poſt tempore accidit. Nec fidei obſeruantia: nec iuriſiurandi religio irritatis animis momentū habuit vllum: pariſium tamen Carolus reuerſus eſt.

De ſchola pariſienſi

¶ Quo tempore duos ex ſchola pariſiaca ſcholaſticos propter cedem a ſe factam cum guillermus tignonuillus pariſianus preſes: ad patibulum noctu appenſos ſtrangulare iuſſiſſet: ne ſi ſegnius feciſſet homicide liberarentur: coactus eſt (ſchola apud iudices ſuā ignominiam perſequente)ſcholaſticos patibulo depoſitos(oſculo mortuis exhibito)⁊ lectice impoſitos eccleſie reſtituere.aurigante carnifice qui equo inſidens lineā inſtar ſacerdotis veſtē induerat.Eorum ſcholaſticorum etiam nunc ſepulchrum in porticu diui maturini pariſiēſis cum epigrammate viſitur.

¶Eadem tēpeſtate bouſſicaudus qui genuenſibus Caroli nomine prefectus erat copijs indigens gaucurtū a Carolo ad ſe cum valida manu miſſum in pedemonte excepit.duxitqꝫ placentiā:qua recepta:pado traiecto:mediolanum mouet.Cui iohannes maria mediolani dux pacato aīo occurrit: atqꝫ in ciuitatē admiſit:fide illi ſubiectōis ⁊ obedientie tanqꝫ regis vicario preſtita.

Lombardorum in francos perfidia

¶Dum hec mediolani a bouſſicaudo geruntur marchio montiſferrati ⁊ comes franciſcus(proditoribus aliquot genuēſibus)ciuitatem occupāt occiſis francis quos inuentos habuerunt.Et arce quam caſtelletum vocāt recepta:tholetonem arcis prefectū interimunt.Quod vbi mediolani nunciatū eſt:ciues in frācos cedem meditantur. Sed eius rei certior factus bouſſicaudus militē in armis ꝑ eam noctē excubare iubet:nec ceſſat continēter per vrbem cū armatis incedere.Mane facto ducis fidei ciuitatē ſub iureiurādo cōmittit:atqꝫ ciuitate egreditur. Abeuntibus francis:mox a fide atqꝫ iureiurando mediolanenſes deciſcunt: et francos qui laxandi animi cauſa mediolani reſtiterant deprehenſos iohannes maria perfidus ſuis canibus deuorandos obiecit. Bouſſicaudus genuam recuperare conatus:cū fruſtra ſe niti intellexit:ad pedemontiū principē cū gaucurto ⁊ copijs profectus eſt. Quorū egregia opera cōtra marchionē montiſferrati vſus princeps:nonnulla oppida arceſqꝫ cū cepiſſet:franci alpibus ſupatis ad carolū reuertunt.

Rex nauarre burgundi ſocius

¶Erat tū pariſij nauarrus rex qui cū burgundo ſocietate inita turbatiora oīa fecit. Montagutuz em̄ regij palatij prefectū:q̄ illorū ceptis obſiſtebat grauis ⁊ fidus īprimis conſiliarius capite dānant cenſore petro eſſaro ꝑariſiorū prepoſito. Qui mox ex nauarri atqꝫ burgūdi ſententia erarij ⁊ regie pecunie adminiſtrationē vſurpauit: deputatis ex ſua cognatione q̄ carolo in officijs palatinis obſequerent.

¶Officio quidā amoti ⁊ ſuis fortunis ſpoliati ad aurelianū ducē abierunt de duce burgūdo querimoniā ꝓferentes: qui nichil eorū q̄ carnoti iurata erant obſeruaret. Quare parcitus ira aurelianus:ſuarū partiū ꝓceres accerſit. Cōuenere ad eū in arce viceſtrie nō longe a pariſio duces biturix borbonius ⁊ alenconius: comites vero richemontus albretus coneſtabilis armygniacus:⁊ alij nō pauci ꝓceres. Quibus animus erat ſuorū iniuriam vlciſcēdi. At cōtra burgūdus nō ignarus quid aduerſus eum aurelianus moliretur:pariſium petit copias ſecū ducēs:caſtris inter ſiluanectū luparāqꝫ vicū poſitis. Burgundo frater erat anthonius dux brabātinus qui ſolertiſſimo ſtudio curauit ducū cōtrouerſias cōponere:nec deſtitit donec mutuo ſe amore principes cōplexi aīos ferociamqꝫ ponerent. Rebus vtcunqꝫ ſedatis:burgundus in picardiā abijt relicto pariſij petro eſſaro qui ciuitatē moderaretur. Hic ad ſuam tutelā lanios quos miniſterio vſuqꝫ ſanguinarios eſſe ſciebat in conſortium admittit aduerſus aureliane partis ſectatores.prehendit imprimis vinetum deſpinoſum equitem auratum: quem capite truncatum patibulo tandem ſuſpendit ꝙ aureliano faueret: Quam aurelianus iniuriam non ferens:collecto exercitu hanum primas copias ad preſidiū mittit:imperans vt burgundi inceptationibus obſiſterent. Qua re cognita burgundus contractis ex flandria ſexdecim hoīm milibus obſidere hanū feſtinat. Concuſſa mox tormentis porta:q̄ ad ſancrū quintinū ducit cū corruiſſet: hi qui intra oppidum erāt ad aurelianū ducē qui apud chānium agebat ſe recipiūt Deſertū preſidio hannū poſtqꝫ flamingi populati ſunt in flandriā conuerſi non vi non precibus neqꝫ vllis minis a burgundo retineri potuere. Eapropter ad anglos miſſis nuncijs:auxilium impetrat.

¶Aurelianus autē ratus per burgundi abſentiam pariſios ſibi audituros:ponte apud verberiam facto:yſaram amnē tranſmittit Inde ad ſanctū dyoniſium:quā auraicenſis princeps iohannes cabilonus burgundi nomie occupabat:mouet. At qꝛ non multū munitus locus erat deditione facta princeps auraicenſis iureiurando adigitur:nullo vnqꝫ tempore aduerſus aurelianū arma capturū. Interī gaucurtus ſancti clodoaldi pontē nocte ſuffuratus eſt. Id vbi aurelianꝰ cognouit ſuarū copiarū partem ad pontis preſidiū collocat. Nec ſegnior burgundus per pontem melentum pariſiū vadēs:poſtridie qꝫ ad ciuitatem venit ſancti clodoaldi pontē recuꝑat:occiſis mille ꝓpe britonibus pontis preſidio ab aureliano deputatis. Quibus priuſqꝫ ſubſidio adueniret ponte iaz burgundus potiebatur. Nocte inſequenti remeante pariſium burgundo: aurelianus extructo e conſpectu ſancti dyoniſij ſupra ſequanam ponte: caſteldunum propere ſe contulit. At burgūdus aſſumpto carolo rege: atqꝫ dalphino:ſtampas mouet:oppidūqꝫ occupat. Premiſit inde puiſetum belſie oppidum cum duobus hoīm milibus iacobum marchie comitem in

quem barbazanus cum gaucurto quadringentibus militibus ſtipatus ex aurelianis adueniens:comitē capit. captū in arce bituricenſi ſeruat. Reliqui audito comitis infortunio ſtāpas ad burgundū redierunt. Qui vna cū rege ⁊ dalphino ad pariſios ſe cōuertit: dimiſſo domuz exercitu:angliſqꝫ.

¶Duces aūt biturix ⁊ aurelianus aīaduertentes burgundū auxiliares ſibi feciſſe anglos: ⁊ nunc dimiſiſſe:albretū confeſtim ad henricū anglie regē ire iubent: qui auxilium ab eo petat. Audiuit nō illiberaliter anglus albretum:⁊ thomā filium ſuū clarētie ducē ⁊ cum eo eboracenſem:iohannē quoqꝫ cornubieñ.cū octingentis equitibus ⁊ ſagittarijs mille in franciā ad duces mittit.

¶Interea dū hec aguntur:iohannes burgundus conceperat animo bituriges obſidere:atqꝫ ob idipſuz dñm de hely cum bona militū manu linieras premiſerat. Quod vbi dux borbonius accepit ex bituricenſi ciuitate ſub lucem mouens:copiarū ductorem inuadit:ſꝫ dilapſus in arcē ſuos prede borboniorū obiecit. At burgundus aſſidue regem dalphinūqꝫ ſecū ducens: dum de obſidendis biturigibus cogitat: dunū regium ſexto a biturigibus lapide ſemotum imprimis capit. Deinde poſtqꝫ ad vnam ciuitatis portam dies quadraginta fruſtra cōſedit. Alterā que ſancti priuati dicitur circūuallat. Eo ad eum ſe contulit cum ſexcētis militibus ſicilie rex ludouicus qui partium eius erat. Ceterum vbi dalphinus certum de anglorū aduentu nunciuz accepit: molitur priuſqꝫ ſe cū biturigibus hoſtis cōiungeret diſcordias cōponere:itaqꝫ ꝯuenientibus ad colloquiū apud rochas non lōge a charitate principibus:cū ſe vanterāvbi rex agebat cōuenire promiſiſſent nō cōparuere: ꝓpterea ꝙ delatū eis fuerat ſi eo proficiſcerent capiendos fore ⁊ antiſſiodorū in cuſtodia mittendos: et tandē necandos. Tanto aūt flagitio cum petrus eſſarus magnopere repugnaret de re ipſa duces certiores effecerat. At angli ligere traiecto audiētes principum reconciliationem cum nemo illis ſtipendiū ſolueret: bellumlocum cum monaſterio populantur ⁊ abbatem captiuū abducunt: angoliſmorū p̄terea ducē. Quē in angliā miſſuz: centū miliū librarū pecunie loco que eis debita eſſe dicebāt obſidem tenuerūt annos duos ⁊ triginta. Erat autem ducis aurelie frater.

¶Burgundorum factio coneſtabilē eo tempore ſancti pauli comitem inſtituerat:q̄ apud ſanctum remigiū de planis normannie vicum gaucurtum prelio ſuperauit: quadringētis alterius factionis occiſis. Anno ſalutis. M.cccc.decimotertio. Quo anno lanij ⁊ carnifices pariſiorū quos ſcoriatores illa etas appellauit autore burgundo ſeditione facta ſymonez cabocheum ⁊ iaqueuillum cum iohanne trecenſi medico ſibi ducem preficiunt: atqꝫ his ductoribus ad ducis aquitani edes profecti complures ex aulicis quos nomine ſcriptos habebant furentes ſibi tradi petunt Eius clamoris cauſas neſciens dalphinus:ad burgundū qui coram aderat orationem vertens:familiam inquit meam quam hic furens populus depoſcit tue fidei iohannes ducendam quo voles committo: donec ferocia hec deferueſcat. Recepit burgundus ex ducis familia quos carnifices voluerunt eoſqꝫ domum ſuā preſens duxit. Eodem die petrus eſſarus qui ſancti anthonij propugnaculo preerat fide a burgūdo accepta ꝙ nullo incommodo vexaretur propugnaculo egreſſus captus ⁊ in vinculis habitus eſt. moxqꝫ propugnaculum recipientes latrimolus ⁊ enguerrandus bournouillus cuncta que eſſari erant predantur ⁊ exportant. Prehenſionis eſſari cauſas burgundus in vulgus diſſeminat: illum regijs officijs abuſum cōtra leges eſſe. Monetam diminuiſſe ex quo furto peculiū ſibi ingens diuitiaſqꝫ comparaſſet. Pulchre equidem in prouerbio galli habent:eo tempore canem rabie maxime agitari cum illum paterfamilias mactare decreuit. Ducitur ad ſuppliciuz eſſarus ⁊ capite plectitur. Obtinuere tamē amici vt ſepulchro inferretur quod apud diui maturini pariſienſis edem iuxta primarium altare viſitur.

Burgūdi iohānis nequicia.

Eſſarus necatur

¶Nec ſatis burgundo fuit iacobum riuerium equitem nominatiſſimum in vinculis interijſſe vel(vt creditum eſt)trucidatum eſſe niſi etiam mortuo caput fuiſſet amputatum. Necatus eſt preterea petimenillus ex ducis aquitani familia genere illuſtris. In nobiles quoqꝫ feminas:que regine famulabantur carnificum ſeuitia graſſata eſt: burgundo auctore: cui maxime aſſentabatur iaqueuillus publicam adminiſtrationem affectans.

¶Sed hec flagitia non ferentes henricus de marla primus parlamenti preſes: ⁊ iohannes iuuenellus aggregata ſibi ciuium non imbecilli manu:regez dalphinumqꝫ adeunt manifeſtantes preſentis temporis iniquam conditionem: necis plena omnia eſſe. Apud perditos homines regnum atqꝫ imperium extare.

¶Magiſtratibus tantum licere:quantum illi permitterent: ducem aurelianum vernone cum ſuis in armis eſſe:qui concordiam bonis legibus non recuſaret. Periculis niſi occurratur rēpublicam peſſum breui ire. Preſidentis oratione excitus dalphinus ducibus biturige et borbonio accerſitis : vna cum populo qui ad eum conuenerat egreſſus : familiam a ſe abductam et regine feminas recuſante burgundo)vinculis emittit. Carnifices autem dalphini potentiaꝫ metuentes:hac atqꝫ illac diſperſi in burgundi terras perfugerunt Nec cunctatus dalphinus aurelianum ducem ad ſevocat. Quod poſtqꝫ burgundus accepit:veritus ne adueniens hoſtis de paterna nece iudiciuꝫ poſtularet:ciuitate abire conſtituit :explorans quo id modo ſine ſuſpitione facere poſſet. Itaqꝫ per carolum ſaueuſum regi admodum familiarem regem venatū in bondiſium ſaltum educit:quo cū ⁊ ipſe pergens animū induxerat in picardiā regem traducere. Sed ſtipatus rex magna pariſienſiū ciuium manu abduci non potuit: atqꝫ ita burgundus per compendium ſueſſioneqꝫ iter faciēs preſidijs impoſitis artheſiū petit.

¶ Interim aurelianus adueniens pariſij hibernauit:cui ſe belli ⁊ pacis ſocios Ludouicus ſicilie rex ⁊ dux andegauus coniunxerūt:remiſſa burgundo filia quam Ludouici filius deſponſauerat. Et quo amicitie arctius vinculū eſſet:Carolus regis filiorum quartus Mariam andegaui filiaꝫ accepit vxorem.

Sueſſio diripitur

¶ Principibus mutua amicitia conciliatis:rex compendium quod a burgundo preſidio tenebatur:recepit. Inde Sueſſionem ducens:qꝛ(dum ciuitas oppugnatur) Nothus quidam ex Borboniorum familia ſagitta iugulo ictus interijſſet:Sueſſio in predā militi data ē. Nec ab eccleſijs temperauit furor militaris. Sueſſione direpta Carolus laudunuꝫ ſe cōtulit Quo niuernenſis comes burgundi frater adueniens regi fideꝫ dat: nullo tempore ſuppetias laturum fratri. Profectus inde rex ad ſanctum Quintinū viromandorum validiſſimum oppidum nuntiū accipit de burgundorū aduentu: quos iohānes ade attrebatū venire iuſſiſſet aduerſum quos prodeuntibus barri borbonijqꝫ ducibus cum alenconij atqꝫ armigniaci comitibus. Captis inter fugandum aliquot burgundis ⁊ guydone de barro: reliqui tandem attrebatum peruenere. Quo rex mouens obſidione attrebatum circūcingit. Demum per hollādie dominam que burgundi ſoror erat rebus compoſitis:rex pariſium remeauit.

¶ Eodeꝫ tēpore apud conſtantiam rheni ciuitatē ſynodus vniuerſalis habita eſt. Ubi iohannes vigeſimuſtertius ob crimina ſibi obiecta in inſula marci prope conſtantiam cuſtodie traditus pōtificatu priuatur. Nec mlto poſt gregorius duodecimus ⁊ benedictus duodecimus qui ſe pōtifices pertinaciſſime predicabant dignitate pontificia ſe abdicantes liberam eligendi pontificem poteſtatem concilio prebuerunt. Electuſqꝫ eſt otho colūna qui martinus quintus appellatus eſt. Poſtqꝫ annos quattuor eccleſia vero paſtore caruiſſet. Et venientes ab henrico anglie rege ad Carolum oratores cum peterent catherinam Caroli filiam ſuo regi dari vxorem:reſponſum acceperunt non eſſe carolo ocium huic rei animum intendendi:qꝛobrem diſcedere in angliam parati oratores duci ſe harfleuꝫ petunt:non ꝙ breuior(vt ipſi ſimulabāt) per eum portum nauigatio eſſet: ſed reuera qꝛ nouerant Henricum claſſem ad traiciendum in franciam exercitum inſtructam habere:cupere propterea locum exploratuꝫ ſibi eſſe vt portus naturam munitionemqꝫ ſuo regi referrent. Non multo poſt tempore henricus harfleum adnauigat.

¶ Ubi ſtoteuilla arcis beluacenſis prefectus:baqueuilla ⁊ lyonetus braquemontus preſidio affuerunt concedente paulo poſt ad eos gaucurto.

¶ Aſtabat ad ſubſidiuꝫ apud caudebecum cum mille quingentis equitibus bouſſicaudus:apudqꝫ honfleum:que arx in cōſpectu harflei ſita eſt: agebat cum totidem armatis Albretus coneſtabilis: vt egreſſos nauibus ad frumentationem ⁊ pabulationem anglos prohiberent:atqꝫ interciperent.

¶ Sed nichil commeatus diſcedens domo henricus omiſerat.

¶ Adeo enim rebus neceſſarijs claſſeꝫ oppleuerat:vt nichil foris petendum eſſet Itaqꝫ tam pertinaci obſidione franci circumſepti Harfleum hoſti dedunt. Ea lege:vt tunc liberi facti ſi priuſqꝫ Henricus Caliſium repeteret a francis non inuaderetur: ſe captiuos ipſi Caliſij repreſentarent.

¶ Relictis ad Harflei cuſtodiam preſidijs Henricus Caliſium verſus cum ſuis contendit.

¶ Id poſtqꝫ coneſtabilis Albretus cognouit: Carolo indicat.

¶ Igitur mittuntur per omnem franciam nuntij qui nobilitatem ad arma vocent aduerſus anglos quibuſcum priuſqꝫ artheſio abirent prelio decertare Carolus conſtituiſſet. Interim albretus et bouſſicaudus mareſcallus abbatiſuillam petentes quindecim totos dies anglum tranſmittere ſomam amnem prohibent.

¶ Deniqꝫ inuento inter Corbiam peronamqꝫ traiectu :amnem henricus tranſmittit. Indignati propterea franci ꝙ hoſtis ſine vlla concertatione ab eis dilaberetur: duces barri atqꝫ borbonij et niuernenſis comes anglo diem ad preliandum per caduceatorem dicunt.

¶ Qui rem ſibi acceptam eſſe ſimulans:preliandi ſe poteſtatem facturum eſſe promiſit. Sed fefellit henricus expectantes francos:⁊ per bellamquercum caliſium petere properabat. Qua re cognita duces viam hoſti precludunt:atqꝫ ad regem qui rothomagi erat mittunt precantes prelio adeſſe curet. At biturigum dux non contentus totis copijs vno in loco pugnam indictam

eſſe memorqꝫ cladis apud pictauos accepte carolum rothomagi continuit ſatius eſſe dictitans prelio tm̄ vinci qꝫ et prelium vna cum rege amittere. Nichilominus franci caſtra apud blangium metantes hoſtē vltra progredi prohibebant parati omni modo manu prelium cōſerere. Uerum anglus impetratis vſqꝫ craſtinum inducijs acies interim inſtruxit. Uenit interea ad francorum exercitum aurelianus dux cum duce brabantino confluentibus inſuper vndiqꝫ militibus francis. Prius tm̄ qꝫ acies procurrerēt duces ad hoſtē miſere guyſcardū dalphinum hugonem de traſſy ⁊ petrū de hely ſciſcitatuꝫ quid daturus eſſet: ſi liber abire in angliam permitteret̄. Reſponſi(preter aurelianum ducē)nemo conſcius fuit Ad inſequentē aūt modum ſuas franci acies ordinauerūt. Primam frontem agebant albretus ⁊ bouſſicaudus mareſcallus tria equitum milia habentes. Hos ſequebantur in primis aurelianus dux cum ſexcentis equitibus:dux borbonius mille ducentos equites ducēs: edouardus dux bari ſexcentis militibus ſtipatus: niuernenſis comes mille ducentorum hominū ductor. Poſt hos ordine compoſito incedebant robertus barrenſis et daumallus comes cum quadringentis eq̄tibus. Comes deu trecētis preerat. Totidē ducebat vādemōtus comes. roſſius comes ducētos. Aderat quoqꝫ brabātinus comes quē hānonienſes ſequebant̄. Nā ex ſuis perpaucos eduxerat. Iohanni barrenſi lothoringi ducis fratri ducenti parebant. In ſubſidijs dextrum cornu richemontus comes ⁊ cum eo ſexcenti equites tuebantur. Siniſtruꝫ vindocinenſis comes totidem ſtipatus armatis aſſeruabat. Armatorum ſumma nobilium decem milium fuit preter peditum ⁊ humilis cōditionis hominum ingentem multitudinem. In anglorum exercitu mille quingentos equites ⁊ peditum ſagittarioruꝫ octodecim milia eſſe fama referebat Ordinatis aciebus albretus validam equituꝫ manum anglos adoriri imperauerat:ducibus gaufrido bouſſicaudo:grauilla: trimolo:helipueto brabantino:iohanne dengeno: aleammo champeo:roberto thralo: ⁊ pichone de turre. Qui protenus mouentes neglecto albreti imperio ad primū conflictum fuge perpetuo ſe dedecore cōmiſerūt. Anglus aūt explorato francorum ſtatu:cum eos negligenter agere: quoſdam ad ignem(velut frigentes)torpere(id enim ſub extremo octobri menſe gerebat̄)alios per agrum palantes equos curare:⁊ ad paſcenduꝫ reducere quaſi hoſtem tam propinquum parui eſtimarent ipſe in incompoſitos ſigno dato repente ſuos educit. Mox atroci commiſſo prelio:cecidere francorum milia quattuor genere illuſtri. Anglorū quadringenti cum duce eboracenſi henrici fratre. In hoſtis poteſtatem viui venere aurelianus ⁊ borbonius duces:Comites deu:vindocinēſis ⁊ richemontus cuꝫ bouſſicaudo mareſcallo. Quos in angliam henricus captiuos duxit. Prelio non affuit dux britonum licet librarum centum milia ad ſtipendium militum a rege cum ciuitate maclouienſi accepiſſet:donatus inſuper eſſet aureo equo cuius frenum ſellaqꝫ gemmis plurimis atqꝫ precioſis ornata erant. Eius equi precium quinquaginta milium aureorū fuit. Blangiana clade affectus rex francus: armigniacum comitem coneſtabilē inſtituit hominem potentem atqꝫ armis ſtrennuū. Qui armigniacenſium copijs inſtructus:ad regeꝫ confeſtim venit.

¶ Per eoſdiem dies Iohannes burgundorum dux contracto exercitu cum trecas acceſſiſſet miſſis ad eum reginaldo dēgeno ⁊ iohanne maleſtreto brioci epiſcopo:offert carolus picardie adminiſtrationem ſi in anglos belluꝫ gerere non recuſet. His reſpondet ſe propterea veniſſe vt regem dalphinumqꝫ generum ſuum conueniat. Reuertētibus nūtijs rex cum hominē armatum ad ſe admittere nollet litteras illico ad vicinas vrbes dat:ne burgundū accipiāt. Latiniaci tamen qui ad ſequanam pariſienſis agri ſunt ducem ⁊ exercitum intra oppidum admiſerunt vbi ab idibus nouembrib⁹ vſqꝫ martij nonas hibernauit. Interim circiter dominicū natalem dalphinus obijt mortem tumulo apud diuam mariam pariſieñ. impoſitus. Defuncto dalphino armigniacus ⁊ tanguydus de caſtro pariſianus pretor ciuitatis cuſtodie deſignantur ⁊ carolus pontiniaci comes regis filius prefectus pariſiorum quem capitaneū appellāt inſtitutus: miſſis ad hannonie comitē oratoribus vt carolum qui dalphinus iam eſſet ⁊ cuius curā gerebat ad prefecturā obeundā pariſiū deduceret:modo burgundus abſit qui rerū adminiſtrationē magnopere affectabat.

¶ Tradūt hyſtorici ſigiſmundū alemannie imperatorem eodem anno qui fuit domini quadringēteſimus decimuſſextus ſupra mille ad carolū deinde ad henricum conciliāde pacis cauſa in caſſum veniſſe. Quo tempore apud valemontem armigniacus cum vicecomite narbonenſi anglos fugauit:quadringentis occiſis. Fugientem dorſeti comitem henrici patruelem:dum mareſcallus longuyacus incautius perſequitur:ducentos ex ſuis e conſpectu arflei amiſit. Sigiſmundus cū in anglia eſſet: venere ad hēricum nuntij de ſuorū apud valemontem cede. Eapropter animo eger atqꝫ indignabundus:

imperatorem de pace non audiuit.

¶ Interim male a francis aduerſus anglos nauali bello ad ſequane oſtia pugnatum eſt: duce vicecomite narbonenſi ⁊ montenaio. Eius incommodi cauſa in piquetū de haya ⁊ reuerium boulignum refertur: qui cū inſtruende claſſi: ⁊ ſoluēdis militū ſtipendijs prepoſiti eſſent: ſegniter agentes: nec militem nauibus impoſuerant: nec a terra aliquot onerarias naues ſubduxerant: cū in conſpectu hoſtis apparuit.

¶ A rothomagis inſuper ſeditio ſurrexit: occiſoqꝫ raolo gaucurto ciuitatis pretore: arcem ciues circumſederant: cuius prefectus erat iohānes borbonius pratelli dominus.

¶ Erat eo tempore andegauie dalphinus ad curandum funus ſoceri ſui ſicilie regis qui rothomagenſium defectione cognita: carnutum ſe contulit: vbi nuntium accepit: burgundos ſanctum florentinum obſediſſe. Igitur aduerſus illos guidonem torſeyum cū octingentis equitibus: et baliſtarijs mille confeſtim mittit. Occupauerant iam oppidum burgundi: oppidanis ſe illis ſponte dedentibus.

¶ Propterea franci impoſito arci firmiſſimo preſidio diſceſſerūt. Rothomagenſes autem cognito dalphini aduentu: demiſſiores effecti: ſeditionis culpam in milites trāſferebant a quibus quottidianis affecti eſſent iniurijs. Admiſſis rothomagenſiuꝫ excuſationibus: dalphinus eis veniam dat: inſtituto daumallo comite qui ciuitati atqꝫ arci preſideret.

Touqua arx ab anglis capitur

¶ Interea dum rothomagi hec a dalphino geruntur: angli ad touquam que validiſſima eſt in normannia arx: caſtris poſitis: eam timide ſegniterqꝫ ab ijs qui intus erant defenſam capiūt. Et burgundus eodem tempore nuntiabatur pariſium cū ingenti exercitu aduentare. Inter hec dubius dalphinus cui potiſſimum occurreret: decreuit pariſium proficiſci. Vix ciuitatem intrauerat ecce burgundus vāuis: ⁊ apud burgū regine caſtra facit. Armigniacus autem ⁊ qui cum eo pariſij erāt quottidianis illum eruptionibus laceſcentes: damnificanteſqꝫ caſtra mutare coegerunt. Propterea ad montemlericum mouens caſtellum certis conditionibus recepit. Inde in vaſtinium contendens: cum puſſiacum fruſtra obſideret: carnutuꝫ copias mouit quam ſciebat a dalphino recēter defeciſſe. Angli preterea cadomum falleſiam baiocas ⁊ ſanctum laudum ſubiugant. Nec ſtetit in fide coniugali regina: cauſaꝫ ſumens: ꝙ a dalphino atqꝫ armigniaco damnis iniurijſqꝫ offenſa fuiſſet.

¶ Nam cum grandem pecuniam diuerſis tēplis ſeruandam crediſſet: cancellario eius ⁊ Guillermo canteo ⁊ Johanne picardo ſcriba theſaurum prodentibus armigniacus: ⁊ prouincie preſes Johannes louuetus ea ſibi rapuerant. His cauſis excita mulier burgūdum ex carnoto acceſſit. Qui feſtinatiſſimis itineribus ad regeꝫ profectus a turonenſibus recipitur: captis theſauri proditoribus qui multaſſe pecunia redemerunt. Et cum iohannes vinonetus arci preeſſet eam nulla vi impulſus burgundo permiſit. Mox per turonorum loca diſpoſitis preſidijs: reginam cuꝫ filia eius catherina carnotum adduxit. Inde ioingny ſe contulit. Quem ad yonam amnem vſqꝫ cuꝫ ſexcentis ſupra mille equitibus perſecutꝰ armigniacus: qꝛ increſcentem ymbribus amnem tranſmittere non poterat retro conuerſus eſt. Senonenſes tunc temporis burgundoruꝫ partes ſecuti a rege defecerant. eam ob rem pariſiani duce tanguido eorum pretore ciuitatem illoruꝫ obſident. Qui circūſeſſione arctati: cum de deditione facienda obſides dediſſent: audientes ſubſidium illis a burgundia venire deditionem ad obſidum perniciē omiſerunt. Nam eorum obſidibus capita ſecuri percuſſa ſunt.

Auraicenſis princeps.

¶ In linguam occitanam per id tempus auraicenſis princeps burgunde factionis opinatiſſimus ſectator: expeditionem deſumpſit. In quem dum arueni viuarienſeſqꝫ arma parant: ipſe magnam regionis partē occupat: preter villam nouam ⁊ bellocarum.

Johānis villerij crudelitas.

¶ Anno deinde chriſtiane gratie. M.cccc.xviij. menſe mayo: iohannes villerius inſule ade dominus: trecentis bellacibus atqꝫ ſanguinarijs ſatellitibus ſtipatus noctu pariſiū ingreditur patefaciente ciuitatis portam perreneto clerico fabro ferrario: qui patri clauem ciuitatis ſuſtulerat. Iamqꝫ ad mediam ciuitatem nullo percipiente peruenerat cū ſuos clamare pacem ⁊ ſalutē burgundo villerius iubet. Ad pacis nomen ij qui burgunde factionis erāt excitati: andreana ꝓtinus cruce deſumpta (id eñ erat eius factionis ſignum) villerio ſe adiūgunt. Aurelianorum vero partium ſtudioſi: abditis locis vtcunqꝫ melius poterant ſe credebant. Ea perſecutione cognita dalphinus ⁊ qui cum eo erant in ſancti antonij propugnaculo ſe recipiunt. Erant autem cum iohanne villerio veteres regij officiales ⁊ miniſtri qui magiſtratu fuerant amoti: qui ad regem cum villerio venientes: innouata cum eo familiaritate atqꝫ beniuolentia: hominem mentis impotem equo impoſituꝫ per vrbem circūducunt ad populi fauorem ſibi conciliandum. Nec mora in omnes quos ſibi hoſtes eſſe arbitrarentur deſeuiunt. Atqꝫ in primis armigniacum: henricum de marla francie cancellarium: comitem de grandiprato: ⁊ ꝙ̄plurimos varie dignitatis ⁊ potētie hoīes quos in cuſtodia diuerſo carcere

Cedes.

deſtinebant: interimūt. Nā miſſo ad eos lictore: cū perditis hominibus qui ex agris ad eos defluxerant: eos e feneſtris vel pinnis precipites in pauimentū deſilire compellebant: Johāne burgūdo pariſij agente. Auctoribus quoqꝫ quē dixi villerio: iohāne lucēburgo: carolo de lens/claudio caſtello: ⁊ guidone barrenſi. Interemptorū per hanc tyrannidem numerus milium quattuor fuiſſe relatū eſt. Cauſa necis ſatis erat alterne miſerationis ſignū aut ſi quis ſua perdidiſſe quereretur. Nam qui regis erant armygniaci/qui burgūdi: burgūdiones per ignominiā appellabantur.

Inſolēs miles.

¶ Dalphinus autē cū ex ꝓpugnaculo ſancti antonij meldunum perueniſſet: accitis belli prefectis: petrus de rieux mareſcallus francus ⁊ barbaſanus/ cōpluresqꝫ alij armatorū ductores ad eū profecti ſunt. Quibus cū propugnaculū antonianū repetens: tentat pariſios recuperare. Progreſſi itaqꝫ ꝑ ſancti antonij militarem viam iā ad bauderij portā venerant: cū domos ciuiū ingredientes/predas agere miles cepit. Quāobrē irritatis in ſe ciuibus cepto deſtiterūt. Et dalphinus ſpe recuperande vrbis depoſita/meldunū redijt. cōmittitqꝫ tanguido campanie ⁊ brie finitimaꝝqꝫ vrbiū adminiſtrationem. Inſtituit quoqꝫ lingue occitane rectorē comitē fuxi. Qui magiſtratu adepto nihil moratus: contractis copijs auraicenſem regione ad nymatenſem vſqꝫ vrbem et ſancti ſpūs pontē extrudit. Interim dalphinus in turonos ꝓgrediens ciuitatem recepit: ciuibus nullo dāno affectis.

Proditio ab ancilla.

Hyrus.

¶ Preerat ꝑ hos Cōciaco caſtro petrus de ſantatrila vaſco/cētum equites habens. Quem ancilla quā ſibi ſeruientē domi habebat hoſti (vt ꝓtenus dicam) ꝓdit. Erat in vinculis homo ancille notus. eadē qua mulier patria ortūdus. Hec cū ad captiuū interdū verba faceret: Captiuus fidem interponit ſi ſe liberaret: eam in vxorem accepturū. Ancilla ſpe nuptiarū ducta: ſub puluinari quieſcētis dñi claues arcis noctu ſurripit. Et carcere recluſo vinctiſqꝫ emiſſis: illi ad prefecti cubiculū irrūpentes hoīem iugulant: atqꝫ opibus direptis arce potiunt̄ accerſito feſtināter iohāne lucēburgo: qui in viromandia agebat. Illuceſcente ſole petri milites ſolitudinem arcis e ꝓximo vico admirantes: inſcenſis equis pars montē acutum/ pars guyſam in Terraſcia petiuere: duos preficientes ſibi belli duces: ſtephanū Vignolum qui ⁊ hyrus appellatus eſt: ⁊ Potonē de ſantatrila armis ꝑ omnē etatem inſtructos et apprime belli peritos. Qui mox in agrū Sueſſionū ducentes cū equitibus quadraginta tm̄ lōgauallum quadringentis militibus ſupbū fundunt. Eadem quoqꝫ fortuna vſi hectorem ſauenſum mille armatoꝝ ductorem in territorio laudunenſi ſuperauere.

Pōtiſara recuperata.

¶ Pontiſaram franci per id tp̄s ex angloꝝ ſubiectione funibus in muros ſcandētes noctu recuperarūt.

Rothomagus obſeſſa.

¶ Henricus aūt anglie rex: primo vere inſequentis anni: qui erat chriſtiane ſalutis milleſimus quadrīgenteſimus decimuſnonus rothomagum circūducto milite obſedit: occaſione accepta: ex ciuiū ſeditione qui prefectū ſuū claumalū comitē cū multa normannoꝝ nobilitate ciuitate expulerant: admiſſis burgundis cū duce eoꝝ guidone boutilerio. Septem totos menſes anglus obſidionē continuauit. nihil omittens quod ad expugnationē ꝑtineret. Nec minus cōſtāter obſeſſi reſiſtebāt. Ita vt cōmeatus penuria tabeſcētes muribus veſcerentur ſperantes vel burgundoꝝ vel dalphini ſubſidio ꝓpe diē iuuari. Sed neuter opem tulit. Nā burgūdus neglexit. Dalphinus aūt occupantibus anglis ſequane amnis aditus: ſuppetias mittere non potuit: ⁊ erat illi aliūde aduerſus iohānem burgūdum ſollicitum negociū cui copijs non ſatis potens obſiſtere nequibat. Igitur deſerti auxilio rothomagenſes in hoſtis poteſtatē venere

Burgūdi ducis cedes

¶ Interea burgundus diu varius animo: angloꝝ ne an dalphini amicitiam ſibi compararet: tandē dalphini partes ſequi conſtituit: hortantibus maxime Philippo ioſquino ⁊ Johāne tolonguo cū nobili femina dña de grat. Eſt oppidū cū arce vbi amnis yonam ſequana influit: cui monſteriolū nomen eſt: pontē ad vtrāqꝫ fluminis ripam habens cum ſublicio tabulato quod in porte formā ꝓ rerū et temporum conditione ſublatum viam precludit intrare vel egredi oppido volentibus. In eo loco dies principū cōuentioni dictus eſt. Congreſſuris principibus/ne ab aulicis alteraltrius principis tumultus oriretur. placuit tabulatū erigi atqꝫ obfirmari: et ad pontis caput oppidū verſus ex tignis et ſublicis tabernaculū extrui in quod cum ſingulis pricipibus dalphino atqꝫ burgūdo decē delecti proceres tantū introirent. Cōuentu inito: cum hinc atqꝫ hinc multa de preteritis iniurijs refricarent: ſubito excādens vnus qui cū dalphino aderat: Johannē burgūdum necat. Hic fuiſſe creditus eſt tanguydus de caſtro aureliani ducis qui Pariſij imperante burgūdo interemptus eſt maxime olim familiaris.

¶ Johanne necato: Philippus eius filius qui pariſij agebat anglis ſe coniungit. Carolumqꝫ regem cū regina et catherina filia quos in poteſtate pater viuens habebat Henrico anglo tradit: Pariſios quoqꝫ briam campaniam atqꝫ burgundiam adiungit.

Henricꝰ anglus catherinā caroli filiam duxit vxorem.

Quibus auctus henricus catherinam caroli filiam trecis vxorem accepit:non reclamāte populo qui ſpem acceperat libertatis cū tot potentes ad pacē cōiūctos pñcipes videret. Facile ſiquidē populus fidē conſtantiamqꝫ propoſita ſibi libertate cōmutat. ¶ Dalphinus dum hec aguntur in linguā ſe occitanam cōfert:vbi recepto vi ponte ſanctiſpiritus: ⁊ nymatenſi vrbe recepta:comitē fuxi magiſtratu amouet inſtituto in eius locū carolo borbonio claromōtenſi comite. Qui biterras a fuxenſibus occupatas mox obſedit cepitqꝫ. ¶ Dalphinus autez his geſtis ad bituriges turonoſqꝫ feſtinus acceſſit. ¶ Henricus vero ex trecenſibus ſenones adoritur:ſcotorū regem quē captiuū habebat ſecū ducens ratus ſcotos qui auxiliares dalphino venerant:captiui regis fortunam miſeraturos et cū eo in ſcotiam reuerſuros. Sed illi parui habito rege:dalphinū ſecuti ſunt. Subiugatis ſenonibus:moretum monſteriolumqꝫ capit.

Meldunum capitur.

Meldis capitur.

Inde meldunū circūcingens:latus oppidi quod ad ſiluā reſpicit anglus obſidet. Alterum vbi eſt diui petri templū burgūdi tenuerunt. In preſidio erat barbaſanus qui meldunum egregie tuebatur:qui tādem frumenti copia defectus:dedere ſe angloꝝ poteſtati cōpulſus eſt. Libertate inde abeundi oībus propoſita:preter eos qui Johānis burgūdi necis conſcij haberentur. Oppido recepto: quos voluit reos Henricus deprehendit:⁊ in primis barbaſanū ⁊ aliquot militū prefectos:cum alicuius noīs et potentie incolis quos pariſiū in cuſtodiam miſit. Meldem quoqꝫ paulo poſt anglus circūuallat et ſuppetias obſeſſis ferentem dauphemōtum dū in ciuitatē irrūpere feſtinat/capit. Deſperato ſubſidio: obſeſſi cum diſſidium inter ſe cōcitaſſent:deditionē faciūt:data poteſtate militibus abeūdi: preterqꝫ notho de vauru eiuſqꝫ vicario:quos henricus ad arborem vlmū que in via militari Pariſiū verſus ꝓcera erat:ſuſpendere iuſſit.

Henricus ex Margareta naſcitur.

¶ Paucis poſt diebus ipſe cum vxore in angliā traiecit. vbi pregnans regina henricū peperit. Quo tp̄e comes de pointieure britonū ducē captū in cuſtodia ſeruauit. ¶ Et clarentie dux henrici frater ex normannia andegauiam cū valida armatorum phalange profectus:caſtra apud belliſortum metatus eſt. Qui ex ſcotis frumentatoribus captis cognito inter prandendum:ꝙ apud baugeum franci cū ſcotis in armis eſſent: a cōuiuio ſurgens. Adoriamur inquit illos in noſtra ſunt poteſtate. Nec pedites vlli ſed equites tantū nos comitentur. Progredientibus anglis ad vicum cui paruus baugius vocabulum eſt:iohannem de cruce ſtrēnuū equitem gallum offendunt. Qui conſpecto hoſte raptim cum ſuis templū ingreſſus:offirmatis in hoſtem portis in turrim eccleſie conſcēdit.

Clocestire dux occidit.

¶ Vbi dū fruſtra clarentie dux ſedet:reliquos inuadere francos appropat. Precedebat aciem dux ſup galeam ſertum aureū gemmis honeſtatum portans. Quem in ſe irruētem franci inter primos necāt. ⁊ cum eo complures ꝓceres anglos. Captis comitibus hantitono et ſombreſſeto:necnō thoma beauforti ſombreſſeti fratre:reliqui fuga dilapſi ſunt. Qui cenomanū petentes cū effractum pontem comperiſſent:deſumptis candidis francoꝝ more crucibus ſe francos ſimulantes:ruricolas pontē inſtaurare compellūt:quos tranſmiſſo ponte protenus trucidarunt. ſeqꝫ in normāniam contulere. ¶ Interim dalphinus ex pictauis turonū veniens:comitē bouſcaudum ſcotum coneſtabilem creat:et aduerſus burgūdos ducens montēmiraldum gallardonemqꝫ in cenomania capit.

Seruereta oppidū capitur a francis.

¶ Ceterum henricus ex anglia accepta fratris ſui clarentie ducis morte:maioribus copijs eductis:druydes id eſt drocas capit:⁊ deinceps vindocinas adortus:baugentium contendit. Sed cū ad vada ligeris caſtris poſitis anglū tranſitu franci prohibent:henricus cōmeatu deſtitutus:ſecūdū ligerim iter faciens in belſiam exercitum ducit hortenſibus herbis atqꝫ holeribus tantū vitam ſuſtentantem. In ea regione reugemontem a ſe captum incendit:ſupplicio affecto cum ſuis cōmilitonibus arcis prefecto. Poſt hec ad villā nouā que ad amnem yonam ſita eſt contendens oppidum vi occupat:atqꝫ indevindocinas verſus ſe cōuertens:fame peſtilentiaqꝫ vexatus:quattuor ex ſuis milia amiſit:auiū ferarūqꝫ pabula:que per agros ſcilicet inhumata iacuerunt. His ipſis diebus Johānes foreſtanus rochebaronis dominus burgunde factionis:aruernos ductis in eos copijs varijs incurſionibus vexauit. Verū complures aruerni proceres ex anicio duce carolo perdriaci comite in hoſtem progreſſi ſunt. quos vbi venientes ad ſe hoſtes conſpiciunt:in oppidū quod ſeruerretam incole vocant ſe conferunt. Franci autem nihil cunctati proxime oppidum caſtra metantur. Interim caſtris egreſſus ſagittarius quidam:molendinū quod iuxta erat petit:quippiam prede ſperans. Nec diu moratus molēdino ignem intulit:quo mox oppido conflagrāte:burgundi partim ad perdriaci comitem et francos:veniam petentes confugerunt:partim cum foreſtano per montana rochebaronē petiuere. Quos perſecuti franci rochebaronem et alias que foreſtani arces erant receperunt. Conenſes autem qui ligerim accolunt cum a frācis obſiderentur:de oppido dedendo obſides tradiderunt ſi intra cōſtitutum diem ſubſidio non iuuarentur. Henricus opem conenſibus laturus morbo (quē fiacrij eſſe vulgus credit) corbolij decumbēs :non multis poſt diebus defunctus eſt. At nihilominus bethforti dux conenſibus ſuppetias tulit:⁊ franci acceptos obſides reſtituerūt. Ex conēſibus bethfortus dū bituriges adoriri contendit:audita henrici morte:ceptis deſiſtens in angliam :burgundi in burgūdiam redierūt. Inter hec belli incōmoda Carolus rex vltima nature perſoluit: apud ſanctum dyoniſium ſepultus. Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo. xxii. quo etiam anno Henricus mortem obierat.

Henricꝰ moritur.

Caroli ſexti mors.

¶ Eiuſdem compendij Liber decimus.

Trium proxime precedentium regum fortuna:aduerſitatis quidem atqꝫ miſerationis plena fuit. Sed queadmodū ſolidum et vegetum corpus male valitudinis non confeſtim ſentit incommoda:ita ſuperioris temporis locuples et diuitiarū oppletus populus tolerandis aduerſitatibus primū ſufficiens:frequētia tandem calamitatum attritus tabeſcere et quaſi obſtupeſcere cepit. Nam toto regno hinc a burgūdionibus:inde ab anglis mox ab his qui ſe rebus conſulere dicebāt ita tumultuabatur:vt dicere difficile eſſet:hoſtis ne:an francus plus damni miſerabili populo importaret. Eo quoqꝫ fortune iniquitas ꝓceſſit: vt Carolo eius temporis regi:de quo ſcribere incipio bituriges tantū parerent: et bituricenſis rex ipſe ab hoſtibus vocaretur. Que eñ militū cohortes et prefecti: ſparſis locis arces ⁊ aliquot loca tenebant:nullo ſtipendio ſuſtentati:ſicut ab hoſte cum poterant rapiebant: ita ab amico atqꝫ obtemperante pro eoꝝ libidine auferebant. Per has igitur malorū omniū tempeſtates carolus caroli ſexti filius rex appellatus eſt. Henricus preterea(patre henrico defūcto)regiū francie nomen vſurpabat:francie anglieqꝫ ſe regem publicis priuatiſqꝫ litteris: et forenſi ſigillo monetaqꝫ:quā nouam cudit appellans. Itaqꝫ cū ex vetuſtiſſima Edouardi tercij querela:tum ex ea quam nūc dicam cauſa francie regnū Henricus vendicare ſe iactabat. Itaqꝫ dum catherina Caroli ſexti filia henrico huius hērici patri nubit. he matrimonio leges dicte ſūt. Si pre hērico vita defungeretur carolus frācie regnū hēricꝰ adiret. Sin ꝯtra:⁊ ex Henrico virilis proles ſupſtes foret. Carolo deficiente henrici filius frācie principatū adipiſceretur. Nulla de carolo cuius nūc geſta ſcribere aggredimur legitimo licet herede mentione habita:tanqꝫ ad eum nulla regni portio attineret. Itaqꝫ in regia ⁊ primaria francoruz ciuitate henricus ipſe temporaria ambitione ſuperbiens ꝙꝙ in anglia vnū annū agens educaretur:regia appellatione atqꝫ adminiſtratione vſus eſt:ebetis quidem ingenij nec ſatis ad regiam maieſtatem idonei. Cui tametſi illuſtre exordiū fortuna cōceſſit:deſeruit tamē ⁊ vtroqꝫ tandē regno extruſum miſera ſeruitute ſeneſcētem affecit.

Carolꝰ ſeptimus rex.

Hēricus anglus pſeudo rex.

¶ Ad primas henrici glorioſas ⁊ faſtus carolus intentiore animo nixuqꝫ erectus:armis ius tueri:et hoſtem extrudere regno tentauit victis aliquādo:atqꝫ interdū vincentibus francis. Nuſqꝫ tamē ꝑ eos dies totis cōpijs pugnatum eſt. Sed vt caſu ſe milites offendebāt occaſione captata:repentina prelia cōmittebant. Inter que illud inſigne fuit quod a ſalſeberienſi et ſufforto anglis comitibus dūcranantū obſident cōmiſſum eſt. Vbi dū boucatius coneſtabilis et almaricus ſeueracus ſeneſcallus a carolo miſſi liberare obſeſſos magnis viribus contendūt duobꝰ ex ſuis militibus occiſis:ipſe coneſtabilis viuus capitur. Quo fere tempore aliud contraria admodū forte a iohanne haricurto comite daumalo apud broſſimeram aduerſus anglos quaſi ludente fortuna geſtū memoratur. Ex normānia duce Thoma poullo/angli profecti:incurſionibus ꝑ andegauēſem cenomanūqꝫ agrum factis:cum apud ſegreyum caſtrum aliquos dies caſtra habuiſſent obſidibus acceptis:captiuiſqꝫ abductis et abactis pecoribus :normāniam repetere conſtituerunt. In eo igitur viculo inſtructa acie ſe ſiſtens daumallus hoſtem expectat:premiſſis octoginta equitibus:duce ambroſio deloro ⁊ ludouico tromargo: qui hoſtis aduētuz explorarent. Quē vbi conſpexere animoſi in eum feruntur. Sed qui in prima fronte angli pedites incedebant:ſinguli ſingulos preacutos ſibi palos veteri ſuo more preſtituunt. Quare franci equites a pedite anglo ſenſim diuertentes in poſtremā aciem incurrunt. ita vt turbatis ordinibus peditem anglū ſimul cum equitibus pugnare coegerint. Interim aduenĩes cū ſuis daumallus:preliū acerrime cōmittit fuditqꝫ hoſtem:recuperatis obſidibus atqꝫ capti-

Haricurtus anglos vicit

nis cuꝫ milibus boũ duodecim. Ex anglis eo prelio quadringenti ſupra mille ceciderũt preter eos qui fugientes necati ſunt.

¶ Ex francis eques vnus auratus Johannes ruffus cum alijs paucis deſideratus eſt. Ex angloꝝ toto numero centũ omnino euaſere Capto in fuga thoma poullo et thoma clitone. Victoria potitus daumallus in normãniam per abricas ad ſanctum laudum vſqꝫ progreſſus: tandem in cenomãniam reuerſus eſt: preda onuſtus ⁊ gloria clarus.

Sedana ab anglis capit

¶ Per id tempus ſalſeberienſis comes anglus ſedanam brie oppiduꝫ circũſedit et expugnauit: occiſis inter oppugnandũ quadraginta francis cũ eorum prefecto guillermo marino: et totidem ex imperio comitis furcis ſuſpenſis.

Mõs ſancti michaelis obſidetur.

¶ In normãnia vero cum ſancti michaelis montem qui in eſtuario maris eſt britãniam verſus anglus circũuallaret turriculis ex materia ad militis ſtationem per motis ambitum extructis: magniſqꝫ nauibus et milite ⁊ cõmeatu inſtructis: ne quid ad obſeſſos importari poſſet mirabili rerũ penuria incolas affecit. Donec comparata apud ſanctum malum claſſe: bellifortus britonũ admiraldus anglos inuadere feliciter tentauit. Nam ita nauali prelio ſuperior extitit: vt anglis copioſo numero occiſis obſidionẽ diſſoluerit. Ab obſidione dimoti angli: ardonem tribus paſſuũ milibus a monte diſtantem fugientes: in eo loco ꝓpugnaculum quod baſtildam vulgus appellat extruunt. Ex quo in arenas frequenter progreſſi leuia cum ijs qui in preſidio apud ſanctum Michaelem erant prelia cõmittebant: donec Johãnem conlonceus normãnus eques (ſicut inter eum et michaelianos conuenerat) ſtatuto die adueniens: repertos in arena anglos ad ducentos occidit: Capto nicolao bourdeto anglo opulento homine.

¶ Venit eodem tempore rupellam comes glaſcueñ. ſcotus quinqꝫ armatorum milia ducens vt Carolo regi auxiliaris eſſet. Quẽ rex beniuolo affectu et multo honore ſuſcepit.

Pug[illegible]ap vernol[illegible]

¶ Dux autem bethfortus quẽ francie regentem anglicana factio appellabat yuerum normãnie arcem obſidens: poſtqꝫ menſes tres in negocio perſeuerat: giraudum loci prefectum eo neceſſitatis ꝑducit: vt intra definitũ diem ſi ſibi nõ auxiliarentur franci: arcem dederet. Quod cum giraudus regi per caduceatorem nũciaſſet: Carolus ex turonis Johãnem alenconij ducem deputat qui vna cum comite glaſcueñ. comite boucano: comite daumallo: ⁊ vicecomite narbonenſi bethfortum ab yuero propulſarent. Illi per carnutes magnis copijs iter facientes certi facti ſunt Giraudum arcẽ bethforto dediſſe. diuerſi igitur ab yuero: vernoliũ quã anglus tenebat capiunt: que cũ ad alẽconij ducis ius pertineret: eam duci reſtituũt. Ibi dum de futuro bello gerẽdo conſultãt: bethfortus in eos mouere nũciatur. Fuere qui prelium detrectarent: ſuperioꝝ incõmodoruꝫ non obliti: que et apud creciacum et deinde apud blangium franci accepiſſent. Alij quibus odioſus erat anglorum principatus preliũ ſuadebãt: dedecori illis atqꝫ timori datum iri: ſi ĩ proximo habentes hoſtem pugna abſtinerent. Nam ſi nullo cõmiſſo prelio inde abeant: fuge ſimilem diſceſſum eorũ eſſe. Vicit ſententia hec: que infelicem habuit exitum. Egreſſi vernolio franci: in proximo agro acies inſtruũt. Et vtriqꝫ cornu equitatus partem diſtribuunt. Bethfortus interim ordinato agmine incedens: mox vbi in conſpectu aſtitit: franci prelium conſerũt.

¶ Lombardi equites numero quadringenti quibus mandatum erat in primã hoſtium aciem irrũpere cum primos in fronte obuios fudiſſent prede auidi ad diripienda caſtra magis qꝫ ad feriendum hoſtem operam nauauerũt. Qui autem alteri cornu preerant eq̃tes franci cum ſe in primam ſagittarioꝝ frontem intuliſſent: anglos fundũt/ diſſipant/ occiduntqꝫ. ita vt facile hoſtis exiſtimaret victoriam penes francos eſſe. Sed bethfortus ſuos reuocans et fortiter pugnare cohortatus: prelium inſtaurat francoſqꝫ euincit: Ex quibus cecidere glaſcuenſis comes cum filio iameto: Comes boucanus: daumallus: vicecomes narbonenſis: comes ventadorus grauilla: belſautus: carolus bonus/ antonius cahorſus malicornus: Guillermus de palude: alij preterea ad numerum quinqꝫ milium. Capti fuere alenconius dux et eius nothus: ⁊ traietanus francie mareſcallus. Potiti victoria angli vernoliũ recipiũt: dimiſſis libere francis qui oppidum tenebant.

Cenomanuꝫ capitur.

¶ Salberienſis poſt hec comes collectis copijs dum cenomanũ eius obſidende cauſa pergit: Guillermus porcus eques ex inſidijs quas non procul a ſagio poſuerat: in anglos inſiliens cõplures nullo ſuo damno interemit ⁊ cepit. Nihilo tamen ſegnius ſalberienſis preteriens cenomanũ duxit: quam tormentis labefactam tandem ſubiugat: data francis abeundi poteſtate: cũ ei mille quingentos aureos ꝑſoluiſſent.

¶ Mouit inde ad ſanctam ſuſannã eiuſdem regionis validum oppidũ. Cui ambroſius delorus prefectus erat. Dura obſidio fuit: quippe que et anglorum continua oppugnatione et francorum virili defenſione vulnerũ et mortis plena extitit: Habebat anglus tormenta nouem: quas bõbardas dicunt quibus oppidi muros cõtinẽter quatiebat: ita vt paucis diebus tantũ muri defecerit quantũ arcu emitti ſagitta poteſt. Igitur cõpulſus neceſſitate delorus deditionem fecit: duobus ſcutoꝝ milib⁹ ꝓ ſua ſuoꝝqꝫ libertate hoſti ꝑſolutis. Cepit preterea ſalſeberienſis arcẽ menam cui inhes nomen incole dicũt: cepit et feritatem bernardi quarto menſe poſtqꝫ eam circũſediſſet.

Arturus richemõtus ex anglia liberatus coneſtabilis a carolo cõſtituit.

¶ Liberatus ex eodem tempore ex anglorũ poteſtate arturus richemõtus comes britonum ducis frater: ad Carolũ qui andegauis agebat ex anglia venit: et ſalutandi regis et ei obſequendi cauſa. Quẽ perbenigne carolus habuit: eũqꝫ coneſtabilitatus dignitate affecit mortuo ĩ vernoliana pugna boucano qui eũdẽ magiſtratũ geſſerat. Paucis poſt diebus exactis Angli cũ ſanctã ianiã dirutum olim oppidũ ⁊ britonibus finitimũ inſtauraſſet/ poſito illic robuſtiſſimo ex ſuis preſidio: arturus coneſtabilis collectis viginti hominũ milibus: ſanctã ianiam circũſidere pergit. Dũ autẽ quattuor totas horas in oppugnatione cõſumit. Angli ꝑ poſticum que ad lacum oppido ꝓximũ eſt eruptione facta: eius partis inſultores partim pellũt partim interimũt: alios in ipſo lacu merſos extingunt. Igitur omiſſa oppugnatione cũ in caſtra franci reuertiſſent: exorto exercitu media nocte tumultu: oẽs deſertis caſtris tormentiſqꝫ reclamante arturo in ſua quiſqꝫ remeauit. In andegauiã tamẽ non multo poſt ducẽs guellerandũ cepit. Cõtra vero angli remetortũ arcem cenomanenſib⁹ abſtulerunt. Quã paucis poſt diebus ſableyus prefectus et belmanorius adiutore ambroſio deloro vi receperũt ⁊ deinde malicornũ.

Gyacus theſaurari⁹ demergit.

¶ Quo tempore gyacus inter regis conſiliarios primarius delatus ꝙ regis fiſcum theſauroſqꝫ ad ſuos vſus magis qꝫ reipublice vtilitatem diſpenſaret: arturi iuſſu capitur ⁊ in ꝓfluento demergitur.

¶ Obſidentibus per eos dies montiſargum anglis: oppidũqꝫ perſeueranti oppugnatione premẽtibus: mittit arturus ad obſidionẽ ſoluendam: equites armatos grauillam et gaucurtũ: ſtephanũqꝫ vignolũ hyrũ. Hi accepta forti militũ manu: dum ad mõtiſargum peruenere: effractis munitionibus quibus ſe hoſtis circũſepſerat plurimis occiſis anglos fugant.

¶ Non diſſimili fortuna apud ambrieras pugnauit ambroſius delorus aduerſus Henricum blancum anglum: ducẽtis ſupra mille armatis ſtipatũ cũ ipſe delorus centũ tñ et ſexaginta equites haberet.

Alenconij dux de captiuitate redit.

¶ Eadem tẽpeſtate alẽconij dux qui apud vernoliũ captus fuerat ex ãglia liberatus eſt: ſolutis ob redemptionẽ eius ducentis aureoꝝ milibus que partim preſto impendit: datis pro his que diſſoluenda reſtarent obſidibus.

Franci negligentes.

¶ Inter hec cenomanẽſes angloꝝ principatum peroſi: aliquot prefectis francis accitis eos in ciuitatẽ clam admittũt: comite doruallo atqꝫ albreto negociũ gerentibus. Hoſtes cognito francorũ ingreſſu in turrẽ (cui orbendelle nomen eſt) iuxta ſancti vincentij portã ꝓpere ſe recipiũt: mittentes feſtinanter ad Tallebotũ qui alenconiũ tenebat: vt ſuppetias illis ferat: dũ ſpes extabat recuperande ciuitatis. Tallebotus cui parate in armis copie erant audito ſuoꝝ periculo magnis itineribus cenomanos petit. At franci quaſi ſecuri rerũ ſuarũ: in diuerſorijs delicate ſe curantes quid hoſtis moliretur parũ aduertebant. Itaqꝫ veniẽs tallebotus et a ſuis receptus per eam quã ipſi occupabãt portã ciuitatem inuadit recepitqꝫ: exturbatis francis ⁊ ijs qui deditionis cauſa fuerant ciuibus ſupplicio affectis. Nec diu moratus tallebotus pontorſonẽ a richemonto inſtauratã et valido preſidio munitam obſidet atqꝫ expugnat.

Aurelianum ab anglis obſeſſum.

¶ Aurelianũ quoqꝫ ſalſeberienſis comes et cũ eo tallebotus et comes ſuffocus contracto ingenti exercitu: anguſtiſſime circũcingit: edificatis ꝑ gyrum quattuor firmiſſimis propugnaculis quibus importari quicqꝫ in ciuitatem facile ꝓhibebant. Nam que ad ligerim amnẽ ſupra Aurelianũ infraqꝫ oppidaqꝫ ſunt anglo parebãt Fuit tñ aurelianenſibus animus ſemꝑ erectus: et anglice dñationis impatiens. Quibus preterea carolus rex qꝫ poterat maxime erat ſine intermiſſione ſubſidio. Et aureliani ducis nothus iohannes homo apprime militaris egregiã nauabat tuende ciuitati operam. Bouſſacus quoqꝫ francie mareſcallus: cum Stephano hyro ciuitatem cõtinenter tutabatur. Erant ea parte qua in belſiam via eſt: grandia ſuburbia et cõplures edes ſacre. Que omĩa frãci ne hoſti cõmodũ afferrent diruerũt. Angli vero ad alterã ligeris ripam ſuburbiũ cũ ꝓpugnaculo pontis occupabãt. Nõ tamẽ ita omĩa complectebãtur: quin inter propugnaculum grãde: cui londonie nomen hoſtis indiderat: et id quod ad ſanctum lupum erat multũ ſpacij intercederet: qua ad obſeſſos via patebat. Igitur vt laboranti ciuitati ſubueniretur: dux borbonius: ⁊ cum eo ſtruatus coneſtabilis ſcotus: doruallus preterea et ſtephanus hyrus collecto iuſto exercitu: dũ aurelianis ſuppetiari conſtituũt: nũcium accipiũt Johãnem faſtolum anglũ equitẽ cõmeatũ ex Pariſijs copioſum deſumpſiſſe: et ad eos qui in obſidione agebãt deducere: adiutore ſymone morhiero Pariſioꝝ pretore. Spe autem intercipiendi cõmeat⁹ adducti franci/ in iohannẽ faſtolũ iter conuertũt. Ea re cognita faſtolus ex tempore cõſilium ſumens:curribus atqꝫ vehiculis ſe ſuoſqꝫ nō procul ab Ieuilla belſie oppidulo circūſepſit:et relictis equis pedes pugnat. Idem ſtruatus ⁊ doruallus cū bona francoꝝ parte faciūt. Ceſſit faſtolo victoria ſtruato dorualloqꝫ cū ducentis ſuoꝝ occiſis. Borbonius vero aurelianū cōtendit. Per eam obſidionē ſalſeberienſis comes(ex ꝓpugnaculi feneſtra quod ad extremū pontem eſt)ciuitatis ſitum cōtemplatus. agitabat animo quonā pacto vrbem expugnaret. Cui vnus ex copiaꝝ prefectis ei aſſentans cum dixiſſet Quam here ciuitatem nūc libere conſpicere potes:lapis ex tormento a ciuitate incerto auctore emiſſus labrū feneſtre concuſſit.

Mors ſalſeberienſis comitis.

Cuius fragmenta in ſalſeberienſis faciē diſſipata mortem homini poſt inſequens biduū intulere. Haud tñ ſegnius angli in obſidione ꝑſteterūt:curante oīa diligēter guillermo glaſſida genere quidem non ſublimi ſed prudētia ⁊ rerū gerendarū peritia inter ſuos illuſtri. Lōga obſidione vexati aurelianenſes cōſiliū capiūt:qua ſe via ab hoſte liberarent: ſuadentibꝰ quibuſdā nulla deditione facta:pecuniā anglis dare. Alijs vero deditionē vtilem fore: ſi burgundo duci ciuitas permitteretur:qui franco genere ortus ſperaretur ab anglis aliqñ diſceſſurus. Potior hec ſentētia viſa eſt: miſſuſqꝫ eſt ad burgundū Potonus ſantrallienſis cū certis cōditionibꝰ. Burgūdus quidem(ſi bethfortus nō cōtrauenīat)ciuitatem equis ſe legibꝰ recepturū reſpondit. Mittitqꝫ ad bethfortum de re ipa nūcios. Audita legatione bethfortꝰ non ego inquit dumos ſenteſqꝫ diſcuſſi:vt alter auibus potiatur. Aurelianenſes ꝓ mea volūtate ſubiugatos recipiam:⁊ quas ꝑ totā obſidionē impenſas feci eas compenſabūt. Id vbi ad burgundū ꝑlatum eſt potonus re infecta aurelianū reuertitur. Et ab hinc cepit burgundus animū ab anglis aliqñ diſcedendi:quia eos videret glorie eius īuidere.

Iohāne puelle ad Carolū aduentus

¶ Erat illis diebus apud vallicorē annos viginti nata iohāna que patre iacobo darco:matre yſabella in vico dāpremo genita ob corporis ꝑpetuā integritatē puelle appellationē obtinuit. Ea rerum preſentiū aduerſitatibꝰ deo autore compatiēs/robertū baudricurtum oppidi prefectū:alioſqꝫ cōplures preſidij equites duce auūculo ſuo crebro adibat:eos admonens vt ad Carolum eam deducerent allaturam rebus deſperatis nō minimā opem. Mulierē baudricurtus parui a ſe eſtimatā iterū atqꝫ iterū aſpernatus:ꝑſeuerantē demū exaudiuit:datiſqꝫ puelle corporis cuſtodibꝰ eā ad regē duci iubet. Ad carolum veniens puella:tametſi nullo illū tempore vidiſſet:ipeqꝫ ceteris aulicis veſte minus ornatus ex induſtria eſſet:reuerenter tñ atqꝫ vrbane regē intuita:ſalue inquit generoſiſſime rex detqꝫ vitā tibi ꝓſperam deus. Cui cū ſe regē eſſe carolus ꝑnegaſſet:ah inquit puella:tu ipe rex es francoꝝ nobiliſſimus. Ad hec verba ſpem cepit rex cuiuſpiā fortune melioris. Itaqꝫ ſelectis prudentibus aliquot viris qui eam diligētius probarent. illa ſe ideo veniſſe conſtanter affirmat vt carolū in regnū reſtituat: deum ita decreuiſſe:vt ſe duce aurelianēſes obſidione liberentur:et angli francia tandem extrudant̄: ꝑducturā ſe carolū ad remos:vbi more maioꝝ ſacra vnctione liniat̄:de quibꝰ oībus oracula diuinitus accepiſſet. Tantū copijs opus eſſe quas illi ducēdas carolꝰ cōmittat. Et dū de alijs arduis ⁊ ad religionē chriſtianā ꝑtinentibꝰ multa accurate rogaretur:ſupra femīe ſenſum reſpondebat. ſiue eñ de diuinitate ſiue de bello quereretur:nō muliebriter ſed ſcite ⁊ quaſi perita loquebat̄:ita vt mulier admirationi eſſet multis. Perpenſo igitur cōſilio viſum eſt optimū factu eſſe:ſi auſpicio eiꝰ carolus ad bellum vteret̄. De importādo aureliam cōmeatu primū mandatū puella accepit:quam rayus et delorus auree militie equites valida armatorū manu ſtipati comitabant̄. Profectis bleſam obuij aduenīūt reginaldus chartrus remoꝝ pōtifex francie cancellarius:aurelianēſis nothus/Stephanus hyrus/alijqꝫ nō pauci electi milites. Cōmeatu curribus impoſito et milite inſtructo:ex bleſis per ſolonam Iohanna mouet. Atqꝫ poſtridie aurelianū verſus progreditur. Utebatur puella in expeditionibꝰ gladio quem hoc modo nacta erat.

Iohāne gladius.

Eſt templū in agro turonenſi diue catherine dicatū: genti regionis illius plurimū venerabile vbi donaria plurima atqꝫ vetuſtiſſima viſuntur. In eo templo antiquū enſem inter ſacras oblatiōes vtraqꝫ parte lilijs inſculptū extare Carolo iohāna patefacit:petens vt miſſo ad templū armorū fabro gladiū illi dono perferat. Admiratus carolus ſi templū illud aliquando Iohāna inuiſiſſet:percontatur mulierem qualiter id norit. Necqꝫ inquit puella locū noui neqꝫ humano ad hoc auctore vſa ſum. Deꝰ eſt qui reuelauit. Mittit rex opificem qui inuētum ad ſe gladium ferat. Profectus ad templum faber enſem inter ſqualētia alia arma rubiginoſum ad carolū perfert. Quo mox Iohānā rex donauit. Sed de anglis orationē perſequamur. Angli qui ad propugnaculū ſancti iohannis blāci erant francos venire audientes loco deſerto ad fratrū auguſtinenſiū edes que ad extremū pontem in diui laurentij ſuburbio ſpectant:ſe receperūt. Puella vero per medios hoſtes flumine tra-

ſecto quem vehebat cōmeatum in vrbem importauit. At quādoquidē victualia tenuia erant rayus et delorus cū ſuis bleſam remeantes ciuitatis periculū cancellario narrāt:cui niſi ſuccurratur venturā eſſe in hoſtiū poteſtatē. Et iohānes aurelianenſis nothus magnopere orabat laborantibꝰ ciuibus ſuppetiatū iri. Stetit omniū ſententia copioſiſſimū cōmeatū ad obſeſſos ferre et iter facere per belſiam qua parte obſidio ciuitatē magis vrgebat. Copijs igitur vecturiſqꝫ rite ad iter ordinatis frāci(dimidia que eſt inter bleſam aurelianūqꝫ via confecta) caſtra ponētes reſtiterūt:ſe ſuaqꝫ corpora curantes. Craſtino diluculo inſequentis diei cum ad duo paſſuū milia ciuitati ſucceſſiſſent Iohāna aſſumptis aliquot cū valida manu prefectis vrbe egreſſa:venientibꝰ obuiam pergit:atqꝫ ita exercitibus cōiūctis cū franci inferiores hoſte non eſſent:in conſpectu angloꝝ pretereuntes in ciuitatem recepti ſunt. Victualibꝰ ciuitate confortata Iohāna armis egregie inſtructa ad propugnaculū quod ſancti lupi appellabatur mouēs anglos qui in eo erant potenter oppugnat atqꝫ vincit:nemine ſuperſtite q̇ vel occiſus vel captus nō fuerit. Hec cum in cōſpectu maioris propugnaculi gererent̄: tentauere hoſtes eruptionē facere et ſuis auxiliari:ſed mox in propugnaculū ſe receperunt. Franci propugnaculo diſſoluto poſtq̄ in vrbem rediere multis coitionibus clam habitis an londonias propugnaculū oppugnatū irent:cōmunicato tandē cū iohanna conſilio illa ſuccenſēs nihil me inquit ꝓceres celaueritis potis ſum hec ⁊ maiora animo cōdita meo ſilere. Tacuerant ſiquidem proceres ne muliebri leuitate res in vulgum prodiret:qꝫ propugnaculum oppugnandū ſimularent:vt anglos qui ſalonā verſus in obſidione erant in alteram ligeris ripam allicerent dum ſuis auxilio venire feſtinarent:quibus a ſua ſeſſione mouentibus franci eoꝝ ſtationes occuparent. Nec iram iohanna poſuit:donec iohannes aurelianus nothus id quod conſilio definitum eſſet illi enarrauit. Cognito decreto ſententiā inquit puella laudo ſi opus reuera aſſit. Nam cū cordata eſſet et cōfidens deo mulier:multa que a prefectis de bello conſulebantur improbabat:nihil obſidionis tēpore ſiniſtre aut infeliciter gerens. Aderat eñ preliantibus ſuis armis inſtructa:equo vſa potenti et animoſo:in quē expedite inſtar expediti militis conſcendebat. Igitur multa animo cogitans:operepreciū cenſet ſi hoſtē inuadat qui ad extremū pontem ad ſancti laurentij ſuburbana ſedebat. Erant in flumine naues non pauce muris ciuitatis deligate:in eis multo milite impoſito ligerim tranſmittit. Copiaſqꝫ in continentem exponit:inſultum factura in hoſtem. Pugnatū illic eſt donec occumbēte fere ſole receptui ſignū puella dat. Regredientes in naues francos anglus adoritur. Eam ob rem puella ſuos cohortata hoſti reſtitit:propulſatqꝫ perſequēs eū vſqꝫ ad auguſtinenſiū edes:quas licet anglus munitiſſimas feciſſet:captas tamē fugato hoſte franci occupauerūt. Erat ad eū quem dixi pontem proxime auguſtinenſes turris ex quadrato lapide cum propugnaculo et foſſa:in eo loco fugiens anglus ſe recepit. Ubi excubias continua nocte habens Iohāna cum illuxiſſet propugnaculū oppugnare iubet:aſſerens tempus proxime adeſſe cū anglus vincendus atqꝫ regno expellendus erat. Dum hinc francus inſtat: illinc hoſtis acriter ſe tuetur: Iohāna in humero ſcorpione ex propugnaculo miſſo vulneratur: quo vulnere neqꝫ triſtior neqꝫ negligentior fuit:ſtans continenter ad foſſe labrum et militem fortiter agere admonens. Continuata obſidione cū adueſperaſceret:francus in foſſam omnibus partibus dilapſus in propugnaculū ſcandens vi expugnat:quadringentis anglis interemptis:cū prefectis tribus mollino Iohāne pōmaro et Guillermo glaſſida. Ceteri omnes capti in poteſtatē venere francorū. Hec a Iohāna geſta hoſtis qui belſiam verſus grande propugnaculum habebat proſpicere facile poterat. Caſu igitur ſuorū perterriti hoſtes poſtq̄ ab vrbe cāpanas toto claſſico velut in cōmuni leticia pulſari exaudiunt:mane facto magdunū(deſerta obſidione)confugiunt. Ad hunc modum diſſoluta obſidio eſt:et ciuitas ab hoſtis poteſtate erepta. Quod maximū momentū ad Caroli fortunā fuit. ¶ Tallebotus aūt egre ferēs ſe aurelianenſi circūuallatione fruſtratū damnū compenſaturus lauallum aggreditur arcem oppidūqꝫ nocturno furto inuadens. Cepit ibidem lauallū comitem:quem donec quinqꝫ ⁊ viginti ſcutorū milia illi exſoluiſſet in vinculis habuit. ¶ Interim Iohāna carolum regem ſollicitat maiores copias cogere et ſibi recuperare que in agro aurelianenſi ab hoſte occupabant̄. Uocato propterea ad ſe alenconij duce Carolus gergeum petere. Affuerunt mox Iohānes aurelianenſis nothus/ bouſſacus mareſcallus/ grauilla/ culautus admiraldus/ Ambroſius delorus/vignolus hyrus/et Guillermus bruſſacus:qui tametſi ſtipendio regio non iuuarentur:viſende tamē Iohanne cauſa quā diuinitus miſſam arbitrabantur:militare non recuſabant. ¶ Itaqꝫ gergeum profecti oppidum poſt octauum obſidionis diem expugnant. Nec multis interpoſitis poſt diebus magdunū auctis copijs Carolo iubente mouentes: pontem cum turri capiūt:poſitoq; preſidio:bogenciū protenus contendere. Audito francorū aduentu angli relicto oppido in arcem que eſt ad pontem ſupra ligerim amnē confugiunt:quā (dimiſſis libere abire anglis)franci receperunt. ¶ Recepta arce rumor per francorū caſtra increbuit Tallebotum ⁊ Johānem faſtolum cū quinq; anglorꝝ milibus apud ieuillam in belſia viſos eſſe:qui magdunū proficiſcerentur. Miſſis exploratoribus poſtq; id verum eſſe franci cognouerunt:compoſito agmine in hoſtem mouent:et apud patayum propter templum quod illic munitiſſimū erat caſtra metantur. Stabant in excubijs belmanorus: Ambroſius delorꝰ Hyrus: Potonuſq; hoſtis aduentum explorātes. Quos non longe cum iuſto exercitu ſequebantur Alenconius dux richemontus coneſtabilis vindocinenſis comes/Johānes aurelianenſis nothus:et Johāna puella. Angli vero dum viam pergunt: conſpectis francis ad proximū nemus iter conuertunt pugnandi locum ſibi idoneū captantes. At qui in excubijs erāt nullo ſe colligendi ſpacio hoſti dato:prelium cōmiſere:ita vt equitatum omnē anglorum in fugam coegerint. pedites quidem viſa equitum fuga in nemus et viculum qui iuxta erat dilapſi:nemoris beneficio vt quiſq; poterat ſe tuebantur. ¶ Interim alenconij dux acie inſtructa aduenit. Tria circiter milia hoſtium in ea pugna cecidere. captis ex anglorum nobilitate cum Talleboto q̄plurimis. Cum in Caroli poteſtatem venit ieuilla et alia quedam per belſiam loca. ¶ Menſe iunio inſequentis anni qui fuit chriſtiane gratie quadringenteſimus vigeſimuſnonus ſupra mille: Johāna puella Carolū conueniēs:iam inquit ſereniſſime rex hoſte ſuperior eſſe incipis. Multas vrbes atq; arces ex anglis ereptas tibi audientes videmꝰ nunc tue conſecrationis tempus aduenit. Diuine dignationi placet ad remos proficiſcaris: vbi more maiorum ſacra vnctione delibutus dyadema ſuſcipias. ¶ Qua vna re venerabilius franco populo tuū nomen erit:et hoſti formidabile. Nihil te perterreat ꝙ campania ⁊ relique fere belge omnes ab hoſte tenentur:viam tibi propiciatore deo parabimus. Tantū copias cōtrahe:⁊ dei decretū exequamur. Hec iohāne verba ſpem omibus magnam faciebāt propterea ꝙ vite puritate puella pre ſe ferebat ſanctitatem : et nihil muliebriter agebat aut loquebatur. ¶ Enimuero ſacerdotali confeſſione quaq; fere ebdomada conſcientiam purgabat:et diuinam euchariſtiam deſumebat. Igitur collecto apud Gyen non mediocri exercitu. Carolus remos per campaniam petere conſtituit:premiſſa cum aliquot prefectis Johanna puella : qui obſtantem forte hoſtem impedirent. ¶ Proxime antiſſiodorum Carolus cum veniſſet : prodiere illi obuiam aliquot ciues:ſed in ciuitatem non admiſerunt. Erat illis diebus trimolus qui multa apud regem auctoritate habebatur. ¶ Hūc ab antiſſiodorēſibus pecuniam accepiſſe cōſtans fama fuit:vt illis liceret induciarꝝ beneficio frui. Itaq; ciuitati nihil incōmodatum eſt:cibos exercitui miniſtrātibus incolis:dum preciū ſolueret. Preterita antiſſiodoro:Carolus ſanctum florentinū recepit:oppidanis ſe libere dedētibus. Trecas inde profectus poſt ſextum diem q̄ illic deſperata deditione ſediſſet. Laboratum eſt in exercitu fame:ita vt pleriq; fabis et triticeis ſpicis tantū milites veſcerentur. Rerum penuria cognita Carolus primores exercitus ad cōtionem vocans petit quid ipſi faciendū eſſe cenſerent. Nemo omniū fuit qui reducendum exercitum eſſe non diceret cum neq; cōmeatus neq; ſtipendium militi ſufficeret. Unus tamē Robertus maſſonus q̄q; ab hac ſententia non abhorreret : vellem inquit Johānam de hac re audire: que enim preſentis expeditionis auctor fuit:ipſa ſuis conſilijs paratū forte auxilium feret. Igitur vocata Johānaq; rogata ſentētiam:ad Carolū conuerſa. Si ego inquit quod verū teneo eloquar:an mihi rex credideris:id cum ſecūdo quereret. Tibi inquit rex:ſi quod profuturū ſit dicas credam. Trecenſes inquit puella tui ſunt et intra proximū biduū ſe ciuitatemq; tibi dedent. Credulus femine rex ſtare loco copias iubet. At iohāna confeſtim equū inſcendens quēq; militem cogit:ea que ad oppugnationem neceſſaria erant ad muros importare. Quod animaduertentes trecenſes loci antiſtitem cum ciuibus aliquot:et militum quibuſdam prefectis ad Carolum legant : ciuitatem dedituros ſi miles anglus inde abire cum ijs quos captiuos habebat libere permittatur. Conditione accepta :rex poſtridie trecas ingreditur. Egredientes vrbe hoſtes Johanna captiuos abducere vetat. Quorū redemptionis precium : ne fidei et poſite cum hoſte legi detraheret:rex exſoluit. ¶ Ordinatis apud trecas magiſtratibus:cathalaunos petit:qui eū cōmuni omniū leticia excipiētes miniſtros reipublice quos carolus inſtituit admiſerūt. Inde remos qui anglo parebāt adort̄ quos nulla vi recepit:letis ꝓculdubio ciuibꝰ ſuū regē excipere. Eo venere dux barrenſis et lothoringie: Cōmercienſis quoq; dominus : non paruas

Anglorū cedes.

Tallebotus capitur.

Initiū cōſecrationis caroli ſeptimi.

Antiſſiodorꝝ

Sanctꝰ florētinus.

Trecēſes.

Nota i rege fidem.

cathalaunū.

Remi.

---

copias ducentes:vt regi inſeruirent. Itaq; Carolus et vnctus et coronatus eſt a Reginaldo chartrenſi remorū antiſtite aſſiſtente puella que militare vexillū manu gerebat:nimirū exultans ꝙ ſe vna hortante carolus regni dyadema et ſacram vnctionem loco celebri atq; hmōi ſacris multos per annos ad id muneris deſignato recepiſſet. Sacratione abſoluta:relictis remis velliū iter agens oppido libere potitꝰ eſt. ¶ Nec ſueſſiones ſignū vllū rebellionis oſtenderunt. Simili quoq; modo per briam nōnulla fortia loca fecere deditiōem. ¶ Priuino oppido cū carolus ageret:bethfortus cū duodecim armatorū milibus ex pariſijs ducens corboliū acceſſit aīo(vt ipſe iactabat)pugna cū carolo conſerendi:id vbi regi cognitū eſt: priuino diſcedens ad caſtellū cui mota nomen eſt exercitum duxit:nō ob aliam cauſam q̄ vt anglo pugnādi faceret poteſtatem. At bethforto mens fuit pariſios repetendi. ¶ Conſtituerat carolus ſequana amne traiecto brayum proficiſci promittentibus oppidanis tranſitum ſe conceſſuros. Sed francis angliſq; concurrentibus eodem tp̄e ad ripam vt traijcerent:leui cōmiſſo prelio carolus ſuos tranſire prohibuit. Exactis poſt non multis diebus caſtrūthiericum profectus: mox per valleſium creſpeiūq; preteriens:caſtra in campo iuxta dāmartinum ponit. ſpe aīoq; erectus pariſium recuperandi. Cognito ꝙ ad ſe carolus aduentaret bethfortus ad vicum mitriacum copias educit:ſex a dāmarto milibus paſſuum diſtantem. Ubi loco natura munitiſſimo militem continet. Premiſſis aliquot equitibus duce ſtephano hyro qui anglos adequitarent:vbi reſciuit hoſtē loci munitionibus conſidere:carolus ſuos vltra ꝓgredi vetat. Bethfortus autem pariſium citiſſime reuerſus eſt. Miſerat per hos dies carolus ad compendium beluacēſeſq; nōnullos ex ſuis fidiſſimos exploratū quo in ſe aīo incole eſſent. Cognouerat q; illos cupere maxime ab anglorum ſeruitute liberari:eiq; obtemperare qui verus rex eſſet. Proinde baron ſiluanectenſis agri vicū vt cōpendiū peteret ꝓfectꝰ:cognoſcit bethfortū maioribus copijs auctum in ſe ducere. ¶ Petruelis ſiquidem henrici anglorū regis per ſuperiores dies romanus cardinalis a pontifice romano legationem ad anglos receperat pecuniā militēq; cogendi aduerſus bohemos:qui de criſti doctrina et fide non recte crederēt. Qui milibus quattuor armatorū in galliam traductis ſe cū bethforto cōiunxerat in francos arma cōuertens q̄ in chriſtiane religionis hoſtes ſimularat accepiſſe. Igit̄ vt de bethforti acceſſu certior carolus redderet: Ambroſium delorū cū viginti tm̄ equitibus exploratū quid apud hoſtes gerat̄ mittit. Qui iter ingreſſus videt procul denſiſſimū puluerem in aerem ferri:nec dubiꝰ fuit id progredientis agminis indicium eſſe:moxq; paulo vltra pergens anglos manifeſte conſpicatur:idq; per caduceatorem carolo feſtinanter renūciat. Ea re cognita Carolus acie ordinata ſiluanectum iter facere conſtituens apud montēpiliolum qui mons contemplationis aliquando dictus eſt cum veniſſet:redeūte ambroſio deloro:accepit anglos barronē ducere per riuum qui ex ſiluanecto perfluit:ſed eos magnopere impediri vadi āguſtia per quod vix bini euadere poſſent. In ea traijciendi difficultate ratus Carolus hoſtem intercipi poſſe:primam aciem incedere iubet. Sed iam magnā ſui exercitus partem anglus trāſmiſerat:q̄obrem carolus ſuas acies in conſpectu hoſtis habuit:moxq; leuibus cōmiſſis digladiationibus. cum ſol ꝯdere ſe inciperet:angli ad ripam fluenti caſtra poſuere:aggere vallo ſudibuſq; ſeſe muniētes. Habentes preterea a tergo lacū. Rex autem in monte piliolo ſuos continuit. Poſtridie cū illuxiſſet:carolus quaterna acie inſtructus in anglos ducit. Primā alenconij dux et vindocinenſis comes admīſtrabant. Secunde preerat dux barri. Tertiā ducebat rayus ⁊ bouſſacꝰ frācie mareſcalli. Quartā que ad excurſiones iſtituta erat ⁊ cui frequēter locū mutare neceſſe eſſet moderabantur Albretus iohannes aurelianenſis nothus iohanna puella et hyrus. Sagittariorū baliſtariorūq; curam gerebant grauilla et iohānes foucaudus lemouicēſis. Regis cuſtodiam borboniorū dux trimoluſq; receperant. Aciebus ad hunc modum inſtructis decretum erat anglos adoriri. Sed cognito q̄tum illis locus adiumento eſſet:leuibus aliquot prelijs ante caſtra vtrinq; cōmiſſis:cū neq; conuitijs neq; prouocationibus e caſtris excitari hoſtis poſſet:francus tandē ad hoſtiū caſtra proxime ꝓfectus:manu tandiu conſeruit:donec ad veſperaſcente et multo puluere celo caligante fuerit prelio deſiſtere coactus. Mane facto rex creſpeyum:bethfortus pariſium petijt. Biduo poſt recepit carolus compendiū:vbi prefectū poſuit Guillermum flauium loci indigenam. ¶ Eo quoq; beluacenſes conuenere regis poteſtati ſe permittentes. Idē fecere ſiluanectenſes qui miſſo ad carolum ſuo cū aliquot ciuibꝰ antiſtite ciuitatem dedere quo rex paulopoſt ſe ipſe contulit. ¶ Bethfortus preuidēs animo q̄ benignior fortuna caroli rebꝰ arrideret:pariſio abire conſtituens ludouicū luxemburgum morinorū epiſcopū quem francie cancellariū anglorū factio appellabat ⁊ iohannē rachetꝫ

Vellium.

Sueſſio

Priuinum

Brayum.

Caſtrūthiericum.

Improbus ſacerdos et ſacrilegus.

equitem anglū vna cum ſymone morhiero pariſianū pretorem ciuitati adminiſtratorem prepoſuit cum duobus armatorū milibus ad preſidiū relictis. Reliquum vero exercitū ad normannos ꝓfectus:cōpluribus ſue factionis locis diſpartiuit.

Sāctus dyoniſius

¶ Igr̄ cognito bethforti diſceſſu carolus ad ſanctū dyoniſiū ex ſiluanecto mouēs oppidū(excipiētibus eū ciuibus)ingreſſus eſt. Tertio poſt die franci caroli iuſſu ad vicū cui capelle appellatio eſt caſtris conſtitutis: cū ibi ꝑnoctaſſent:eruptione in eos a pariſiacis facta crebris prelijs concertarunt:non ſecꝰ ac ſi p̄ludia quedā armorū agitarent.

Pugna ad ſcti honorati pariſieñ portam

Repetentibus tandem ciuitatem pariſianis:franci duce alēconio ad ſancti honorati portam copias promouere: expugnantes confeſtim propugnaculū quod pro porta extructū erat. Qua ſpe adducta iohanna:ciuitatem quoqꝫ oppugnare preter omniū opinionem conſtituit. Eſt ab ea parte duplex foſſa ⁊ intervtrāqꝫ agger. In priorē neqꝫ aqua neqꝫ luto impeditam cum facile franci deſcendiſſent. Alterā foſſam ſuperare labor fuit propterea ꝙ latior et aque affatim plena eſſet. Importatam vndiqꝫ materiam cum iohanna in foſſam opplendam iacit:e muro ſagitta in crure percutitur:nec eo tardius in opere perſeuerat:commilitones perſeuerare cohortans. Nec potuit inde reuocari donec alenconius negocioſam mulierem per ſe reduxit. Signo receptui dato franci ad ſanctū Dyoniſium iter cōuerterunt.

Latiniacum

Quo tempore ex latiniaco ad carolū nuncii conuenere qui oppidum tradere pollicentur. Quare miſſus latiniacū ambroſius delorus oppidū recepit. ¶ Carolus autē e ſancto Dyoniſio digredi volens:ducem borboniū adminiſtratorem inſtituit earū ciuitatum quas a tempore ſue vnctionis in belgis receperat:relicto cum firmis copijs apud ſanctū Dyoniſiuꝫ vindocinenſi comite et cullauro. Atqꝫ inde latiniacū profectꝰ:mox montēargi preteriēs:ligerim traiecit. ¶ Abeunte carolo angli burgūdiqꝫ ſanctū Dyoniſiū recuperant: ſiluanectū petentibus ijs qui ex caroli inſtituto ad preſidium relicti erant. Mouit preterea hoſtis ad latiniacū copias. Sed egreſſus oppido delorus cum Iohanne foucaudo:ita hoſtem diſtinuit:vt nulla illi fuerit poteſtas proxime oppidū caſtra admouendi. Quare admirati reſiſtentiā hoſtes:pariſium remearunt.

Lauallum

¶ Cepere per id tempus lauallū tres normanni equites homerus bochetus et fererius adiutore multore quodam qui molendino preerat in amne marona qui proxime oppidū perfluit

Error militum.

¶ Et ambroſius delorus foucauduſqꝫ de capienda Rothomago clā conſultantes freti ope magni petri qui rothomagenſis erat:magna ſpe ducebantur intercipiende ciuitatis. Sed definita die cū iter noctu copie faciunt:tenebris falſi: alij rothomagum: alij alio errantes diuerterūt. Fuitqꝫ eorū inceptatio ad hūc modū irrita.

Solitudo ꝑ agros ⁊ vicoſ

Per eos dies miles francus qui in vrbibus recenter in fide caroli receptus erat:mirū in modū vexare incolas et ciues cepit nemini parens et in omnē rapinā diſſolutus. Qua iniquitate factū eſt:vt diffugiētibus colonis agri compluribus locis inculti remanerent:et que terre frugū feraciſſime erāt ſentibus ruſciſqꝫ ſqualerent in ſaltꝰ et ſiluas conuerſe:ingentes vici et ijdē populoſiſſimi ſine incolis dilabentibus ſtructuris deſerti vacuiqꝫ mox ferarū luſtra fuere. Que aiaduertens borboniorū dux domū ſe cōtulit relicto ſiluanecti vindocinenſi comite. Cui paulopoſt Carolus bouſſacū cū octingētis armis miſit p̄ficiens illū regioni quā borbonius reliquerat. ¶ Iohāna vero puella ſub eiſdē diebꝰ ſanctū petrū monſterienſem cepit:inde cū ad caritateꝫ copias promouiſſet:irritā obſidionē habuit amiſſis pleriſqꝫ tormentis machiniſqꝫ bellicis.

Caſtellū ſcti ſelerini

Erat caſtellū ſancti ſelerini in principatu alēconij ducis vetus et longe deſolatū qđ inſtaurare dux cū cepiſſet:aduocato ad ſe ex latiniaco ambroſio deloro:caſtellū illi cū valido p̄ſidio cōmendat. Recepto caſtello ambroſius mira admodū diligentia locū munit:nihil omittens qđ ad arcis cuſtodiā ꝑtinere arbitrareť. Verū enimuero angli priuſqꝫ munitiōes abſoluerenť:caſtellum circūſident. Preſſis obſidiōe francis delorus p̄cibꝰ ſuorū victus :ſimulata eruptiōe noctu cū quiqꝫ armatis chinonē ꝓfectꝰ ē:nūcians regi q̄ ad ſancti ſelerini arcē gerebanť. Quibꝰ cognitis:carolus copias ꝑ cenomaniā aduerſus anglos ire iubet. Id vbi anglus accepit oīa in celeritate ponens:arcē confeſtim acerrime oppugnat. Quod cū haud ſatis ꝓcederet:altera die obſidionē ſoluit. Idē quoqꝫ dū apud latiniacū facere aggrediť:intentiōe ſua fruſtratꝰ eſt: oppidū egregie tuentibꝰ foucaudo mareſcallo ⁊ quēnodo ſcoto equite. ¶ His diebus puella cū latiniacū acceſſiſſet:cognito ꝙ quadringenti ex anglorū copijs non procul a latiniaco in franciam cōtenderent:aſſumpto foucaudo et iohanne de ſancto albino et alijs ex latiniaci preſidio hoſtem adoritur:oīs ad vnū necans.

Puelle Iohāne fortūa mala apud cōpendium.

¶ Sed non multis poſt diebus diſſimilis apud cōpendiū fortuna illi fuit. Nam anglis burgūdionibuſqꝫ in cōpendij obſidione ſedentibꝰ:iohāna ſubſidiū obſeſſis ferens.cū oppidum ingreſſa eſſet:et paulopoſt eruptione in hoſteꝫ facta res nō proſpere ſibi ſuccederet:dū oppidum repetit et militum preſſura aditum precluderet

capitur a iohanne luxemburgo qui eam anglis venūdedit. A quibus hoſtiliter habita rothomagi cremata eſt odio videlicet nois franci: ⁊ ꝙ virili veſte femina viſa eſſet. Prius tñ q̄ ſententiam diceret hoſtis:frequēti foro ⁊ crebris cōſultationibus puellam tētat:de fide atqꝫ religione chriſti multa ſcrutatus. Arbitrabať eñ mulierē magia aliqua edoctā a carolo rege aſſumptam eſſe:⁊ ꝓpterea a catholica veritate aberraſſe:indignumqꝫ eſſe cui regnū debereť. Sꝫ ſupra femine vires fuit:pluribus cū hoſte(vt eſt nonnullorū mos)per aſſentationē ſentiētibus preualere. Q̄qꝫ ſe ⁊ queqꝫ geſſiſſet apoſtolice ſedis examini permitteret. ¶ Sexto ab obſidione menſe:laborātibus compendianis victualium penuria:iametus tyllayus cum centū equitibus oppidū laturus ſuppetias ingrediť. Eius loci Guillermus flauius cuſtodiam gerebat: ⁊ ei aſſiſtebat philippus gamacheus ſancti pharonis meldenſis abbas:homo genere illuſtri qui obſeſſis ⁊ animos faciebat ⁊ ſpem adijciebat victorie. ¶ Interim vindocinēſis comes et bouſſacus quingētis ſupra mille armatis contractis mouētes: turrē ligneā grandē in qua ſe angli obſidionis tempore recipiebāt:expugnāt. Dumqꝫ eam angli oppugnant:iametus eruptione facta alterā turrē que ſiluam verſus extructa erat:⁊ burgundionū preſidio tenebať:inuadit:qui cū quadringēti eſſent: vniuerſi interēpti ſunt. Hoſtis tanto damno affectus:nocte inſequēti deſertis caſtris atqꝫ obſidione diſſoluta:alter normāniā:picardiā alter remigrauit

Meldunum

¶ Eodem ferme tēpore meldunenſes occaſionē libertatis nacti:ab hoſte diſceſſere. Qui eniꝫ in preſidio apud illos erant angli atqꝫ burgūdiones:oppido aduerſus frācos cū exceſſiſſent: paucis in preſidio relictis:oppidani leuis cōtentionis cauſa aduerſus preſidiū ſuſcepta: arma capiunt. Erat tum melduni tubicen quidā vetulus qui carolo aliquādo ſeruierat. Hic rixe caſum intelligens ciuibus ſignū tuba dat reꝫ gerendi. Itaqꝫ fugatus oppido hoſtis in arcem ſe recepit. Melduneſes vero id qđ apud eos gereret̄ feſtinanter renuntiant gereſmo rhodij ordinis commēdatario: ⁊ dyoniſio challio qui eo tēpore in bria erāt cohortes aliquot militum habentes Hi nichil morati meldunū proficiſcētes:arcē poſt duodecimū circūſeptionis diem recipiūt. Neqꝫ pigritātes priuignū cum arce per idem tempus vi ab anglis extorquēt. Recuperāt preterea per briam regionē oppida atqꝫ arces cū corbolio ⁊ vicennis.

Cedes āglorum apud cathalaunum

¶ Et apud cathalaunēſes ingēs de hoſte cedes facta eſt. Itaqꝫ ducētibus anglis burgūdionibuſqꝫ octo milia armatorū vt per cāpaniā graſſarentur:⁊ predas agerent: Barbaſanus cathalauni tūc agens cognito ꝙ hoſtis apud diuā mariā de ſpina caſtra haberet:accerſitis vicinarū artium prefectis cum ſe iuſtum exercitū habere confideret:hoſtem adoriri feſtinat:miſſo ad burgū vignolum hyri fratrē nūtio: qui apud caſtellū farreyum erat:vt pugne adeſſet. Quo veniente acrior pugna cōmiſſa eſt ⁊ hoſtis ſuperatus.

Rex henricꝰ hērici filius pariſiū ex anglia venit

¶ Nondū ſub illis diebus henricus anglie rex:patre henrico defuncto in franciam traiecerat. Anno autē ſalutis. M.quadringenteſimo.xxxi. cū annorum eſſet duodecim multa nobilium caterua: copijſqꝫ ſtipatus pariſium aduenit:vbi magnis honoribus exceptus:in diue marie templo regni dyadema cardinalis viceſtrēſis miniſterio ſuſcepit. Hic enim cardinalis cū henrico eius gratia aduenerat. ¶ Duꝫ hec pariſij agunť:princeps auraycenſis a gaucurto q̄ dalphinatibꝰ preerat fugať multis burgūdionibus occiſis. ¶ At in bellouacis alia fortune conditio fuit. Darondellus eñ comes anglus conſtitutis nō longe a ciuitate duorū miliū armatorū inſidijs:premiſſiſqꝫ expeditis quibuſdā militibus qui beluacenſes ad eruptionē prouocarent: bouſſicaudū et ſantrallum vaſconē qui in preſidio erant ciuitate egreſſos adoriť: multoſqꝫ occidit eorū preſertim qui pedites ex bellouacis ꝯcurriſſent:quibuſcū ipſe ſantrallus interijt. ¶ Fuit ⁊ iniqua renato barri duci fortuna barbaſano quoqꝫ qui cū eo militabat. Nam apud barrū in obſidione ſedentibus cū accepiſſent valdemontenſiū comitē ⁊ burgundionū mareſcallum cū valida anglorum manu in eos aduentare relicta obſidione hoſtē vallo carriſqꝫ circūuallatum impetunt. Capiť eo prelio renatus ⁊ barbaſanus cū alijs plurimis necatur. Renatus philippo burgūdo duci traditur a quo pro ipſius renati liberatione caſleti vallē in perpetuā ditionē dux accepit:⁊ ad huncvſqꝫ diem poſſident eius in flandria ſucceſſores. ¶ Per eā tempeſtatē vlibyus nothus ſalſebertēſis ⁊ m[illegible]ogobus angli coacta ſuorū ingenti multitudine ſancti ſelerini arcē appetētes: locū circūcludunt:vbi ambroſij delori vicarius erat iohānes armēgnus:qui obſidionē magno animo tulit:arcē potēter tutatus. Cognito obſidionis periculo:delorus qui illis diebus apud regem erat obſeſſis ſubſidium mitti ſollicite procurabat. Igitur bueillus ⁊ ipſe a carolo premittuntur. qui belmontem vicontum profecti illic tantiſper morati ſunt: donec relique copie conueniſſent. Tertio die poſtqꝫ in eo loco reſtitiſſent:venere interim alie francoruꝫ cohortes que in vico cui nomen eſt binalugus tribus paſſuum milibus a belmonte diſtans conſe=

dere. Inter francorum cohortes que ducentorum ſupra mille armatoꝝ erant fluebat ſattra amnis: qui ponte vno non procul a belmōte tranſiri poterat. Angli vero qui in obſidione ſancti ſelerini agebant: de francorum conuentu certiores facti: pars intermiſſa obſidione ad frācos qui caſtra habebant noctu ducūt: nec morati preliant. Excito mox ex re inſperata clamore: bruellus ⁊ qui cum eo apud belmontē armati excubabant: ponte tranſmiſſo laborātibus francis dum opem ferre contendit: iam angli victores militaria ſigna extra vicum emiſerant parſqꝫ obligandis captiuis pars recipiendis equis ⁊ ſarcinis conuehendis diſtinebat. Hoſtem ſic impeditū frāci inuadūt. Fit atrox prelium vt deiectis vtrinqꝫ militaribus ſignis: diu ſit dubitatum: quorū melior conditio eſſet. Deniqꝫ victor francus extitit ſexcentis anglis interfectis ꝙplurimis inſuper cum matagotho in captiuitatem abductis. Ex francis triginta deſiderati ſunt: ⁊ paulominus capti. Inter quos fuit delorus diro vulnere perculſus paulo poſt tū inſtaurantibus bellū francis: recuperatus eſt. Huius cladis nuncio accepto vilbius cum reliquis ſancti ſelerini obſeſſoribus alenconiū fugientes petiuerunt.

Carnutes.

¶ Apud carnotum res quoqꝫ proſpere francis ceſſit. Nā poſitis tribus locis inſidijs: aurelianēſis nothus florētinꝫ dillerium iuxta ſancti michaelis portam in primis inſidijs locat: ſecūdas paulo a porta longius cōſtituit. Ipſe ⁊ hyrus cū quingentis equitibus: ſexcentis fere paſſuum milibus a ciuitate tertias inſidias agit. Ordīatos aūt: ⁊ ad hoc a ſe edoctos aurigas cū curribus qui piſces aloſas vehebant ſub lucē ad vrbē mittit: quos nō ſecus ac victualiū vectores in ciuitatem admittere ciues ſimile vero erat. Aurige vero cū quibuſdam ſibi notis ianitoribus pridie in colloquiū venerant: ⁊ ſe illis aloſas daturos ꝓmiſerant: ſi diluculo venientibus patefacerent ingreſſum: Igitur ianitores vt appropinquantes aurigas cōſpexere: ſocios adhortati vt feſtinanter aperta porta piſcibus potirentur: portam reſerāt. quā ex proximis inſidijs villerius prodiens occupat: ſubſequentibus ijs qui in ſecundis inſidijs erant: atqꝫ ita ante diue marie templū progreſſi regiū vexillum ſtatuunt: iohannem nothum expectantes. Concurſantibus vero per vrbeꝫ armatis: loci antiſtes qui burgundus natione erat occiditur. Laubeſpinus autem ciuitatis prefectus muros vrbis tranſgreſſus aufugit. Ad hunc modum carnotuꝫ receptum eſt.

Latiniacuꝫ.

¶ Obſeſſum eſt rurſus a bethforto latiniacum: ⁊ magnis viribus fruſtra oppugnatum: Foucaudo: Quennedoqꝫ: ⁊ Renaldo de ſancto iohanne oppidum defendentibus. Extruxerat eni bethfortus ad pontis initium ligneam turrim: ⁊ ad alteram oppidi partem munitiones latiſſimas ad ſtationem militum. Addiderat quoqꝫ ſublitium pontem qui a turre ad munitiones peruius eſſet: atqꝫ ita circunſeptum exiguum oppidum paucis diebus expugnare ſperabat: quatiens crebris tormētis muros. Sꝫ franci ducibus aurelianenſi notho iohanne rayo: iohanne gaucurto: ⁊ Roderico vallendrano hyſpano: ſequana tranſmiſſo: cuꝫ per matronam commeatum nauibus important obſeſſis: eruptione facta oppidani anglos q̄ ad ligneam turrim in pontis capite ſtabant adoriuntur. pars vero francorum que in alteram matrone ripam nauigabat turrim oppugnare feſtinat. Expugnato propugnaculo hoſtis partim capitur: partim trucidatur. Et veniēs bethfortus ſuppetias laturus ſuis haud profuit ſꝫ repulſus in munitiones ſe recepit. Franci quidem commeatu in oppidum importato: Gaucurtum ad oppidi cuſtodiam deputant. Reliqui per franciam incedentes aliquot arces captas ſolotenus deijciunt.

¶ Francorum diſceſſu cognito: Bethfortus veritus ne in pariſios ducerent: diſſoluta confeſtim obſidione caſtriſqꝫ deſertis: pariſium ire accelerat.

Argētonum in dioceſi ſagienſi.

¶ Fuit per hos dies apud argentonum agri ſagienſis prelium pertinax: atqꝫ admirabile: francis triginta aduerſus totidem anglos pugnantibus. Nemo enim non vulneratus prelio exceſſit. tandem nouem ex hoſtium numero cum argentonij mareſcallo interemptis: reliqui angli fuge ſe commiſerunt. Ex francis cecidere Ambroſius frolaus: Galterus lapoſtus et Dorus roſſaus: reliquis omnibus grauiter vulneratis.

¶ Fuere preterea diuerſis per andegauiam locis ſingularia quedam certamina: de quibus ſcribere ſuperuacaneum iudicaui.

proſper icurſus i normāniā a francis

¶ Excurſionem ſubijciam quam in normannia ambroſius delorus proſpere conſinuauit. Eſt apud cadomēſes annuus mercatus: quo normanni et ex finitimis locis ꝙ plurimi vendendi emendiqꝫ cauſa in diui michaelis feſto in cāpo ante beati ſtephani cenobium cōueniunt. Id cum non neſciret delorus: accerſitis finitimis militum prefectis petro ialleto: et ferrebonto: copias ex ſancto ſelerino mouens orna amne ſuperato copiarum partem ad diripiendas nundinas mittit. ipſe cum equitibus quinquaginta et ſagittarijs centum in ſubſidijs ſtabat aduerſus anglos qui cadomum tenebant: ne oppido erumpentes reliquos interciperent. Itaqꝫ direptis mercibus cū magno captiuorū numero ſe recipiētes frāci poſtꝙ fluentū ornam traiecere ad

---

lapideam crucē ſtare copias delorus iubet. Ibi receſitis captiuis: oēs ſacerdotes ſeneſqꝫ cuꝫ mulieribus ⁊ pueris: ⁊ pauperes inſuper agricolas domū dimittit: ceteros qui alicuius pēſi erant octingētos abduxit.

Ridiculum.

¶ Addā deinceps rē inter ſeria riſu nō indignā. Venerat ad feugeram cenomānie vicū guillermus de ſancto albino cū octoginta equitibus frācis: vbi dum diuerſatur: angli in eū irruētes nō modice frācos terruerūt: ita vt nothus quidam boſapreſtus eques: ꝓtenus fugiēs in rubo ſe occuluit. Fit nichilominus apud feugerā atrox pugna: ⁊ angli ſuperant. Quorū duo ꝓfugi ad rubuꝫ quo boſapreſtus ſe abdiderat euadūt. Ratus boſapreſtus ꝑſecutores eſſe qui eū peterent: qui inq̄t eſtis Reſpōdentibus anglis qui nō minus ꝑtimeſcerēt ſe anglos eſſe: eiuſqꝫ poteſtati ſeſe ꝑmittere: intellexit rē ꝓſpere a francis eſſe geſtā. Unde ab anglis fide accepta boſapreſtus tanꝙ egregiā operam prelio nauaſſet: eos ad guillermuꝫ de ſancto albino captiuos perduxit. At ille cuius ignauia nota eſſet irriſus ⁊ captiuis priuatus.

¶ Eſt apud francos ꝑuetuſta conſuetudo: grandē aliquē ramū vel procerū arbuſculum frondoſum ad mayas kalē. ludi cauſa ꝓ portis amicorū defigere. Id vt obſeruarent angli qui frenūuicontem occupabāt: aſſumptū de more ramuꝫ in conſpectu arcis ſancti ſelerini vbi delorus in preſidio erat in terra defigūt ꝓtenus abeuntes.

Strategema

Quos mox delorus inſequēs: euulſo quem hoſtis detulerat ramo: eundē proxime propugnaculū frenuicontis per leuis armature milites plantare iubet. Premiſſo iohanne armengno cū octoginta peditibus: qui ſingulos virentes ramos manibus geſtarent ad fallendū hoſtē. Delorus vero in inſidijs nō longe delituit. Poſtꝙ pedites non procul ab arce pone denſiſſimā ſepem cum ramis ſe collocaſſent: angli vbi frondoſum ſtipitem pro portis arcis defixum conſpiciunt: ꝓtenus arce egreſſi eos qui ramum humo defixerant acriter perſequuntur donec ad delori inſidias peruenere: ꝓdit confeſtim in hoſtem delorus ⁊ prelio cū hoſte cōtendit. Qui vero pedites ad ſepem ſtabāt ſe inter arcē angloſqꝫ medios locāt: atqꝫ hoc pacto interceptum hoſtem fundunt: occiduntqꝫ compluribus captis.

¶ Eadem fortune benignitate vſus eſt apud ſillum guillermi delorus: Anglos eñ ex arce ſancte ſuſanne in ſillū guillermi mouentes: cum predas feciſſent: ſuperueniens delorus ducētos ex hoſtibus interemit. ablatis ſpolijs: captiuiſqꝫ receptis. Neqꝫ deteriorem fortunā expertus eſt aduerſus comitem darondelluꝫ in pratis amnis ſatrēſis ſecus vicum quem gratalum incole vocant. Nam cum ſexaginta ſupra centum equitibus: aduerſus tria anglorum milia preliari audet: predas ex hoſte reportauit.

¶ Contra accidit apud louuerium hyro. Qui ab anglis obſeſſus: dum querendi ſubſidij cauſa loco egreditur: a Iohanne marſio dordani prefecto captus eſt: ⁊ louuerium ab anglis ſubiugatum.

¶ Sancti preterea ſelerini caſtellū interemptis iohāne armengno ⁊ guillermo de ſancto albino darondellus poſt trimeſtrem obſidionem cepit. Inde ad ſillum guillermi ducens: obſides de oppido dedendo accepit ea lege: vt eos ſi intra quadrageſimum diem francorū ſubſidio obſeſſi iuuarentur: ſaluos dimitteret. Alioquin deditione facta oppido ipſe potiretur. Erant ad id temporis francorum copie in armis parate quas ambroſius delorus ad ſanctum ſelerinum ducere ſperauerat: quibus preerant alenconius ⁊ andegauus duces: ⁊ cum illis richemontus coneſtabilis. Hi cum ſuis ad lomellum (ſicut inter ſillenſes angloſqꝫ conuenerat) proficiſcuntur. Stabat vterqꝫ exercitus in alteralterius conſpectu. Unde ⁊ congreſſus ⁊ prelia cōmiſſa ſunt non quidem integra acie: ſꝫ cohortibus hinc atqꝫ hinc in ſe cōcurſantibus ⁊ interdū occidētibus. Nā quandoquidē angli loco ſe munitiſſimo cōtinebant: viſum non fuit francis eos totis copijs impetere. Sed miſſo ad illos caduceatore petunt aut pugnādi poteſtatē faciant: aut obſides reddant ſillenſibus. Obſides anglus reſtituit: ⁊ franci domū rediere: rati hoſtem idem facturum. Sed vix obliuiſcitur ꝑfidie qui fraudulētus eſt. Itaqꝫ abeuntibus francis: hoſtis ad ſillum ſe contulit arcem ſummis viribus oppugnans: nec multum abfuit quin expugnaret. diſcedens inde darondellus: per cenomaniā andegauiamqꝫ excurſiones faciens: arces duas cepit: mellayum ⁊ ſanctū laurentiū de mortarijs. Ubi preſidijs impoſitis in normanniā reuertitur: paucis poſt diebus moriturus.

Gerberoyuꝫ

¶ Eſt in bellouacis octauo ab vrbe miliario diſtans gerberoyum in colle mediocriter edito. Ea arx ſupra multos annos diruta deſertaqꝫ cum fuiſſet hyrus potonuſqꝫ mille circiter aſſumptis militibus: ex beluacenſibus profectus arcē inſtaurare conſtituunt. In quo opere nichil impigre agentes: muros munitioneſqꝫ diligentiſſime extruebant. Qua re cognita darondellus feſtināter cū copijs ex normānia aduenıēs locū circūcingere ꝓperat. Id poſtꝙ hyrus conſperit: ſuos in contionē vocās: vos inq̄t cōmilitones in hāc collapſam arcē ꝑduxi: vt eā inſtauratā habentes: ea quaſi propugnaculo vteremur aduerſus hoſtem. Sed dū muniende arci animū intēdimus anglus nos prepedit. Itaqꝫ nō arx

Darōdellus moritur

nobis curanda est:sed vita protegenda. Hostium multitudinē per agros ad nos hoc loco velut in pedica concludendos properare conspicitis. Si viri estis res in prōptu gerenda est:priusqꝫ stationē sibi hostis in obsidione ꝑfecerit. Itaqꝫ censeo infesto agmine erumpendū esse:et hostem adhuc venientē ⁊ partim occupatū adoriri. Hyri approbato cōsilio:miles ad rē gerēdam accingit. Fit eruptio ⁊ acerrime darōdellus inuadit. qui tametsi viriliter restiterit sauciatus tñ captus est:⁊ sui fusi. Ex eovulnere paulopost darondellus interijt. Supato hoste:frāci gerberoyū reuerterūt opus ceptū exequētes.

Tremolᵒ cōprehenditur

¶ Sub his diebus cū trimolus apud carolū plus ceteris aulicis posset: inuidiā in se multorū excitauit. Caroli presertim andegauēsis bueili calumōtis atqꝫ coytiui. Hij tres quos posterius dixi in arcē chinonē per posticū ab oliuerio fretarto noctu admissi:trimolū in cubiculo deprehensum:in castellū montesaurū traduxerunt:inscio rege qui tū chynone erat. Ad quē ex nocturno tumultu pauentē bueilus coytiuusqꝫ accedentes:nichil est inquiunt serenissime rex qđ expauescas. Captus est trimolus tibi reiqꝫ publice apprime nocēs. Abducto trimolo carolus andegauensis apud regē continenter conuersatus est:in eius beniuolentiā se sollerter insinuās:ita vt cōcilio apud turonos aduocato: rex trimoli deprehensionē laudauerit:comprehensoresqꝫ inter primores aulicos habuerit. Qui tñ non longo tempore in gratia permāsere:a curie negocijs semoti. Trimolus autem quattuor muttonū aureorū milibus bueilo persolutis carcere liberatus est.

¶ Et normāni agri constantiēsis qui mare accolunt:cū ab anglis arma aduersus carolū regem ferre cogerentur:ipsi hortāte quantepio multis hoīm milibus ex plebe ⁊ aliquot nobilibus collectis in anglos se conuerterunt:atqꝫ cadomū ducentes ab insidiantibus anglis intercepti partim occubuere:reliquis fugientibus. Quorū reliquias misso ambrosio deloro alenconius dux ad arma reuocauit. Ipseqꝫ mox abrincas cū plebeia multitudine profectus:cum nichil proficeret:assumpta quantula inualidi exercitus parte in cenomaniā se contulit. Nec durauit in armis plebs:sꝫ sensim dilapsa domū repetiuit.

Dieppa a frācis capta

Milituz insolentia

¶ Caleti quoqꝫ armis aduersus anglos desumptis:Carnierum ductorē sequentes illi obtemperabant. Quo tēpore petrus de rupeforti frācie marescallus. galterus brusacus ⁊ carlotus maresius: dieppam anglis noctu sustulerunt. Qua occupata cū caletis iuncto exercitu fiscanuz harfleum monstiuillariū: tancaruillā ⁊ insulam bonā in caroli ditionē reduxere. Sed dissoluta militari disciplina:milites petro marescallo non audiebāt. petulce illiberaliterqꝫ viuentes:predas non mitius a francis ꝙ ab hoste facientes:mulieribus iniurij:monasteriorū violatores:⁊ contemptores religionis. Hec militum impietas agros spoliauit cultoribus:⁊ domos effecit desertas. Preter arces ⁊ munitas vrbes nichil habitabatur.

¶ Igitur nichil parturientibus agris:miles annona destitutus alius alio diuertebat:quidā Carolū conuenerūt opē ab eo viteqꝫ alimoniā flagitantes:q̄quidem fortunas suas oēs eius causa detriuissent. Prouidit illis pius rex:⁊ cui bene antea seruitum fuisset:deinceps quoqꝫ illi miles obedientior fuit.

Sancti eligij cenobiuz capitur.

¶ Itaqꝫ venablo anglo ducentoruz supra mille armatoꝝ prefecto:sancti eligij cenobio qđ in inferiore normānia munitū est occupante: Andreas lauali comes: ⁊ lobeacus cū ambrosio de loro āglos noctu petūt:⁊ cenobij parte intercepta:ducētos ex hostibus interimūt. Mox cū venablus inde suos eduxisset:lobeacus delorusqꝫ lazaiū vsqꝫ ꝓgressi post atrocissimū preliū hostē superarunt: mortē oppetentibus ducentis:preter eos qui in frācorū potestatē viui ꝑuenere. Venablus autē cū aufugisset: paulopost in suspitionem veniens a suarum partium anglis capitis supplicio afflictus est.

¶ Per eam tempestatem borbonius dux corbolium ⁊ vicennas data prefectis locorum pecunia recepit. Et potonus in picardiam excurrens abactis multis pecoribus:aduersante maxime comite luxemburgo predam incolumis abduxit.

¶ Sanctū quoqꝫ dyonisium nocturnis insidijs ceperunt iohannes nothus aurelianēsis ⁊ petrus de rupeforti anglis inde extrusis. Ubi conseruandi oppidi causa petrus cum presidio mansit:abeunte iohanne notho qui aduersus anglos copias compararet. Moleste enim hostis ferebat in cōspectu fere parisiorum habere loco munitissimo militem francum. Propterea contracto validissimo exercitu ex parisio mouens sanctum dyonisium circūuallat. Conuenerat ex finitimis agris in oppidum ingens rusticorum turba:qui vna cum presidio muros tuebatur sperans venturum eis a iohanne notho subsidium. Atqꝫ equidem iohannes ipse milite stipatus ad pontē meulanum iā venerat cū certus factus est quasdā anglorū turmas ex gisortio iter ad sanctū dyonisiuz: facere easqꝫ ducere mathagonem ⁊ thomam kyrielum. Eam ob rem ipse assumptis lobeaco bueiloqꝫ ⁊ ambrosio de loro: hosti obuiam pergens anglos partim cedit: partimqꝫ capit: ⁊ mox ad pontem vnde venerat cum preda reuertitur.

¶ Eius autem pontis atqꝫ arcis ad Caroli ditionem conuersio recens erat:procurata quidē a rābollo:⁊ petro iallardo viris nobilibus. Erat a muro prominens ad amnem sequanam latrina in quam conscendentes iacamus ferrandusqꝫ piscatores viam francis fecere:seducto pecunia custode anglo:qui pōtis tutele erat prepositus. Fallendi angli auctor extitit francus quidā cui nomē erat imꝑator. Ponte recepto ij qui in arce erant deditione facta liberi abierūt.

¶ Interim dū iohannes nothus aurelianensis apud pontē meulanuz morat̃:durior indies erat sancti dyonisij obsidio:ita vt desperantibus auxiliū obsessis: cū nec esset vnde militi stipendiū solueret̃: nec multorū dierū commeatus adesset:petrus de rupeforti viginti dierū inducias cum hoste cōstituit vt si intra eosdem dies suppetie a carolo non venirēt:oppidum hosti ꝑmitteret. Per has obsidionis angustias viri cenobite monasterij diui dyonisij miserti fortune obsessoruz in stipendiū militi argēti marcas quadringētas libere contulerūt. Interea dū subsidium expectatur angli nō ignorantes quid aurelianensis nothus de suppetiādo obsessis appararet:fossaz sibi circundāt in quam ex fluento quod extra oppidū est tantā diuersis riuulis aquā deriuant: vt ad castelletū quod maiori ecclesie vicinū est redūdaret:extructis quattuor firmissimis ꝓpugnaculis q̄bus adorientes se arcere possent. Exactis inducijs cū subsidij spe destitutū se petrus intellexit:deditionem fecit. militēqꝫ vita fortunisqꝫ saluis eduxit. Recepto oppido anglus muros munitionesqꝫ deiecit:preter eas q̄ ad monasterij tutamē ꝑtinebāt.

¶ Parisiani vero anglo parentes cū crebris incursionibus se a francis premi grauiter ferrent:vilbium anglū qui apud pontisaram in presidio erat orant ciuitatis custodiam recipiat. Qui pontisare constituto sibi vicario parisiū cū bona anglorū manu se cōtulit.

Conuentio apd̄ attrebatū vbi pacis leges cū burgūdo posite sunt.

¶ Nec multis post diebus per vilbij absentiam pontisarenses anglos exosi ad caroli partes considerationē suam conuerterunt. Igit̃ die vna egrediente presidio qđ apud eos erat: siue vt frumētationē faceret: siue vt ex hoste spolia predasqꝫ reportaret:cū paucissimos in oppido cū suo prefecto iohāne ripello relictos esse animaduertissent:ipsi sumptis armis portas oēs oppidi obfirmantes anglos sine vlla tumultuatiōe cōprehendunt. Preter tris qui cū ripello in proximā portā euaserant. Unde tegulis lapidibusqꝫ iactis:postq̄ frustra se tueri cōsiderāt:in pontisarensiū potestatē trāsiere. Qui confestiz accito iohanne insule ade domino: hominē orant:oppidū burgūdi ducis noīe custodienduz recipiat. Cōsulto duce iohānes pontisarā in custodiā accepit. Jam enim intercesserāt collocutiones cōponende pacis conueneratqꝫ: vt ad diē predefinitū legati attrebatū mitterent̃ reconciliationis faciēde potestatē habentes. Quamobrē anno salutis. M.cccc.trigesimo quinto Attrebati pacis tractatores cōsedere. Imprimis affuit cardinalis sancte crucis romanus legatus ordine cartusiensis nicolaus nomīe: cardinalis ciprius: quos episcopi sex comitabātur ⁊ abbas veselaus: Caroli oratores fuere borboniorum dux:comes richemontus conestabilis:remorum archipresul cancellarius:vindocinēsis comes regij hospitij primarius magister Christoforus haricurtus: Adā de cambray parlamentei senatus primarius preses. Guillermus quadrigarius parlamenteus consul:ecclesie parisiensis decanus ⁊ alij permulti ex francorum nobilitate non obscuri. Nec defuere britonū ducis alenconijqꝫ ⁊ barri oratores. Anglorum legatōnis hi principes conuenerūt cardinalis vicestrensis: Eboracensis archiepiscopus: Comites hontitonus ⁊ suffortus ⁊ nonnulli ex dignitate ecclesiastica viri cū permultis anglie nobilibus. Burgundionū ducis hi primores fuisse tradunt̃: Leodius cameracensiū ⁊ attrebatensiū antistites: Nicolaus raulinus ducis cancellarius:gheldrensis:stampensis:sancti pauli:vandemontēsis:niuernēsisqꝫ comites: ⁊ alij inferioris noīs proceres quorū frequēs numerus erat:preter flandrensium oratores. Considētibus pacis gratia cuiusqꝫ partis legatis tametsi sancte crucis cardinalis: plurimum eniteretur irritatos preteritis bellis animos ad concordiam pacemqꝫ perducere nulla ratione anglorū pertinaciam flectere potuit:vt cuz carolo francorum rege paciscerentur. Sed concilio abierunt re infecta: ꝓmittētes se alia aliqua die conuēturos. Absentibus anglis cardinalis non propterea ceptuz pretermisit: de burgundi cum Carolo reconciliatione mox afferens mētionem. Que res sicut grata oratoribus fuit:ita finem habuit optatum. Nam postq̄ nicolaus raulinus burgundus cancellarius sui principis nomine longā orationem habuisset :multa edifferens que a carolo rege dari concediqꝫ duci philippo merito deberētur(q̄ꝫ omnia ī rez ducis essent)nichil de petitis detractū est. Itaqꝫ pleraqꝫ loca burgundie finitima que regis campaniam versus erant ad ducis ditionem peruenere. Arthesio quoqꝫ adiuncte sunt Ambianis ciuitas corbia mondesiderius perona sanctus quintinus ⁊ abbatisuilla cum pontiuiaco ⁊ bolonie comitatibus. Quas terras sub caroli imꝑio parlamenteiqꝫ senatus ditione dux possideret. Eas autē ciuitates quas poſterius nominauimus que ad amnem ſommonobriam ſite ſunt redimere carolus poterat quadringentis aureorum milibus. Fuere alie ad pacem conditiones: que quandoquideȝ abſolute hactenus nō ſunt: nec eas perficiendi ſpes vlla manet: mortuis principibus: ſilentio a me pretereunt̄. Permulta ſiquidem concordie gratia frāci oratores admiſere que ſi completa omnia fuerint quemadmodū carolo oneri erāt: ita honori atqȝ maieſtati eius forēt indecora. Sed reuera rerum omniū ea turbatio ⁊ calamitas ꝑ id tēpus fuit: vt iuri regio aliquid adnuendum eſſet. Si enim ab anglis burgundus non diſceſſiſſet: longe difficilimuȝ carolo erat vtrunqȝ hoſtem peruincere. Et philippus burgundus anglorū ſuperbiā veritus quos ſibi aliquando dominari formidabat libens ab eis ſeceſſit Rebus feliciter compoſitis oratores in legati romani cōſpectu iurāt illibata ſeruare que de pace dicta diffinitaqȝ extitiſſent: atqȝ ita pax per caduceatores magna oīm exultatione vulgata eſt.

Mors yſabelle caroli matris

¶ Morit̄ eodem tēpore yſabella caroli ſexti vxor: fortunis (ſi reginam cōſideres) tenuis ⁊ pauper. Quippe que ſub anglorum principatu degēs: eorū arbitratu vitam agebat priuate femine nō abſimilis: patientiſſima q̄dem ⁊ ad tēporis qualitatē ſe accommodās. Nulla re magis irritata: qȝ ꝙ carolum regē eius filium inceſto cōcubitu natū anglus diffamabat. Cadauer nobiliſſime mulieris quattuor tm̄ comitibus naui aduectum apud ſanctū dyoniſiū ſine vlla pompa ſepelit̄. ¶ Liberatur eiſdē diebus renatus dux barri qui apud diuionē burgūdie primariuȝ oppidum a philippo in cuſtodia habebatur. ¶ Ex eo tempore ſolus hoſtis anglus erat aduerſus queȝ franci belligerarent. Igitur apud pontiſaram agente coneſtabili ⁊ cum eo aurelianenſi notho: illo ſe contulere cum quingentis equitibus (philippi iuſſu) dominus de ternando: ⁊ ſymon lallanus ſtrennuus aurate militie eques: quibus pōtiſare relictis coneſtabilis ad ſanctū dyoniſiū ab āglis deſertaȝ proficiſci cōſtituit: oppidi inſtaurādi cauſa.

Cedūtur angli

Qua re comperta: anglus ex pariſijs obuiam pergens: a coneſtabili (francis a pontiſara mouentibus) duriter excipitur ad lapideum pontem qui nō procul a ſancto dyoniſio ad ſequanam pertinet: vbi quadringēti angli periere: multis cum thoma belmōte militum prefecto captis: prelio feliciter geſto coneſtabilis ſanctum dyoniſium occupat. Et turrim quevenenī nomen habet in quam aliquot ex fuga angli ſe receperant circunſepit.

pariſiani frācos admittūt

Ibiqȝ relictis qui obſidionem continuarent: cum certum haberet quoſdam pariſianos ciues perteſos eſſe anglorum dominationis: atqȝ cupere carolum ſibi regem adciſcere: aſſumpto aurelianēſi notho aliiſqȝ milituȝ ductoribus: per poſſiacum noctu ſequanam tranſmittens ad cartuſienſes qui extra diui michaelis portam ſunt: caſtra admouit. De cuius aduentu clā predocti michael laillerius: iohannes fontanus ⁊ aliquot alij ciues cum illuxiſſet: populum in hoſtem concitant: ad quos confeſtim conuenientes thomas pigacheus: iohānes de ſancto benedicto: nicolaus louuerius ⁊ iacobus bergerius magni inter ſuos nominis: anglos partim cedunt: partim fugāt capiuntqȝ. Quorum pleriqȝ ſancti dyoniſij portam occupare fruſtra niſi ſunt. Naȝ ferree cathene que per omnia fere viarum vrbis compita erant protenus tranſuerſum tenſe ſunt ⁊ iter hoſti prereptuȝ. Ad hoc ex feneſtris ⁊ tectis edium nemo non in diffugientes anglos ſaxa ⁊ omnis generis materiam demittebat. Alij ꝑ viam inuentum hoſtem armis adoriebantur. Morinorum autem epiſcopus qui angloruȝ ſe cancellarium gerebat: cum vilbio ⁊ mohiero mercatorum prepoſito populi ſeditionem declinantes: in ſancti dyoniſij propugnaculum ſe citiſſime receperunt: fugientem prepoſitum duȝ piſtor quidam amicus illi ⁊ perfamiliaris vt eū populo reconciliaret reducere conatur a prepoſito vibrata in eum haſta occiſus eſt. Exaudito qui in vrbe erat clamore coneſtabilis ⁊ qui cum eo frāci erāt: alij porta ſancti iacobi refracta alij ſuperatis muris: pleriqȝ nauibus quas in flumine ſequana repererunt in vrbem peruadunt: nulla cede facta. Sed propugnaculum quo ſe hoſtis tuebatur obſeſſum eſt. Ex quo iamiam mohierus delapſus ad pontem charentonum diffugerat vbi a ſuis proditus in poteſtatem venit dyoniſij de chailli equitis franci: a quo nō multo poſt, precio redemptionis accepto liberatus eſt. ¶ Erat huius mohierij nepos brichanteus qui turrim veneni apud ſanctum dyoniſium a francis obſeſſam tuebatur: anglorum partes pertinaciſſime ſecutus. Huic vt fidem facerent franci pariſiorum deditionis auūculi mulā illi repreſentant. Qua conſpecta brichanteus ſpem euadendi capiens: e turris pinna in ſubiectam ſe foſſam precipitat: vbi ab ijs qui rure in oppidū conuenerant ſine mora trucidatur: atqȝ ita turris recepta eſt: ⁊ qui in ea erant vel occiſi vel capti. ¶ Pacato pariſioruȝ tumultu: angli qui propugnaculum obtinebant ſalutem deſperantes de deditione colloquiū habuere. Itaqȝ loco cedentes abire liberi permiſſi ſunt: irridente eos plebe ꝙ non per ciuitatem: ſȝ foras muros iter facerent. Confirmatis in caroli fide pariſijs: coneſtabilis ad creoliū

---

mouens: poſtqȝ quindecim dierum obſidionem fruſtra feciſſet: inde abijt ⁊ ſancti germani in laya arcem recepit: data prefecto vt illam dimitteret pecunia. ¶ Eodē anno qui erat chriſtiane gratie quadrīgenteſimus.xxxvi. ſupra mille Ludouicus caroli filius viēnenſis dalphinꝰ Margaretam ſcotoꝝ regis filiā vxorē turonis accepit.

Pontiſara ab anglis capitur.

¶ Neqȝ poſt dies multos angli pontiſaram cepere: francis extruſis. Erat em̄ tum hyems horrida: et oppidi foſſe glaciate: ⁊ altiſſima niue terra albicabat. Igitur angli niuis beneficio admoniti lintheis candidis ſe amicientes in ipa niue cū decubuiſſent: fallentes oppidanos: in foſſas gelu cōcretas demiſſi: inde in muros atqȝ oppidum repente inuaſerunt: negligenter excubantibus francis: qui tametſi venturos in ſe anglos accepiſſent: tamen neqȝ vigilias facere: neqȝ foſſarum glaciem effringere curauerunt. E Pōtiſara ſe vix ſaluū proripuit Johānes villerius: et varembonus burgūde cohortis ductor. Fratres autem duo genere non obſcuri ludouicus atqȝ yndetus cognomento guitri portam que daucri noīatur cū aliquot ex ſuis occupantes: poſtqȝ diu viriliterqȝ angloꝝ oppugnationem ꝑtuliſſent: ſubſidij ſpe defecti: ſalui ꝑmittente hoſte abeuntes: portam reliquere: duobus tantū angloꝝ poteſtati permiſſis: quos graui neſcio quo crimine delatos capitis amputatione affecerūt. ¶ Cepere preterea montēargi ⁊ caſtella quedā: que oīa paucis interactis diebus franci (ere prefectis impartito) receperūt. Miſſuſqȝ a Carolo coneſtabilis ad caſtrū laudunū locū expugnauit. Cepit deinceps nemorſum: et deinde monſterolū ad amnē yonam obſedit: ad quā obſidionē veniente carolo confeſtim oppidū vi receptum eſt: ⁊ mox arx in quā thomas guerardus anglus confugerat Caroli ſe poteſtati ſūmiſit: data prefecto facultate abeundi.

Caliſium a burgūdo obſidetur.

¶ Philippus item burgūdionū dux anglos caliſiū occupare ꝑmoleſte ferens: ꝙ et ſibi inimici eſſent: et ad aliquid a finitimis ſurripiēdū promptiſſimi: grādi ex flandria preſertim exercitu cōtracto: caliſiū obſidere maturauit. Ubi poſtqȝ menſes duos conſediſſet: prelijs cōpluribꝰ militariter ꝑpetratis: tumultuante flamingo exercitu: vix a ſuo duce flandrēſes temperauerūt: indignati ꝙ tanto tp̄e domo abeſſent: preſertim in quotidiano periculo agentes. Itaqȝ occiſo iohanne horno nobiliſſimo equite: quem philippꝰ peramabat: ipi dimiſſa obſidione: et philippo cū paucis relicto: nullo ordine flandriā petiuerūt Dux nihilominus ſtrēnue agens: cū in ſe prodeuntes anglos ſuſtinuiſſet repuliſſetqȝ: cum ea quā habebat militū manu domū profectus eſt. ¶ Porro angli receptis ex anglia maioribus copijs: in artheſiū flandriāqȝ incurſantes: mirum in modum graſſati ſunt. incendia predaſqȝ facientes. Quos tandē burgūdus miles adorſus caliſiū repetere coegit. Tētauit quoqȝ philippus crotoyū arcē ab anglis recipere lignea turre ad oppugnationē fabricata: cuius prefectus fuit iohānes de croeyo. Sed mouētibꝰ in eū ex normannia anglis: relicta obſidione copias reduxit.

Francoꝝ militū inhumanitas.

Miſera pariſioꝝ ꝯditio

¶ Eadē tempeſtate ⁊ fames et peſtilētia Pariſios vexauit. Frumētaria em̄ menſura q̄ eſt apud illos ſextarius/libris turonoꝝ nouē veniebat. Et ꝑ agros tanta erat armatorū in agricolas impietas: vt vicis villiſqȝ deſertis/in ciuitatē cōfugerent: nec erat illis anglorū qȝ francoꝝ melior cōditio. Itaqȝ in hoſpitali domo pariſieñ. q̄ dei nomē habet nō pauciores fame qȝ peſtilētia periere. Eā ob rem ciuitatis primores ⁊ imprimis richemōtus alij alio ſe cōtulere/tribus tm̄ ad ciuitatis cuſtodiā relictis: adā cambracēſi parlamēti primo preſidente: ambroſio deloro pretore/⁊ ſymone carolo rationū regiaꝝ prefecto: quē cōputoꝝ preſidentē appellāt: viris q̄dē auctoritate prudētia atqȝ in regē fide preſtantibus. Quibꝰ inter cetera aduerſa illud moleſtiſſimū maxime fuit: ꝙ milites frāci q̄ in preſidijs ꝑ munitiſſima territorij pariſieñ. ⁊ finitimaꝝ arciū erāt: pecora ſibi abigebāt ex agri colonis predas nō minus qȝ hoſtes facientes. Neqȝ huic frequēti malo aliter qȝ precio raptoribus ſoluto occurrere poterant/preſidio videlicet militū deſtituti q̄ peſtilētē ciuitatē nō incolebāt. Itaqȝ et agri colonis/⁊ ciuibꝰ ciuitas ꝓpe deſerta erat.

Luporū incurſus.

Accedebāt tot malis lupoꝝ crebre in vrbē incurſiones qui ſupra octoginta hoīes cū ꝑ agros deuoraſſent: in vrbanos quoqȝ ſeuiebāt. Aduerſus hāc beluā lege definitū premiū eſt: vt ꝓ ſingulis captis lupis ſolidi vigiti ex fiſco captori ſoluerētur: preter publicā erogationē quā plebs ſua ſpōte venatoribꝰ impēdiſſet.

Brugenſiuȝ ſeditio.

¶ Nec defuit ꝑ id tp̄s philippo burgūdo duci a brugēſibꝰ aduerſitas. quē ad ſe receptū clauſis portis brugenſes ꝑſecuti ſunt: multis ex eius aulicis trucidatis inter quos adā villerius inſule ade dn̄s dū oppidi portā effringere cōtendit: occidit̄. Quā temerariā ſeditionē ducētis rideoꝝ aureorū milibus apud ducē poſtea brugenſes purgauerūt: preter munera q̄ eius vxori yſabelle portugalēſi vt virū placaret contulere. ¶ Hec cū brugis gerūtur: Carolus apud bituriges cōuentu habito dū baſilee ſynodus agitur legē tulit quā pragmaticā etiā nūc appellamus romanis q̄dē apprime odioſā.

Meldis capitur.

Eodē āno richemōtus meldim ciuitatē poſt quīdecimū obſidionis diem multis anglis interemptis expugnat. Mercatū autē in quo erat validū preſidium hoſtis fortiſſime tutatus eſt. Aduenientibꝰ preſidio dorceto comite atqꝫ talleboto: qui nacta in flumine matrona naui in mercatū nouū preſidiū induxerūt. poſt biduū inde abeuntes. Ceterū diligēti oppugnatione attriti angli: ſuis fortunis ſaluis deditionē fecere. Mercato a frācis recepto cū rex Pariſij eſſet accito richemonto eū cum ingenti exercitu in normāniā mittit: quē mox ſecuti ſunt: alenconij dux Johānes ⁊ Andreas lauallus mareſcallus multis armatis ſtipati. Hi oēs abrincas petentes ciuitatē obſident. Eſt aūt vrbs in colle mediocriter edito ad occeanū britannicū ſita normānoꝝ ditionis. Ibi cū dies circiter viginti conſediſſent dorcetus comes: dñs de ſcalis/⁊ tallebotus angloꝝ prefecti frequentibus copijs contractis: ad vicū ſancti leonardi duobus tm̄ paſſuū milibus a frācoꝝ caſtris diſtantem ſua caſtra admouere: nō ꝓcul a gilberti pōte/qui ſupra ſceam amnē inter vtrūqꝫ exercitū erat. Ubi non pauca leuia vtrinqꝫ prelia cōmiſſa ſunt: alijs ſceam tranſmittere conantibꝰ/alijs tranſitū ꝓhibentibus. Tandem conſpicientibꝰ francis amne ſuperato anglus in abrincas euaſit. Qui mox eruptione in francos facta acerrime pugnauerunt. Frāci aūt mutato loco pōtorſonē verſus caſtra reduxerunt.

Abrince.

¶ Sub his diebꝰ ſanctā ſuſannā buellus/prodēte eā anglo: noctu cepit: que cū ad alenconiū ducē pertineret: buellus tū ſibi inuito duce obtinuit.

Ludouici in patrē coniuratio.

¶ Nō ſatis carolo fortuna fuerat inimica: niſi a filio quoqꝫ pientiſſimus offenderet̄ pater: tot ꝑ ſupiora tp̄a turbationibus vexatus. Ludouicus erat ei filius dalphinus viennēſis/q̄ traditꝰ a patre marchie comiti liberaliter imbuēdus: poſtqꝫ adoleuit/preceptoris eruditionem aſpnatꝰ nyortum ſe recepit. Accerſitoqꝫ iohāne borbonio ⁊ iohāne alēconij duce: abiecta tutela/libere ſe poſthac viuere ꝓfeſſus eſt: q̇ppe qui ⁊ etate ⁊ rerū cognitione ydoneus eſſe ſibi videret̄ negocioꝝ regni adminiſtrationē gerere. Addebāt ludouico aios ip̄e dux/atqꝫ anthoniꝰ chabānus/Johānes de rupe pictauieſeneſcallus/Petrus de ambaſia: ⁊ alij cōplures nouarū rerū ꝯcupidi: qui aliquot iā ciuitates ad defectionē ſollicitare ceperūt. Nā ij oēs coniuratione pictauis facta: ludouicū a patris cōione maxime auertebāt. Quoꝝ cōſpiratio praguerIa dicta eſt. Ea re ꝑ marchie comitem carolo delata confeſtim ad ciuitates ſcribit: ne dalphino eiuſqꝫ ſectatoribus audiāt: ne ve eos ad ſe admittant. Interim dalphini factionis auctores ex nyorto ad ſanctū maxentum ꝓgredientes arcē (iaquetto quodā ꝓditore) excipiūt: atqꝫ in oppidum cenobiūqꝫ conuerſi: loci dñam fortunis oībus ſpoliauerūt idē cenobio facere feſtinantes. Uerū iohannes ſachetus oppidi municeps cū tribus ⁊ viginti ſuaꝝ partium ſtudioſis veſtibulū quod crucis appellat̄: tādiu aduerſus dalphinates defēſauit: donec ex pictauis vbi carolus agebat ſubſidium impetraret. Abbas quoqꝫ et cenobite obſeratis eccl'ie portis fornicē conſcendētes teſtitudine effracta in hoſtes ſaxa deijciebant. Qui audientes regē ad ſe cū copijs ꝓficiſci /predis abactis diffugere. Carolus aūt hora noctis ſeptima cū veniſſet: laudata abbatis diligentia /monaſteriū ꝓuentibus atqꝫ priuilegijs donauit. Qui in arce inuenti fuere paucis exceptis vltimū ſupplicū ſubierunt.

¶ His ita geſtis Carolus nyortum adorit̄. Unde mox ad borboniū ducē ſe ꝓripuerunt dalphinates. Quapropter nyortēſes nulla rebellione adhibita carolo ſe dedere. Captus in arce eſt iaquettus ille proditor ⁊ in partes quattuor mēbratim diſſectus.

¶ Cognito ꝙ dalphinū cū ſuis dux borbonioꝝ receptiſſet cōſilioꝝ particeps factus: Copias in borbonienſes carolus ducēs: complura loca cepit: multis regionē damnis afficiēs.

¶ Hec agente carolo: dalphinus ſanctū Porſanū occupat belli fortunam experturus. Rex vero nūc rionē/nūc claromontē incolebat: borboniū agrū incurſantibus ſuis. Hec ciuilis peſtis ſexto poſtqꝫ ceperat menſe interceſſore comite deu quieuit. dalphino in patris gratiam redeūte: qui poſtea apud regem vixit. Conſpirationis autē auctores venia a carolo impetrata et regio diplomate firmata: quiqꝫ in ſuas domos abierunt.

Harfleū ab anglis capitur.

Liberat̄ dux aurelianēſis

¶ Per hos dies obſidentibꝰ harfleū anglis: franci duce notho aurelianeñ. valida manu mouentes: cū angloꝝ munitiones penetrare nō potuiſſent: harfleum tandē preſidio ſaluo ⁊ mōſtiuillariū hoſti ꝑmiſere. Atqꝫ eodē anno carolus aurelianoꝝ dux qui poſt blanglanam pugnā in angliam ductus quinqꝫ ⁊ viginti annos in cuſtodia anglie regis fuerat ſolutus eſt: q̄tercētū aureoꝝ milibus ꝓ ipſius liberatione numeratis. Hic cū in ſancto audomaro reuerſꝰ ageret: philippi ducis burgūdie neptem mariā cleuenſis comitis filiam deſpōſauit multis a duce donis honoratus.

¶ Eodem tp̄e Egidius de raya francie mareſcallus ſortibus vſus pleroſqꝫ infantes peremerat: quoꝝ ſanguine futura auſpicabat̄: principatum affectans. Qui britonū ducis iuſſu comprehendit̄: ⁊ mox veritate maleficioꝝ ꝑ Petrū hoſpitalem ducis cācellariū cōperta: duplici cruciatu eodē fere momento afficit̄. Extabat ad tormenta furca: ad quam egidius illaqueat̄ ſcabello ſuppoſito: cui pedibus adniteret̄. Circū quem accenſo igni et ſcābello deiecto: cōfeſtim ſtrangulat̄ ⁊ vritur.

¶ Eſt rupes in inferiore normānia inſtar inſule in mare ꝓminens: interdiu bis atqꝫ noctu eſtuarijs maris tribus partibus alluta: quam grauillā incole vocāt eam girardivillā primo dictā fuiſſe accepi. eam cū alternis expugnationibus franci angliqꝫ diuerſis temporibꝰ poſſediſſent: angli tandē inſtaurāt valide illā munientes: vtpote q̄ inexpugnabilis eſſe fortificatione facta videret̄: ⁊ quā deinceps validiſſimo preſidio tenuerūt. Et frāci quoqꝫ eodē exēplo louuerſū diu deſolatū a normānis oppidum: auctoribꝰ potono Salzardo ⁊ anthonio chabano muniūt: nōgētis militibus preſidio adhibitis. Extruxerūt preterea ad ſequanā ripā ligneū ꝓpugnaculū: quo Rothomagū nauigio adire eos q̄ ſupra aduerſū amnē incolebāt/impedirent. Conchas item Petrus breſſayus et floquetus dedentibus ſe anglis cepere. Et katherina caroli ſeptēnis filia philippi ducis primogenito deſponſata eſt: vt que inter principes beniuolētia cōuenerat: ſacro nuptiaꝝ federe ꝑduraret.

Tartas.

¶ Eſt in vaſconia oppidū tartas nō ignobile ad dñm de albreto ſpectans: id cum franci tenerent burdegallus ſeneſcallus cū captabuſſo et quibuſdā anglis circūuallauit. Cōtritis tandem in obſidione menſibus fere ſeptē interueniente albreto ad inſequētē modū cōuentū eſt. Oppidū in francoꝝ ꝑtāte ꝑmaneret: Carolus albreti filius in eo prefecturam gereret. fidem tm̄ daturus burdegallo ſeneſcallo: nullam ſe vim aut bellū ex oppido aduerſus anglos illaturū: liberū anglis in oppidū ire redireqꝫ negociandi cauſa. Francis quoqꝫ ꝑmiſſuꝫ eſſe burdegalle alijſqꝫ locis anglice ditionis cū anglis mercatoꝝ more conuerſari. Has conditiones ſi carolus aliq̄ñ obſeruare nollet: licere illū tercio ante preteritas conditiones menſe id mareſcallo predicere. infra quod tempus: ſi franci prelio ſuperarent̄ locū dederent. Sin contra: oppidū ſibi poſſiderent. Carolo interim q̄ minori etate eſſet aliquot ex francis angliſqꝫ conſultores deſignarent̄. Re vt ſcripſi cōfecta quiſqꝫ quo voluit digreſſus eſt.

¶ In campania nōnulle francoꝝ cohortes cū ꝑ ſūmā iniquitatem ꝑ agros palantes oēs paſſim ſpoliarent: Carolus rex trecas petit: ⁊ imprimis borboniū nothū crudeliter armis abutentē in amne alba extinguere iubet. Pleriſqꝫ militum prefectis par facientibus officio amotis: decernens milites poſthac vicis relictis vrbes vel arces incolere: ⁊ eis ſtipendiū ex publico dari: quo ſine iniuria quietiſſime alerent̄.

Stipendiuꝫ militibꝰ aſſignatū vt vicis relictis arces incolerēt

¶ Ordinatis apud cāpanos rebus: cū ꝑ Picardiā ſimile Carolus effeciſſet: creoliū mittit coytiuū mareſcallū ⁊ Hyrū qui arcem oppidumqꝫ ad eā partē q̄ bellouacos ſpectat obſiderent. ip̄e vero ꝑ ſiluanectū viam carpens: ad alteram fluminis Yſare ripā caſtra admouit: reliquā oppidi partē obſidēs. Fuit illic oppugnatio frequēs ⁊ aliquot locis tormētoꝝ iactu muri deiecti: quo interdū franci cōſcēdentes manu cum hoſte cōferebant: cōſpiciente eos rege. Quapropter colloquio cū francis de deditōne habito: Guillermus poytus oppidi prefectꝰ libere cū ſuis abire ꝑmiſſus/arcē oppidūqꝫ reliquit.

Creoliuꝫ capitur.

Pontiſara obſidetur.

¶ Creolio recepto: ad ſanctū dyoniſium veniēs carolus inde pontiſarā copias oēs admouet: in cenobio maubuſſono quod mille ab oppido paſſibꝰ diſtat diuerſatus. Reliquo exercitu veteres macerias que e regione oppidi paſtua verſus ſunt occupāte. Quod ij q̄ in preſidio erant aduertentes: ſtatim oppido erūpūt: cenobiū vbi carolus agebat impetentes. Fit igitur vtrinqꝫ atrox preliū: ſed cedētibus anglis franci ad pōtē vſqꝫ ⁊ ꝓpugnaculū quod in eo hoſtis extruxerat anglū ꝑſequūtur. Ibiqꝫ ſubactis foſſis et palis humo defixis: nocte illa ſe cōtinuerūt donec ex Pariſijs deductis nauibꝰ: amnē yſarā qui oppidi muros preterfluit tranſmiſerūt: eatenus qua diui martini cenobiū extitit: quod ioachinus roaldus/ thealduſqꝫ valēpargnus cū alijs quibuſdā feſtinātēr occupant. Foſſis ꝑ gyrum cenobij ꝑductis: cum oppidum fere hoc modo circūſeſſū eſſet franci ꝓpugnaculū pontis anglis eiectis capiūt. Libera erat porta q̄ Rothomagū ducit qua ingredi hoſtis egrediqꝫ poterat: ita vt ꝑ eā tallebotus ſepe: et deinde eboraceñ. dux cōmeatum ſuis importarent: francos nōnūqꝫ ad pugnam ꝓuocantes. Sed loco ſe mouere ordinēqꝫ deſerere temerariū eſſe ducebant franci: quoꝝ maxime ſollicitus Carolus erat: diligentiſſime oīa ꝓuidens que obſeſſoribus conuenirent. Nam ꝑ Ambroſiū delorum Pariſioꝝ pretorem ingentē cōmeatum ad ſuos ꝑ amnem ſequanā yſarāqꝫ importare fecit: hoſte maxime inuito atqꝫ ſūmopere repugnante. Quod cū ꝓhibere dux eboraceñ. Tallebotuſqꝫ non poſſent: ꝑ Poſſiacū vbi regem comprehendere Tallebotus ſperabat/iter faciens: cū oppidū penitus populatus eſt: vna cū eboraceñ. duce in normanniā ſe cōtulit/relicto apud pontiſaram cliptono equite anglo cū fere mille armatis: quibus eboraceñ. fidem abiens dedit de ſubſidio obſeſſis ſtatuto die conferendo. Digreſſo duce Carolus acceſſitis prefectis qui ꝑ vicos finitimos in ſtatione erant/tormentis muros quatere cepit: et templū diue marie quo ad ꝓpugnaculū hoſtis vtebatur(qꝛ ꝓpe muros extrinſecus erat)expugnat. Et tercio poſt die oppidū circūquaqꝫ oppugnare iubēs magno oīm militū aīo nixuqꝫ exuperat:occiſis quingentis anglis captoqꝫ cū alijs multis prefecto. Ex francis quiqꝫ ad ſūmū deſiderati ſūt. Laudatus eſt imprimis coytiuus admiraldus q̄ ad obſidionē atqꝫ expugnationē ſingularē operā nauaſſet:nomē quoqꝫ ſibi cōparauit iohānes bureus qui tormētis et belli machinis ꝑ eos dies prefectus erat obſcurus antea ⁊ mox induſtria atqꝫ diligentia regi acceptus. Ea victoria bene fortunatus Carolus Pariſiū veniens a ciuibus magna celebritate exceptus eſt.

¶ Eadem tempeſtate Johānes floquetus quorūdā ciuiū ope adiutus ebroicas cepit:ꝑforato ab aliquot incolis muro:ꝑ quē floquetus eſt admiſſus. Et licet ī mercatū confugiētes angli ſe turribus tigniſqꝫ circūfulſiſſent: mox tñ partim īterempti :partimqꝫ capti aut clam(reſerata ciuitatis porta)elapſi ſūt.

Nota

¶ Subijciam vnū quod militē cautum reddere poſſit. Ex pōtiſara cum nō pauci captiui in arce q̄ corulla dicit̄ non lōge a carnoto in vinculis haberent̄:vnus ex eis vt reliquoꝝ redēptionē ꝓcuraret dimiſſus:franciſcū aragonenſem qui angloꝝ partiū erat ꝯueniens:narrat ꝙ negligenter caſtellū a francis ſeruaretur facile factu eſſe arcem occupare:predari q̄ in ea eſſent ⁊ indevinctos eximere. Re cognita frāciſcus cohortē nō ꝓcul a loco in inſidijs noctu locat. inde cū illuxiſſet quattuor ex ſuis habitu ruſtico indutos pomoꝝ ſaccos raporūqꝫ oppletos humeris tanqꝫ venales importare in caſtellū mandat:qui nullo prohibēte arcem ingreſſi(pars em̄ preſidij loco aberat: pars adhuc ſomno tenebat̄)in cubiculū prefecti euadūt:eūqꝫ dormientem comprehendūt. ⁊ mox ex inſidijs ꝓripiens ſe hoſtis arcem ⁊ que in ea cōperta habuit occupat. Atqꝫ ita ſolutis captiuis reliquam predā rothomagū traduxit. Ignauie penas digne luit q̄ inimico ꝓximus ſibi diligenter nō cauet. Em̄uero periere aliq̄n toti exercitus ſibi nimiū indulgētes/⁊ nō attendentes quid hoſtis moliat̄.

Dieppe obſidio.

¶ Anno inſequente qui fuit chriſtiane gratie.cccc.xlij.ſupra mille tallebotus mille quingentoꝝ delectoꝝ angloꝝ ductor non ꝓcul a dieppa maritimo oppido qđ a francis tenebat̄ caſtra ponens:in colle qui polletus ab incolis dicit̄ cōſedit. extructa ibi lignea grandi admodū turre:quā multis tormentis ⁊ machinis bellicis cōmuniuit:vt inde oppidi muros crebris iactibus cōcuteret. Erat ad oppidi tutelam carlotus mareſius trecētos ſecū egregia virtute milites habēs. Ad quē paucis poſt diebus iohānes aurelianeñ. nothus cū circiter mille armatis veniens:poſtqꝫ locū militeſqꝫ recenſuit arturū de lōgauilla et thomā droynū ſexcentoꝝ manu militum ſtipatos ad vetus preſidium adiūgēs dieppa egreſſus eſt. Miſit preterea carolus rex alterū ſubſidiū obſeſſis. Cui prefecit thedoalū burgenſiū: aſſignato illi guillermo ricaruillo centū equitū prefecto. Firmata tanto preſidio dieppa franci talleboto cū potenter reſiſterent:ipſe paulopoſt abijt:relictis ad obſidionē peragendā ſexcētis anglis quib⁹ preerant Guillermus poyttus ⁊ Johānes rippellaus. Procedente tempore poſtqꝫ hoſtis ad dieppam ꝑtinaciter ſedet:Ludouicus caroli filius viennenſis dalphinates patris iuſſu ingenti collecta militū manu ex pictauis dieppam petit diſſoluende obſidionis gratia. Qui ſecūdū amnem ſūmonobriam iter faciens:obuios ſibi excepit ſexcentos ſupra mille milites qui ei in ea expeditione obſequerent̄. Eoꝝ primi ductores extitiſſe referuntur ſancti pauli comes:domicellus de cōmerci:gaucurtus:caſtillionis lauali comitis frater:⁊ eius caſtillioni dñs qui ad amnē matronā eſt. Acceſſione huiuſmodi ꝑcerū inſtructior factus dalphinus abbatiſuillam ſe cōtulit:quo thedoalum burgēſiū ad ſe venire iubet. Is vbi aduenit:cōſilio de re gerenda capto:thedoalū cū trecētis militib⁹ premittit:qui ad anglorū caſtra cōmeatū inuehi ꝓhibeat : ipſe paulopoſt reliquas copias Dieppam ducit : vbi poſtqꝫ militem ex labore pauliſper recreatū habuit:occidēte iam ꝓpe ſole ſexcentū probe armatos ad collem vbi hoſtis conſidebat ꝓficiſci imperat. Fuit nox illa continuo fere ymbre madens nec ꝓpterea erūpere in frācos deſtitit hoſtis:ꝙqꝫ acri pugna in munitiones ſuas regredi a frācis cogeret̄. Poſtridie dalphinus dieppa mouēs in collē polletū in cōſpectu hoſtiū copias ſiſtit. Habebat em̄ fabricatos ligneos pontes ad tranſmittendas foſſas quib⁹ ſe anglus ꝑ ambitū lignee turris circūſepſerat. Igitur ſecūdo die poſtqꝫ ad collē ſucceſſit:pontes rotis ꝑuectos ad foſſas admouens:mox ſigno dato oppugnare turrim feſtinat. Nec ſegniter hoſtis obſtitit:⁊ inſilientibus in eū francis ſumma vi conflictat̄:hos ſaxis opprimens: alios telis ſagittiſqꝫ vulnerans. Ad primū cōgreſſū octoginta franci ceſi ſunt:trecentis ⁊ ſupra grauiſſime ſauciatis. Quibus integri hortante ludouico ſuccedētes:oppugnationē nequaqꝫ deſerebāt:dalphini preſentia:angloꝝ quoqꝫ odio vehemēter animati. Nec defuere dieppenſes Qui baliſtarios ſexaginta educētes crebris ſcorpionibus hoſtē ne e turris muro tuto ꝓpugnaret:ꝓhibebant.

Eapropter inſtante atrociter frāco milite:expugnata eſt turris : trecētis anglis interemptis/reliquis captis cū guillermo poytto:Johanne ruppallo ⁊ Talleboti notho qui in dieppēſiū poteſtatē venere. Qui aūt france originis erant oēs ſuſpendio affecti ſūt cū aliquot anglis qui ante oppugnatam turrim dalphino cōuiciati fuiſſent. Tam firmo ꝓpugnaculo diſſipato:tormēta q̄ in eo erant in oppidū dalphinus tranſtulit. Laudatis militib⁹ ciuibuſqꝫ quoꝝ diligenti opa parta de hoſte victoria erat. Dedit item oppidanis munera ad ſarcienda dāna q̄ obſidionis tp̄e ꝑpeſſos eſſe cognoſcebat.

¶ Inſequenti anno. M.cccc.quadrageſimoquarto de duoꝝ ⁊ viginti menſiū inducijs inter francie anglieqꝫ reges cōuenit:ꝑmiſſa vtriqꝫ libertate merces cōmutandi atqꝫ inter ſe negociandi.

Expeditio ī mettenſes.

¶ Per quod induciarum tp̄s:ne miles ocio torpeſceret ſicilie regi carolus ſuppetias tulit aduerſus mettenſes:⁊ quoſdā lothoringie incolas q̄ ei nō parebāt. Admonitis mettenſibus obedire cū dicto audiētes nō eſſent:eos Carolus circūſedit multis copijs et dalphini preſentia potēs. Firmata obſidione/romanus imperator de heluetijs queſtus ꝙ imperio rebellarent:Carolū ꝑ bourgalemoniū germanū inſignē equitē orat partem militum ſibi ꝯtra deſciſcētē a ſe heluetiū cōicet. Ea res cū ingrata regi nō eſſet:dalphinū baſileā cū copijs mittit. aſſiſtente illi bourgalemonio federici militis prefecto.

In heluetios.

Dū aūt viam ꝑgit heluetioꝝ nō cōtēnendā manū nō longe a baſilea offendit:in quos cū in hortos quoſdam ſe recepiſſent arma cōuertens:bourgalemoniū ante alios amiſit cū aliquot alijs interemptū. Fudit nihilominus hoſtem et adunū occidit. Inde ad ſanctū hypolitum mouēs ſpe oppidi confeſtim oppugnandi:cū id fruſtra conatus fuiſſet:habuit tñ ſibi obtēperantes oppidanos. Sed frācus miles ſuo more ex agris predas agens furentē gētē in ſe excitauit:ita vt diuerſis locis conſociati heluetioꝝ manipuli nō paruam copiaꝝ partem occiderūt. Igitur bourgalemonio mortuo ſuiſqꝫ partim occiſis dalphinus regionis aſperitate cognita ad patrē qui apud nantium lothoringie primarium oppidū erat reuerſus eſt. Quo ſe contulit comes ſuffortus anglus a henrico ad carolū miſſus q̄ caroli filiam regi ſuo vxorem peteret. Neqꝫ id comiti denegatū eſt.

Ductoꝝ mettenſiū crudelis.

¶ Preerat mettenſibus iohānes vitotus barbarus ⁊ ferus moribus homo. Hic equo inſigni vtebatur:in cuius cauda aſſutum erat tintinabulū vt ingrediens egrediēſqꝫ ſeuus imperator audiret̄ : atqꝫ cognoſceret̄. Adeo quidem inhumanus:vt ex ſuis aut ex hoſtib⁹ captum neminē precio redimi ſuſtineret Si aūt compertū haberet feminas vrbe egreſſas de viroꝝ liberatione ꝑtractaſſe : eas nece afficiebat. Sed barbari crudelitatē vicit ciuiū ꝓuidētior moleſtia. Fatigati itaqꝫ diuturne obſidione mettenſes:regem munerib⁹ placāt:ducētis ſcutoꝝ milib⁹ belli impenſas cōpenſantes. Reb⁹ ad hūc modū ordinatis:carolus cathalaunū profectus eſt.

¶ Sub idem tēpus cū eccleſie ſynodus baſilee haberet̄:eugenius pōtifex romanus cognito ꝙ patres q̄ cōſilio aderant eū a pōtificatu amouere ſtuderēt:ſynodū ferrariā ⁊ inde florentiam transferre laborauit

Felix ſabaudus papa.

¶ Unde baſilienſis ſynodus amedeū ſabaudū qui ſolitariam vitam apud rapaliā viuebat i pōtificē quem felicē noīauit aſſūpſit. Interim mortuo eugenio cū romani cardinales Thomā de ſuſanna eugenio ſubſtituiſſent nicolaū quintū eū appellātes:orto in eccleſia ſciſmate. Caroli maxime opa contentio ſopita eſt:conceſſa felici ꝑ ſabaudiam ampliſſima legati poteſtate.

¶ Per eoſdem dies tametſi inter reges francoꝝ atqꝫ anglie inducie ꝓcederent:Frāciſcus tñ ſurienus cognomēto aragonenſis tumultuaria armatoꝝ manu feugeras que normānie finitime ſunt ad britanniam ꝑtinentes circūuentas cepit atqꝫ populatus eſt. Qua de re britonū dux apud Carolū ꝑ nūcios queſtus:oſtēdit hanc in illū contumeliam ab hoſte illatam eſſe:inducias illibate conſeruantem/decere ab anglo repetere quod ꝑ nefas abſtuliſſet. Querela ducis accepta:carolus ad anglie regem ⁊ ſombreſſetum ducem Johānem hauartū ⁊ guillermū couſinetum ex ſuis aulicis mittit:qui res ex feugeris induciarū tp̄e a franciſco ſurreptas repeterent. His reſponſum eſt franciſcū aragonenſem id non ex ſentētia regis cōmiſiſſe:factum neqꝫ regi neqꝫ ſombreſſeto placere. Quod vt Carolo ſombreſſetus ꝑſuaſū faceret:ꝑ nuncios idem ſignificat petens vt ob eam rem nihil de inducijs nouaret̄. De accepta autem iniuria ſi oratores louueriū mitteret / eodē venturos ſombreſſeti legatos :qui controuerſiam pariter componerent. Id carolo cum gratum fuiſſet:dies conuētioni apud louueriū dictus eſt. Ibi dum oratores conſultant:interim tollenda anglis Pontiſarcha fortiſſimo ad ſequanam in normānia oppido Floquetus ebroicenſis pretor vir bello ſtrenuus conſilium capit. Vector quidam quadrigarius ſolitus ꝑ id oppidum iter crebro facere:⁊ eam ob cauſā anglis iam notus prouiderat animo eius loci preſidium negligenter agere:neqꝫ ſatis oppidi cuſtodie attentum eſſe. Igitur rem a ſe frequēter animaduerſam ad Floquetū Jacobūqꝫ de claromonte et dominũ de maulgnio belli peritos defert. petitqꝫ ſibi aliquot delectos milites attribui qui illum ad id negociũ iuuent. Deſignantur imprimis duo: qui ſingulis ſecuribus deſumptis lignarios ſe fabros ſimulantes vectorem comitantur. Quos ſingulatim alij longo interuallo ne multitudo ſuſpitionẽ faceret ſubſequũtur. Qui omnes definito inter eos die ad cauponam que in ſuburbio eſt hoſpitij pretextu cõuenere. Huius autem caupone hoſpes iniuriam ſupra paucos dies ab anglo acceperat. Quod non ignorans quadrigarius ab indignante ob iniuriam hoſpite cubiculũ ſeorſum petit vbi ipſe cum ſuis ſecreto diuerſetur: ſimulqꝫ rem conceptam illi patefacit. Letus rei indicio hoſpes: opem quoqꝫ ſuam illis pollicetur. Inſequente nocte dominus de breſſy cũ militum cohorte ꝙproxime oppidum poteſt verſus ſancti andoeni portum ſe ad inſidias componit. Floquetus ad alteram pontis regionem que louuerium ſpectat: cũ Jacobo claromontano et quingentis equitibus in vicino nemore ſe collocat. Vector quadrigarius ſub lucem inſequentis diei cum vehiculo ad primam vſqꝫ pontis portam cũ ſimulatoribus fabris tantũ progreſſus: ianitorem nomine appellat. orans ianuã ſibi reſerari: ꝙ feſtinus eſſet merces importare quo eas vehendas receperat: ſimulqꝫ premiũ beneficio pollicetur: fidem dans pro eis qui ſecures ferebant. Janitor qui vectorem notum haberet: adhibito ſecum anglo portam recludit. quam mox vector ingreſſus vehiculum ibi ſiſtit ſimulanſqꝫ ex marſupio nũmos in mercedem anglo depromere: vnũ qui ex britonũ moneta erat labi in terram ex induſtria permittit: quem nũmum vt humo leuaret dum ianitor procumbit: vector exerto pugione confodit: ij vero qui fabri putabantur ad ſecũdam portam interim cum proceſſiſſent: anglũ interimũt. moxqꝫ ex inſidijs Floquetus: alijqꝫ milites properantes oppidum arcemqꝫ hoſtiliter vociferantes inuadunt. omni preſidio vel ceſo vel capto: cum ad eam horã non aliter ꝙ ſecurus quiſqꝫ obdormiſceret: inter captiuos cõprehenſus eſt comes fauquẽburgus diues anglus. Ea res anglos mirũ in modum cõtriſtauit. Quibus ne paci precluderetur via: carolus que capta erant reddenda cenſuit: ſi feugeras reſtituerent. Jd ad ſombreſſetum referẽtibus anglis: vtriqꝫ legati ad cenobiũ quod bonum portum vocant poſtea coiere. ¶ Interim gerberoyũ in bellouacis a domino de mouy: et in burdegallis conacus: malgrinuſqꝫ a verdrino vaſcone: ⁊ a floqueto in normannia conche capte ſunt. De quibus locis recuperandis miſſo a ſombreſſeto iohãne infante. Carolus reſpondet ſi feugeras britonũ duci reddant: ea que recenter capta franci tenerent ſe reſtituturũ. De feugeris in mandatis nihil habere cũ Johannes infans reſpondiſſet: re infecta diſceſſit. Nec ab his qui ad bonũ portum conuenerãt aliud geſtũ eſt. Reuerſis ad Carolum oratoribꝰ: ipſe de belli ratione cõſilium cum ſuis cõmunicat quippe qui hoſtis ſuffugia doloſqꝫ nulla modeſtia peruincere poſſet. Ad britonũ ducem miſſis nũcijs bellum cõmuni beniuolentia gerendum ſuſcipitur. Per precedẽtiũ tempus induciarꝫ non deſtiterant angli qui Mantã Vernoliũqꝫ ⁊ latiniacũ occupant vias publicas inſidere: quoſqꝫ paſſim vel ſpoliantes vel iugulantes: et vt a crimine patrociniũ ſumerent: eos qui ab eis talia paterentur armigniacos appellabant. Facies tamẽ ſuas ne agnoſcerentur laruis obtegebãt ⁊ perſonati quidem incedẽtes: laruatos ſe appellari gloriabant: eoſqꝫ pſeudofaciatos vulgus vocitabat. Aduerſus tot mala coeũtibus vndiqꝫ copijs auſus hoſtis ex feugeris in britones eruptionẽ facere viginti ſupra centũ anglis occiſis in ſuas munitiones redire coactus eſt. ¶ In normãnia apud vernolium multor cuius molendinũ oppidi muris proximũ erat nocturnis excubijs deſignatꝰ cuꝫ forte obdormiſſet: ab anglo excitatus iniuriam acceperat. Quã egre admodũ ferẽs multor:

Vernolium capitur.

de ꝓdendo francis oppido rationẽ cũ floqueto init. Cõmoditate facinoris accepta floquetꝰ mercedem homini pollicitus: Petrũ bleſſeyũ ⁊ Jacobũ claromontanũ rei conſcios facit. Quos ad conſtitutũ diẽ conuenientes multor ꝑ molendinum cui ipſe preerat ſcalis ad muros oppidi admotis in vernoliũ admittit. Erat enĩ dies ille dominicus ad rem diuinam audiẽdam chriſtianis maxime celebris. hinc occaſione accepta multor qui eo quoqꝫ die excubuerat collegas ſub lucem admonet ad eccleſiã rei diuine gratia ꝓperare: vt dei religione expleta: mox cibo matutino reficerẽtur. Igit collegis abeuntibus gratum francis facinus multor

Nota

perpetrauit ſuam iniuriã vlciſcẽs. ¶ In minima ſiquidem fera interdũ animus ineſt: ſe aduidicandũ pro tempore componẽs. Capto oppido: qui euadere potuerũt angli in arcem ſe receperũt. atqꝫ eam que in media arce eſt turrim muro foſſiſqꝫ apprime munitam occupãt. Ex qua ne hoſtis dilaberetur: Johannes dunenſis comes quẽ aurelianũ nothũ ſupra nominauimus Caroli militie per eos dies princeps ꝓtenus adueniens turrim circũſedit. Nec multis interiectis diebus accepit Tallebotum cum copijs Bretoliũ aduentaſſe: nõ aliam ob rem ꝙ

vt obſidionem diſſiparet: importaretqꝫ commeatũ obſeſſis. Eapropter dunenſis comes non diu vernolij moratus relicto in obſidione florentio dilliers carnotenſi in tallẽbotũ ducens eũ non procul ab haricuria eſt aſſecutus: loco quidem munitiſſimo ſe cõtinentem. In quo a francis die illa tota ad pugnã prouocatus nullam pugnandi poteſtatem fecit. Sed inſequente eiꝰ diei nocte in haricurie arcem ſe contulit. Franci autẽ relicto talleboto: ebroicas profecti ſunt

¶ Dum hec in normannia geruntur: Carolus ligeri per ambaſiam tranſmiſſo: vernoliũ petere conſtituit opem laturus obſidentibus turrim. Et per eos dies comites deu et ſancti pauli cum quattuor equitum milibus nogentum ducentes oppidum arcẽqꝫ capiunt prefecto iohanni fabro cum ijs qui in preſidio erant data libertate abeũdi. Arcem vero iniecto igne deſolatã franci reliquere. Inde progredientes ſequana traiecto ad pontemaudomari vocante eos ab ebroicis dunenſi comite iter carpunt.

Pons audomarus capit

Illis igitur ad rillum amnem qui preter muros fluit ſe conferentibus dunenſis comes cum reliqua copiarum parte in regione que ad rothomagum vergit caſtra ponens: poſtqꝫ omnia que ad oppugnationem neceſſaria erant parata nunciant dato ſigno quiſqꝫ certatim in muros euadere contendit. Itaqꝫ magnis animis anglus obſiſtit. Sed in oppidum irruentes picardi: moxqꝫ altera parte dunenſes: hoſtem propulere. Qui in edes publicas que in mercato ſunt confugientes paulopoſt comitũ dunenſis et ſancti pauli poteſtati ſe permiſere. Qui enĩ capti ſunt fuere viginti ſupra quadringentos: inter quos oppidi prefectus monteſaurus normanni fiſci moderator fuit et fouquetus hetonus anglus.

¶ Re bene ad põtemaudomari geſta: dominus de mouy ad loci preſidiuꝫ ſtatuitur. Sub idẽ tempus alie quedam arces a francis duce iohеaco recepte ſũt. Et vernoliana turris: rege carnoti agẽte deditionẽ fecit modico redemptionis precio ab ijs qui in preſidio fuiſſent ꝑſoluto

Lexouium
Manta

¶ Secuti ſunt lexouij: ad quod dunenſis comes cuꝫ ijs qui ad pontemaudomari militauerãt mouens eos nulla vi adhibita receptos ſuis legibus viuere permiſit. Manta plus laboris vt ſe dederet attulit: deditionem recuſantibus anglis qui eam tuendam receperant. Sed deficiẽte ab eis plebe et porta que ſancti nomen habet cuꝫ bona oppidi parte armis occupata: ciues ad francos egreſſi de deditione conditiones acceperunt. Quod ab anglis compertum eos humiliores fecit. Nam accepta diſcedendi cũ ſuis fortunis libertate oppiduꝫ reliquere. Ceteris qui cum hoſte alio ſe conferre duxiſſent idem permiſſum eſt. Manentibus nichil nocitũ oĩno fuit. Rebus compoſitis petrum breſeyum comes dunenſis oppido prepoſuit. ¶ Carolus eodem tempore ex carnotenſibus vernolium venit ab incolis magna animi alacritate et beniuolentia exceptus ¶ Atqꝫ interim Pictauenſis ſeneſcallus petrus breſſeyus memorabile facinus adortus eſt.

Longnyum.

Eſt caſtellum apud normannos longnyum cui preextenditur atrium patens (quod baſſam curtem franci dicunt) foſſa muroqꝫ circũſeptum. Ei caſtello preerat ſanctimarianus franciſci aragonenſis gener: habens ad loci preſidium milites ducentos: quos in atrio continebat. Cum hoc breſſeyus colloquio habito impetrat caſtelli deditionẽ oportuno tempore a ſe faciendam. Adueniente conuentorũ die breſſeyus armatos longnyum mittit: quos ſanctimarianus ſoceri amicitiam eiuſqꝫ vxoris preſentiam parui ducens in caſtellum clam ꝑ poſticum introducit. Qui autem in atrio ſtationem habebant francis in caſtello cõſpectis obſiſtere quidem conati facile quaſi et numero ⁊ robore inferiores cepto deſtiterunt: qui omnes capti et bonis ſpoliati ſunt preter franciſci vxorem que cum fortunis (in generum multuꝫ prius oblocuta) libera diſceſſit.

Vernonẽſes

¶ Sub idem tempus caduceator a floqueto ad vernonenſes qui ſequanam in normannis accolunt miſſus vt in caroli ditionem fideqꝫ ſe conuerterent a Johanne doremonto loci prefecto irriſus eſt: dicente ſe quidem cum loci incolis oppidi claues perqꝫ libenter prebiturum. Nec moratus ad clauium artifices pergens doremontus: multas rubigine vetuſtateqꝫ ſemeſas claues caduceatori colligatas tradit. Cui reſpondens caduceator: he inquit obſoletiores ſunt ꝙ vt tam celebris oppidi portis conueniant. moxqꝫ ad comitem dunenſem qui interim proxime vernonem copias admouerat acceſſit: referens ea que a doremonto geſta cognouiſſet. Illuſione accepta: comes ad oppidi regioneꝫ que ad rothomagos ſpectat conſedit: domino de mouy et Guillermo canuto alteram partem obſidentibus: quibus erat francorum ſagittariorum frequens manus attributa: qui ad belli neceſſitatem recenter fuerant ex ruricolis delecti et a vectigaliũ oĩm contributione ſine controuerſia liberi.

Inſtitutio francorũ ſagittariorum.

Enĩuero ex edibus ſexaginta: vnus aſſumptus armis ab ijs qui domũ reſtant inſtructꝰ: et aureo tantũ nũmo dum domo egreditur donatus: in militiam pergit: ⁊ horũ quidẽ egregia opa carolus multis locis ꝓſpere vſus eſt. Ex eorũ nũero hi qui ſub dño de mouy ⁊ canuto militabant: inſula ꝙ in vernonis conſpectu eſt occupata: confeſtim pontẽ qua in oppidũ via eſt inter cipiunt. Qua re perterriti oppidani ex ſuis ad comitē legāt iohannē abaronē anglū ⁊ guillermū daguenetū cū aliquot loci bone opinionis incolis. Quibꝰ ad comitē admiſſis: daguenetꝰ ita locutus eſſe perhibet. Ad vernonenſes (illuſtris comes) caduceatorē miſiſti qui eos regis tui noīe admoneret: ſe atqꝫ oppidū eius ptāti permittant. Igit ad te venimus vt nobis dicas ꝙobrem admonendos nos eſſe ducas et quid a nobis tibi faciendū putes.

Orō comitis dunenſis ad vernonenſiū oratores.

Comes vt modeſtus erat reſpōdens nō ignoratis inquit viri oratores vernonē cū arce ⁊ circūiacenti agro ad carolū regem paterno iure pertinere. Que cū vel vi vel dolo ablata hoſtis occupet: nūc patri ad regnū ſuccedēs carolus: ea ſibi reſtitui iure optimo petit. Fuiſſe nāqꝫ per ſupiores annos multa geſta bella quibus vaſtatū regnū attrituſqꝫ populus diu multūqꝫ miſere elanguit: demū inducias inter principes interceſſiſſe: vt īterim cōcordie via pararet. Sed parū in fide ſtātibus anglis: medio induciarū tp̄e feugeras occupaſſe et expilaſſe: quā adhuc tenerent tametſi cōpluribus cōuentionibꝰ de redintegrando dāno fuiſſet tractatū. Tam multis iīuriis acceptis: carolū ex pcerū cōſilio ꝯſtituiſſe iuſtiſſimis repetere armis q̄ a patre atqꝫ a ſe anglorū perfidia ſuſtuliſſet. Eā cauſam eſſe ꝙobrem vos de deditione facienda admonere ꝑcipimus. Poſtqꝫ hec a comite dicta ſunt q̄ miſſi fuerant ſeorſū a contione ſecedentes: recuſantibus anglis deditionem oppidani caroli ſe partes ſequi oīno conſtituerunt. Relictis ꝓpterea apud comitē obſidibꝰ: vernonē repetentes: vernonetū iprimis (id eñ arci nomen eſt) reſtituere. Verū ꝙ a rothomagenſibꝰ nō plurimū vernonenſes abſunt: et inde ſubſidiū affuturū ſperarent oppidū dedere ea lege pollicent: ſi anglus ſuppetias illis infra ꝓximū ſabbatū nō ferret. Cōſtituto die qꝫ ſe deſtitutos ope intelligerent: emiſſis libere ex ꝑſidio anglis: dunenſem comitē in oppidū vernonenſes admittunt: qui loci atqꝫ arcis cuſtodiā rigaldo de fōtanis aſſignauit.

¶ Dum hec vernone geruntur carolus ebroicas: deinde louueriū petens: ab incolis icredibili leticia exceptus eſt. Quo tempore guillermus canutus arcem que dangu appellatur ex prefecto portugallo voluntaria deditione recepit. Et ſancti pauli comes gorneyum in fide admittens oppido atqꝫ arce a carolo donatus eſt. Comes item dunenſis poſt quindecimū obſidionis diem haricuria potitus eſt.

¶ Interim mouentes ex vernone proceres ad carolum louueriī agentem cum ingentibus copiis conuenerunt: per quos dies rupis guidonis dominus eiꝰ nominis arcem que ad eum pertinebat dedente ſe prefecto recuperat.

Copie ad carolū ꝯueniūt

¶ Contractis ad louueriū omnibus copiis: Carolus maturat ea perſequi que ad reliquam normanniam ſubiugandam opus erant. Carolum igitur artheſium comitem deu: ſancti quoqꝫ pauli comitem et Johannem ſaueuſum cum quattuor armatorum milibus ad nouum caſtrum cui prefectus erat adam billotonus anglus in preſidio habens quadraginta ſupra centum milites proficiſci iubet. Captum eſt oppidum vi. arxqꝫ recepta: conceſſa anglis facultate ſuas inde fortunas exportandi.

Chābraſiuꝫ

Dunenſem preterea comitem carolus alteras copias ducere chambraſiū mandat: quem cōplures franci proceres vno exercitu comitati ſunt. Inter quos fuere comites claromontenſis et niuernenſis: doruallus et ialōnus francie mareſcallus. carolus culautus: petrꝰ breſeyus: gaucurtus: buellus peditum equitūqꝫ milia quattuor educentes. Caſtris ad chambraſiū admotis poſt dieꝫ octauū: guillermus ernitus anglus arcis prefectus (lege cum frācis libere diſcedendi cōpoſita) loco ceſſit.

Deſſayum.

¶ Erat deſſayum in alenconii ditione caſtellum quod anglus multis annis tenuerat: ab eoqꝫ lacus non longo multū interuallo diſtans. Hunc lacum cum hi qui ad deſſayum erant expiſcandū per eos dies accepiſſent: pleriqꝫ lacum petūt piſcium concupiſcentia illecti. Ea re per nuncios cognita: alenconii dux contractis ex tp̄e copiis: ad lacū occultis itineribus contendens: anglos illic palantes oēs intercipit. Captoſqꝫ in deſſay cōſpectu ſiſtens: eos neci deſtinat niſi arcem dedant. Deditū oppidū eſt et caſtelluꝫ

Fecanum

¶ Ex dieppa quoqꝫ cui ꝑſidio erāt partim fecanū cenobiū quod ad occeanū eſt petentes noctu expugnant. Nec longa mora interpoſita ecce ab anglia nauis q̄ circiter centū milites ad fecani ꝑſidiū ferebat. ad portū appellit. Quos fecanie oppugnatiōis ignaros ⁊ ideo in cōtinentē egreſſos franci cōprehendunt.

Conſtantia.

¶ Ad hec britānie dux: francorū ſuorūqꝫ robore ſtipatꝰ ex britānia conſtantiā ꝓfectus: ciuitatem ſecundo ſui aduentus die (abeūtibus inde anglis) cepit.

Sāctꝰ laudꝰ

Eadem fortuna nulloqꝫ negocio ſanctum laudum et vicinas arces nō paucas occupat vbi ex francis preſidiū conſtituit.

Alenconium

¶ Sub id tempus alēconienſes ad ducem ſuuꝫ miſſis clam nunciis: patere illi aditum in oppidum promittunt. Quo nuncio dux ſpem recuperande hereditatis capiens: protenus copiis ad oppidū collatis ab incolis intromittitur: anglis in arcē fugientibus quā fractis animis defenſantes paulopoſt ducis ſe arbitrio dedidere. Auxiliatꝰ eſt duci ad hanc rē ludouicus bellomontus qui ex cenomānia ad eum ſexaginta equites ducens conuenerat.

Gaſto fuxi comes Mauliſſon

¶ Fuit eodem anno. M.cccc.xlix. apud vaſcones francis fortuna (ſicuti ceperat) candidior gaſtone fuxi comite mauliſſonem obſidente: qui a Carolo vaſconie regionis ad pireneū vſqꝫ adminiſtrationem receperat. Erant gaſtoni in obſidione tria equitū et decem ſagittariorum milia. Quorum repentino conſpectu permoti oppidani ad gaſtonem nuncios de deditiōe miſere. Angli vero vbi id cognouerunt: in arcem que in edita rupe eſt profugerūt Itaqꝫ mauliſſone recepta: comes fuxi cum accepiſſet in arce penuriam frumenti et cōmeatus eſſe: rupem ex omī parte circūuallat.

Nauarrꝰ rex āglos ſecutꝰ

Cui aio obſiſtendi: rex nauarrus (cuius filiā gaſto habebat vxorem) ſex varii generis hoīm milibus contractis: cū gaſtonis militū ordinē roburqꝫ exploraſſet: ſuis paulo retrocedere iuſſis: ad comitis ſe colloquiū admitti ipetrat. Coiere paruo militū numero principes: mille a caſtris francorū paſſibus. Vbi rex nauarrus comitē allocutus. Miror te inquit cariſſime gener: neglecta veteri noſtra amicitia mauliſſonem quam tuendā mihi anglus cōmiſerat vindicaſſe: et nunc arcem quoqꝫ capere conari: cui meus coneſtabilis ſuo et anglorū noīe preſideret.

Gaſtonis reſponſio.

Ad regis verba gaſto ad ſequentē modū reſpondit. Affinitatem recte rex illuſtris cōmemoras: ꝙobrem tibi et beniuolus et obſequens eſſe debeo: ſi alio me non duceret parendi neceſſitas: et honeſtas officii. Carolo regi ſubiectione et fide cū ſim imprimis obnoxius: tum ob id maxime ꝙ vaſconiam mee tutele ſuppoſuit: iuſſus ab eo mauliſſonem cepi. neqꝫ hinc abſcedam donec aut alter me fortior extrudat: aut arcem ad Caroli ditionem redire compulero. Comitis voluntate cognita: nauarrus copias ad ſe reduxit. Obſeſſi vero impetrata diſcedendi ſecuritate arcem dedidere.

Dolus dolo ſuperatur

¶ Eodem tp̄is tractu quedam in normannia arces capte ſunt a dn̄o de blanuilla: touqua: in rupe proxime occeanū extructa: a dunenſi comite argentonū: vbi ſimulato metu ex muro de deditione prolocutus hoſtis: arma cū pararet: quidam in populo primores diuerſa qua anglus parte dolus agit: frācos affati fraudem manifeſtant: orantes ſignū quod pre ſe ferrent ſibi protenus dari. Oppidanos cōſtituiſſe Carolo regi parere: anglis expulſis. Signo recepto: francos admonent eo accedere quo ſignū in muro erectum cernerent: ſe quidē illos in oppidum accepturos. Admiſſis ꝑ muros bono numero francis: angli ſuo cōmento fruſtrati: in arcem perpropere confugerūt. Quā non multo poſt dedidere: ex ſuis fortunis omnibus: preter baculū vnū nihil inde exportātes.

¶ Nec fuit oliuerio de carſalio preſidii prefecto melior conditio. Per eos dies caſtellum gaillardi loco edito ad ſequane ripam conſtitutū (carolo in obſidione agente) captuꝫ eſt. Frenei quoqꝫ arx ab alenconii duce (dedentibus ſe libere anglis) recepta. Giſortium preterea richardus merburus anglus carolo reſtituit. Donatus propterea a carolo ſancti germani in laya ditōne atqꝫ prefectura: duos inſuper liberos iohānem atqꝫ hemonem qui apud pontem audomari capti in cuſtodia tenebantur recepit.

Johēs gaucurtus

Giſortio prepoſitus eſt gaucurtus veteranus aurate militie eques: rerū gerendarū longa experientia et fide in regem ſpectatus.

Rothomagus obſidet.

¶ Tot per normāniam locis potitus rex: cum et procerū preſentia et robuſtiſſimo exercitu inſtructus eſſet: contractis ad nouiburgi planiciem copiis: dunenſem comitem ſequanā (rothomagū verſus) tranſmittere iubet: premiſſis ad ciues caduceatoribus: qui ciuitatem ad caroli ius repeterent Quos hoſtis cōminata illis morte audire recuſauit. Tenebatur eñ ciuitas firmiſſimo anglorū preſidio. Caduceatorū relatione percepta: carolus copias ad ciuitatem ꝓmouere mādat. Admotis in vrbis conſpectu militibus: atqꝫ per caduceatorem de dedenda ciuitate ciuibus iterum admonitis: poſtqꝫ triduo toto quo illic acies conſtitit: nemo in colloquiū prodiret: ingruerentqꝫ continui imbres (erat eñ hyemis principiū) dunenſis comes ad pontem arcis ſe recepit: diuerſantibus per circūiacentes vicos ad hibernandū militibus.

¶ Dum hec ita rothomagi aguntur: aliquot ciues quibus grauis eſſet angloruꝫ principatus: duas turres cum muro intermedio per ſpeciē cuſtodie occupant: aio quidē francos oppugnationis tp̄e in ciuitatē admittendi. Ea ſpe erectus carolus: dunēſem comitē cū omibus copiis rothomagenſes adoriri iubet. Poſito in cōſpectu ciuitatis toto exercitu: duas acies dunenſis inſtituit: vnam cui ipſe ꝑerat ad portā (q̄ bellouaca dr̄) ſiſtit. Altera quā claromontenſis comes carolus ducebat inter furcas et ciuitatē ſe locat. Expectantibꝰ in eo ordine frācis: ſi quod a ciuitate ſignū ꝓdiret: venit ad eos hora poſt meridiē ferme ſecunda homo eques renūcians duas turres a quibuſdā ciuibus non alia cā teneri q̄ꝫ vt opem accedentibus francis afferrent. Quo nuncio admonitus dunenſis ſagittarios ad eā partem qua turres erant mittit ipſe vero pedes (reliq̄ comitāte exercitu) ſubſequit.

Tallebotus

Jam ſcalis erectis quadraginta armati in ciuitatē euaſerant: cū Tallebotus cuꝫ trecentis egregie inſtructis peditibꝰ properans: militrae vexillum in ſummo muro ſiſtit. Moxqꝫ in eos qui murum ſuperauerant: et qui turres tuebantur debacchatus:

ſexaginta truc'dat preter aliquot quos ſeruandos delegit captiuos. Qui vero precipiti lapſu e muro in foſſam volentes ſe demittebant:vel crure vel brachio(paucis incolumibus)ſūt mutilati. Poſt ſecundam oppugnationis diem rothomagenſes indignati aliquot ex ſuis nō mediocres ciues a talleboto occiſos eſſe:neqꝫ parū formidantes ne altera oppugnatione expugnati preda fierent francis:primores ciuitatis(aſſumpto ſuo archiepiſcopo)cum populi turba prodeuntes:ſombrecetum forte ducem:quem rex anglus normannie prefecerat: per viam offendunt:atqꝫ ad inſequentem modum pontifex alloquitur.

Pontifex ſombrecetum alloquitur.

Noſti clariſſime dux ꝙ proxime nos circūſedit francorum exercitus:neqꝫ miſeram ciuitatis conditionem ignoras. Secūdus nunc atqꝫ quadrageſimus dies agitur: quo nec frumenti neqꝫ vini neqꝫ lignorum quicqꝫ ad nos importatum eſt. Omniū rerū et maxime annone caritas apud nos eſt:perneceſſarium eſt ſi ſalui eſſe volumus:rem cum francorum rege componere. Liceat igitur tua cumvenia reipublice et tue ſaluti conſulere. Mittere legatos qui icto cum francis qualicūqꝫ federe ciuitateꝫ quiete aliqua leuent. Hec pontificis oratio ꝙuis duci non conueniret:circum tamen aſpiciēs cum paucis ſatellitibus inter populi turbam ſe ſtipatum intellexit:ferocitate celata: humilitatem pre ſe tulit:ſe inquiens boni cōſulturum quod ciues optimū factu arbitrarent. Moxqꝫ ad publicas ciuitatis edes ſe conferentem:pontifex et populi melior pars ſecuta eſt. Ibi communi aſſenſu pontificem cum aliquot ciuibus atqꝫ equitibus anglis oratores conſtituunt. Quibus mandata dant francū regem conuenire:et cum eo pacis ꝙ optimas cōditiones poſſent impetrare. Igitur premiſſo ad pontiſarcem pōtificis officiali. qui ꝓficiſcendi ad Carolū ſecuritatem legatis obtineret:ſecuritate habita ad ſancti andoeni portum tribus paſſuū milibus ab ipſa pontiſarce diſtantem oratores cōuenere. Affuere caroli nomine dunenſis comes: cancellarius:petrus breſeyus:et guillermus couſinotus:et nonnulli alij ex regio conſilio litterati homines. Conſidentibus vtrinqꝫ legatis:rothomagenſis pontifex orat rothomagenſibꝰ in primis remitti ſi quod ab illis in carolum regem perperam geſtum eſſet:Id quicquid eſſet non incolarū malicia neqꝫ franci nominis odio ſed ꝙ anglorum potentatui inuiti ſubijcerentur fuiſſe perpetratum. Nunc regis poteſtati ſe ciuitatēqꝫ permiſſuros ſi cuiqꝫ liberū foret vel abire quo ſuus animus inclinaret:vel in ciuitate ſaluis fortunis incolere. Si tamen ad diſcedendum pateret anglis ſine offenſione ad ſuos commilitones via. His tantum a pontifice poſtulatis nihil detractum eſt:modo iuramento firmarent ciuitatem in caroli ditionem poſituros. ¶ Adiurati:cum in vrbem noctu reuertiſſent:geſtorum a ſe rationem donec illuxiſſet ponere non valuerunt. Coacto poſtera die concilio:cui ſombrecetus aſſiſtentibꝰ pleriſqꝫ anglis preſidebat:poſtqꝫ legationis ſeriem pontifex enarraſſet:ciuibus conuenta probantibus:indignantes angli concilio egreſſi:alij in palatium:alij in arcem raptis armis ſe receperunt. Quare commoti Rothomagenſes:arma quoqꝫ deſumpſere:conſtitutis paſſim aduerſus hoſtiles inſidias excubijs. Simulqꝫ anglorum a ſe diſceſſionem per nunciū Carolo ſignificant:vt ſine cunctatione ſubſidium illis ferat:vno omnes aio eſſe recipere illum in ciuitatem. Interim cum ij qui excubabant:anglos quoſdam per vias armatos incedere conſpexiſſent:ſeptem ex illis trucidatis reliquos in ſuas munitiones reppulerunt:murorum parte cum aliquot turribus et portis occupatis. ¶ Nec longa interiecta mora dunenſis comes cum ingentibus copijs veniens:Sancte Catherine cenobium quod in colle ciuitati adiacenti ſitum eſt(anglis qui in preſidio erant ſeſe dedentibus)recepit. Quibus ne per viam honfleum petentibus predandi occaſio eſſet:carolus pecuniam ad quotidianam impenſam donare iubet. Mox vero cenobium ingreditur. Dunenſis autem comes ad portam quam marchauillam dicunt caſtra fecit. Anno chriſtiane ſalutis. M.cccc.xlix. Ad quem protenus accedentes ciuium primores ex propugnaculo quod pro ianua erat ita ſunt prolocuti. Fauſtus felixqꝫ regi et nobis tuus ad nos illuſtris comes aduentus ſit:populi ſiquidem iuſſu tibi occurrimus: portarum claues repreſentantes:quo intelligas pateſcere franco militi in ciuitatem aditum:et quem voles ex totis copijs numerum ad nos introducere. Quibus dunenſis comiter reſpondit:non ſuo quidem ſed eorum arbitratu ſe omnia geſturum. Viſum eſt mille equites cum ſuis ſagittarijs q̄ in ciuitatem admitterentur ſatis eſſe. Horum pars proxime palaciuꝫ(quo ſombrecetus atqꝫ tallebotus ſuum preſidium continebant)ſtationem habuit. Altera inter palacium ⁊ arcem ſedem accepit. Tertia duce petro breſeyo:in ipſo arcis conſpectu conſtitit. Reliquus exercitus ingens quidem et ſupra ꝙ ante annos multos viſus fuiſſet copioſus:per agrū qui ad bellouacos ſpectat diuerſatus eſt. His ſicuti annotauimus ordinatis:angli qui pontē ad ſequanam amnem tenebant ſe dedere. Sombrecetus vero orat ad caroluꝫ ire ſibi liceat. Admiſſus

petit id ratū haberi quod rothomagenſis pontifex de reddenda ciuitate apud ſācti Andoeni portū ad ſe veniens rettuliſſet. Cui ad hunc modū carolus modeſte reſpōdens. Rem inquit ſombrecete parum equam efflagitare videris. Poteras equo iure cū rothomagenſibus frui cū de deditione ageretur. Sed tu aduerſus pacis legem pugnās ꝙtū per te fieri potuit ſpem in armis repoſuiſti. conatus ciues a me auertere. Conſtitui propterea te e palatio nūqꝫ dimiſſurū donec liberam ciuitatem vna cū honfleo:et reliquis que tui occupant locis in meam ditionem reſtituas. Poſtqꝫ hec ſombrecetus accepit:valedicens regi in palatiū remigrauit comitantibus illū comitibus claromontano et deu. Poſtridie palaciū arcēqꝫ obſidere Carolus iubet. Sombrecetus aūt vbi ad oppugnationem parari tam diligenter oīa a francis videt in colloquiū cuꝫ carolo admitti petit. Ad regem cū veniſſet:eadem que prius poſtulans:vt ea que fuerat rothomagenſibus indulta conditio ſibi ſuiſqꝫ permaneret:reſpōſum accepit:id ſe fruſtra ſperare qui apud ſancti andoeni portū conuenta recuſarat. Atqꝫ ita a carolo ſombrecetus in palatiū digreſſus eſt. ¶ At dunenſis comes caroli iuſſu palatiū arcēqꝫ foſſis circūuallat:ne obſeſſis egrediendi facultas vlla eſſet. Igitur machinis tormentiſqꝫ circum admotis: Sombrecetus dunenſem ad colloquiū vocat. Data vtrinqꝫ fandi poteſtate:et diurnis pervices inducijs confirmatis:poſtqꝫ diu multūqꝫ vltro citroqꝫ itum atqꝫ reditū eſt. Conuenit ſombrecetum cū vxore et fortunis ſuis atqꝫ anglis liberū dimittere:ea lege vt aureorū quīquaginta carolo:pacis tractatoribus milia ſex perſoluerent:ere quod a ciuibus et incolis angli contraxerant in primis diſſoluto. Oppida preterea atqꝫ arces ab anglis per normanniā occupatis reſtituerent. His iureiurando roboratis et obſidibus:inter quos Tallebotus erat datis: ſombrecetus dimiſſus eſt. Qui date carolo fidei nō oblitus thome hou et fouqueto ethoni mādat loca de quibus cōuenerat in caroli poteſtate reponāt. Repoſita oīa preter harfleuꝫ ſunt: quam arcem corſonus qui eam preſidio tenebat relinquere pernegauit. Que cauſa fuit:vt vnꝰ obſidū tallebotus alijs abeūtibus in cuſtodia ſeruaretur.

Carolus rex rothomagū ingreditur

¶ Emiſſis rothomago anglis calēdis nouembribus(oīm ſanctorū ſolēnibus rite religioſeqꝫ abſolutis)carolus regio apparatu ciuitatem ingreſſus:mira admodū exultatione et oīm leticia exceptus eſt.

Recuperat feugere.

¶ Dum hec rothomagi geruntur britonū dux feugeras dedente ſe franciſco aragonēſi recuperat:qui ab anglis quoqꝫ deficiens francorū partiū fuit. Mathagotus preterea(qui beleſinū preſidio angloruꝫ tenebat)poſtqꝫ nullo ſuorū ſubſidio ſe adiutū iri cognoſcit. locum duci alenconij liberum dimittit. Fuſam item per id tempus fuiſſe īuenio anglorum cohortem ad gaurayum normānie oppidum cum frumentatum pergerent. Hec cedes a militibus comitis ſancti pauli ducibus gaufrido courano et ioachino roaldo facta eſſe traditur.

Harfleum.

¶ Poſtqꝫ tempus quod ſatis ad res rothomagi componendas erat:carolus exegit:caudebecum profectus:harfleum exercitū duci iubet. ¶ Cuius obſidio difficultatem multam afferebat. Tum propter maris eſtuaria. Tū propter hyemis aſperitatem que et gelu et ymbribus plus ſolito inhorruerat. Neqꝫ in agro vicino edes aut tuguriola erāt ad militum ſtationem ſed vt quiſqꝫ melius poterat ſcrobibus ad hoc effoſſis:ſedem ſibi parauerat paleis atqꝫ geneſtis eas obtegentes. Preerant tormētis atqꝫ impedimentis iohannes et iaſpar bureau fratres induſtrij homines. Hi vineis atqꝫ aggeribus extructis:bombardas ſexdecim ad quatiendum harflei muros in ipſius eſtuarij arenis ſiſterant:ita vt per foſſas ad oppidi proxime muros tuto perueniri poſſet. Et carolus quidem caſſide armatus et manu clipeum ferens. interdum ad opus viſenduꝫ accedebat. Ab oceano autem quinqꝫ et viginti nauiū claſſis excubabat ne vel ab anglia obſeſſis ſuppetie prodirent vel obſeſſis fuge adeſſet facultas. Hac tam arcta circūſeſſione coanguſtatus hoſtis:dunenſem comitem ex muro ſecum verba habere efflagitat. Huic nomen erat Thomas auringanus in preſidio habens anglorum milia duo. Conueniente comite deu: cum diu fuiſſet de deditione fabulatum:tandem natalis dominici die decretum eſt:hoſtem infra kalendas ianuarias loco exceſſurum:ſuis inde facultatibus ſine controuerſia exportatis. Id decretum ſigillis ſex francorum procerum firmatum eſt:et ab hoſte octo obſides dati:calendarum die harfleum receptum et obſides reſtituti. Quinto poſt die relicto firmo preſidio carolus honfleum copias mittit. Ipſe interim in cenobio gemetenſi diuerſatus eſt.

Honfleum

Bella agneſ

Quo ad eum agnetem (quā propter egregiam ſpeciem bellam appellabant)veniſſe iohannes charterius geſtorum caroli ſcriptor tradit:eo aīo vt regem admoneret proditionis qua in eum quidam coniurauerant. De hac agnete conſtans mea etate fama fuit eam a Carolo adamatam fuiſſe:et puellam breuiſſime vite peperiſſe:ꝙqꝫ carolus ex ſe prognatam eſſe omnino diffiteretur. Deceſſit in eo cenobio agnes condito ſexaginta miliū aureorū teſtamento:vbi exſecta eius ꝓcordia humo tra dita ſunt:reliquũ cadauer lochias elatum et in diue marie templo ſepultum. Fuit nanqꝫ ad modũ lepida et faceta:luxuqꝫ et veſtiũ cultu ſupra mulieris modeſtiã gloriabũda. Qui faſtus qñquidem non niſi grandi ſumptu ducitur:eius pompe impenſam ad amoruꝫ mercedem carolus facere credebatur. Acceſſit ad ſtupri ſuſpitionẽ ꝓpinquorũ agnetis ad dignitates eccleſiaſticas repentina promotio.

Guyces caſtellũ prope baionam.

¶ Per eos dies comes fuxi contracta ingenti militum manu: Lantretum fratrem et fuxenſem nothum obſidere guycem:validã in agro baionẽſi arcem iubet. ¶ Id poſtq̃ nauarrus coneſtabilis cognouit:coactis anglorũ copijs vna cuꝫ georgio ſoltinto baionenſi pretore:nauibus par amnẽ qui baionam preterfluit vt obſeſſis auxilio adeſſꝫ ducens a francis(quibus hoſtis aduentus predictus erat)interceptus eſt:et anglorũ ducenti ſupra mille occiſi: Georgius aũt vbi male ſuis fauentem fortunã intellexit. Cuneo ſexaginta equitũ facto:per mediam francorũ aciem irrũpens in ꝓpugnaculũ arcis peruenit. Unde noctu egreſſus cũ baionam ſe recipere feſtinat a fuxenſi notho fugiens captus eſt

¶ Ad honfleũ redeo. Quo premiſſi franci ſagittarij dũ relique copie aduenirent aliquot prelijs cũ hoſte decertauerũt: Quo poſtq̃ dunenſis comes acceſſit:et tormenta admota ſunt. Courſonus eques anglus honflei prefectus ad.xij.calendas martias cedere arci:niſi infra eum diem ſubſidio ſuorũ iuuaretur promiſit. Fruſtratus expectatione:arcem reliquit:fortunas ſuas ſecũ exportans. Freneyum item receptũ eſt:libere abeũtibus anglis:qui illud preſidio tenebant: recepto quoqꝫ monforto prefecto qui apud pontem audomari captus extiterat:pro cuius redemptione ſalutiorũ milia decem ſoluerunt.

Pugna formigniana

¶ Eiſdem diebus thomas cui quirielus cognomen fuit:cũ tribus hoim milibus ex anglia in normãniam appellens:valongnas inuadit:q̃s poſt primũ et vigeſimũ obſidiouis diem(libere inde emiſſo abello roaldo)capit: Nec diu illic moratus:ipſe cũ ſuis et ijs qui ꝓpinquioribus oppidis in preſidijs erant: Cadomum baiocaſqꝫ mouens:per vada Clementis iter facere conſtituit. Ea re cognita Carolus comiti claromontano mandat Thomã quirielum perſequatur. Igitur aſſumptis caſtrenſi comite:et Petro breſeyo:alijſqꝫ inſigni virtute proceribus:ſexcentos equites cũ ſagittarijs ducens Gaufridũ cẽuranum. Et ioachinum roaldum precedere cũ ſuis cohortibus iubet:qui hoſtiũ iter explorent. Inuento tandem hoſte:poſtremã aciem adoriunť. Occiſis mox aliquot anglis: tantilla fortuna contenti:paulo ab hoſte ſeorſum ſe receperunt:donec inuentũ a ſe hoſtem comiti nũciaſſent. Nuncio accepto comes copias diligenter promouet:et anglos aſſequi feſtinat:q̇ ad vicũ formigniacũ qui carentũ inter et baiocas eſt:iam peruenerant:et conſpecto ꝓcul franco exercitu in acie ſtabant inſtructi:adciſcentes cõfeſtim ſibi ex baiocis mathagotũ. Erant illis a tergo pomaria et ſepes que francũ in eos progredi maxime prohibebant. Quare in conſpectu hoſtiũ veniens comes leuibus prelijs anglos laceſſit. Uerũ multitudine militũ inferior: richemontem ex ſancto laudo ad ſe venire per nunciũ orat. Qui impigre aduenit:iacobo luxemburgo eũ comitante:quos lauallus dorualluſqꝫ ⁊ ioeacus ſequebanť:qui ducẽtos et quadraginta equites preter ſagittariorũ magnũ numerũ ſimul efficiebant. Iam eñ comes claromontanus diu pedes pugnã cõmiſerat:et paululũ ceſſerat loco:aliquot tormentis amiſſis cũ richemontus ex molendino cui deſoſſa appellatio eſt:vbi caſtra poſuerat ſuos in hoſtẽ emittit. Quos poſtq̃ ad pontem quẽ de barra incole vocant cõceſſiſſe mathagotus cõſpexit:ipſe cum vero inſigni eq̃te anglo et mille ſatellitibus:deſertis ſocijs pars cadomũ:pars baiocas petit. Deſertus a mathagotho quirielus ad inferiorẽ profluentẽ(quo vicus alluitur)cõmilitones ſuos concedere iubet. Illic cõmiſſo acerrimo prelio:ſagittarij anglos fundunt:et partim interimunt ſe cũ comite claromontano protenus coniungentes. Nec mora iuſſus a richemõte petrus breſeyus ſuperiorẽ anglorũ alam inuadit:quoſqꝫ obuios proſternens q̃q̃ viriliter anglus decertaret. Utroqꝫ cornu fuſo:richemontus ſuperato fluento hoſtẽ totis copijs aggreditur. Decertatũ eſt eo loco incredibili pertinacia. Nec profuit anglo ꝙ multitudine p̄ſtaret. Occubuere enim ſeptingenti ſeptuagintaquatuor ſupra milia quatuor:et Thomas quirielus cũ alijs mille inſigni nobilitate anglis captus:octo tantum ex francorũ exercitu deſideratis. Pre ceteris francis enituit eo prelio ſpectatiſſima monſgaſconis et ſancti ſeueri fortitudo. Nec caruit laude petrus breſeyus plurimiqꝫ habitꝰ eſt dñs mãneyus floqueti militũ ductor: qui floquetus effracto a calcitrante equo crure apud pontẽ arcis egrotus decubabat.

¶ Parta inſigni victoria franci virũ copias duxere:non ſine controuerſia:coneſtabili ne an comiti claromontano eius victorie gloria deberetur. Pleriſqꝫ affirmantibus in coneſtabilẽ victoriã eſſe referendã qui magiſtratu ſuperior eſſet. Alijs contra cenſentibus comitẽ claromontanũ ad id preliũ a rege delegatũ nomine fuiſſe:ſuiſqꝫ auſpicijs partam victoriam. Diremit contentionẽ Carolus:et rem ſapienter fortiterqꝫ geſtam claromontano aſſignauit.

¶ Pariſiani de victoria formigniana certiores facti:duodecim puerorum infra primã adoleſcentiam militibus ad ſanctum innocentem contractis:ſupplicationẽ ad diue marie templũ decreuerũt: ſingulis eoꝝ lucernam ceream accenſam manu geſtantibus.

Virus capit

Abrince.

Baiocẽſes

¶ Viro quo ſe franci contulerãt recepto:claromõtanus baiocas contendit richemontus ad britonum ducem profectus eſt qui delecto exercitu abrincas circũſedere ſtatuerat. Circũuallata ciuitate ⁊ crebris ꝑ dies viginti oppugnationibus vexata: Lanyetus loci prefectus cum preſidio libertate abeũdi impetrata ciuitatẽ reliquit. Tombellenam preterea arcem non longe a diui michaelis iugo diſtantẽ in rupe extructam:britonũ dux anglis(q̃q̃ frequentes eſſent)paruo negocio excluſis : caroli nomine recepit. Eodẽ anno qui fuit ſalutis quadringenteſimus quinquageſimus ſupra mille Carolus ad baiocenſes dunẽſem comitem cũ exercitu legat. Qui nihil moratus ad ſuburbium quod Cadomũ verſus ſpectat caſtra fecit. Claromontanus comes et ipſe caſtrenſis cũ ſuis copijs alteram que ad carentonium vergit occupant. Dño de montenayo copiarum ducis alenconij ductori ⁊ Roberto conigano ſcoto pars que ad diui franciſci cenobiũ eſt ceſſit: atqꝫ ita tribus diuerſis locis baiocenſes obſeſſi:dies quindecim grauem obſidionem tolerauere:egregie pugnantibus anglis qui in preſidio erant nongenti longo armoꝝ vſu bellaces. Itaqꝫ q̃q̃ crebro tormentoꝝ iactu muri per ambitum ciuitatis delecti eſſent:facilemqꝫ expugnationẽ fore milites franci exiſtimarent:inuitis principibus bis vno die oppugnationẽ tentauere:cupidi deturbare tota normãnia anglos. Accepi regnobertum quem in ſanctoꝝ numerum relatum baiocẽſes magna religione venerãtur:qui viuens ⁊ baiocaſſinus comes primũ : ⁊ deinde epiſcopus extitiſſet:viſum fuiſſe per quietem dunenſi comiti:eumqꝫ oppugnationis admonuiſſe:quã miles francus apparabat:vetuiſſeqꝫ ne id pateretur:ſed furentẽ exercitum reuocaret. Id ſi faciat:bene quidem obſidionem ſibi ceſſuram.ſi ſecus diſpendium accepturũ:atqꝫ ea viſione excitarũ comitem mox ad milites ꝓperaſſe:eoſqꝫ ab oppugnandi ꝑtinacia reduxiſſe:mathagotum vero poſt quindecimã obſidionis diem ad colloquiũ cũ dunenſi comite acceſſiſſe:cõditioneſqꝫ ſue et angloꝝ ex ciuitate digreſſionis accepiſſe. Enĩuero tametſi multa ſibi concedi peteret:illud tñ impetrat: abiret cũ ſuis cõmilitonibus liber:armis relictis. Clarioribus aũt feminis ſingulos equos qui eas veherẽt habere:equitibus aureos decem peditibus quinqꝫ exportare permiſſum. Interdictum ne cadomũ ſed chereburgum ſe reciperent.

Cadomẽſes

¶ Sub idem tempus briquebecum valongneqꝫ a coneſtabile recepte: cũ ſancto ſaluatore viconto. ¶ Deinde cadomũ obſeſſum quod firmiſſimo preſidio anglus tenebat. Richemõtus ad diui ſtephani monaſteriũ ſtationẽ accepit:cui ſe confeſtim comes claromõtanus cõiunxit. Erant his militantes equites mille ducenti cum quattuor milibꝰ ⁊ quingentis peditibus duobuſqꝫ milibus francoꝝ ſagittariorũ. Dunenſis comes ſuburbiũ vãcellenſe obtinuit:quingentos equites:pedites quingentos ſupra milia duo:et totidem francos architenentes ducens. Affuere quarto poſt die niuernenſis comes cum comite deu:⁊ armatorũ fortiſſima manu:qui orna amne per põtem ad idipm a francis conſtitutum: trãſmiſſo ad trinitatis cenobiũ conſedere. Conuenientibus ad hunc modum copijs:poſtea die propugnaculum quod ad diui ſtephani edem vergebat expugnatum eſt. Uenit deinceps carolus et cũ eo renatus ſicilie rex:mille equitibus:duobuſqꝫ ſagittariorum milibus equovectis:et totidẽ francoꝝ architenentiũ milibus ſtipatus:diuerſatuſqꝫ eſt apud ardaynũ monaſteriũ vbi per tempus obſidionis habitauit. Auxit militum animos caroli preſentia:et circũductis ꝑ ambitum foſſis:cuniculis ad oppidi menia ſuccedebant. Et ante oĩs propugnacula que ad vãcellenſe ſuburbanum pro portis erecta erant dunenſis oppugnare cepit:viqꝫ expugnauit. Coneſtabilis vero nihilo ſegnior turrim que ad angulum oppidi ſanctum ſtephanũ verſus extabat ſuis per cuniculũ miſſis deiecit.

¶ Ea prolapſa hoſtem ita perterruit:vt de deditione mox colloquiũ iniret. Rebus componendis Carolus dunenſem et cum eo Petrũ breſeyum Iohãnemqꝫ bureũ prefecit. Anglorum nomine Richardus hertiſſonus cadomenſis preſes quem balliuũ vocant et Robertus gargeus conuenerunt. Pro ſe euſtacium gauuetum ⁊ diui ſtephani abbatem cadomenſes miſere. Conuentionis dies poſtridie feſti diui baptiſte Iohãnis fuit. Pactum eſt anglos oppido exceſſuros:ſi infra iulias calendas ope ſubdidioqꝫ ſuoꝝ non iuuarentur. Ad conſtitutũ diem cum nemo illis ſuppetiaretur:conuentis paruerunt:oppidum arcemqꝫ dedentes. Erat in arce dux ſombreſſetus cum vxore et liberis: magno vallatus militũ preſidio. Nam ad oppidi cuſtodiam quattuor angloruꝫ milia fuiſſe memorantur. Quibus ad ſua in angliã cõuehenda naues date ſũt. ¶ Liberato anglis cadomo dunenſis comes cum ducentis equitibus et ſagittariorum frequentia per arcem in oppidum ingreditur. Quinto poſt die Carolus a populo magnifice exceptus:poſtqꝫ magiſtratus officiaqꝫ diſtribuit:exercitum falleſiam ire mandat. Dum cadomi Carolus agit venere a Philippo burgũdoꝝ duce oratores dominus croyus ⁊ Johãnes croyus fratres:⁊ darſius quoqꝫ cãpanus eques auratus:qui Caroli filiam peterẽt:carolo philippi filio vxorem dari.

Falleſia.

¶Procedentibus falleſiam copijs:⁊ iohanne bureo qui impedimentis preerat multos ſagittarios ducens longo interuallo ſubſequente:angli eruptione facta impedimenta adoriuntur:quos cũ egre bureus ſuſtineret:affuit confeſtim potonus cum valida cohorte cuius virtute in ſuas munitiones hoſtis ſe rettulit. Succedentibus deinde copijs:falleſia toto ambitu circũdatur Cui obſidioni cũ multo plures ꝗ̄ negocio ꝯueniret aſſiſtere carolus intelligit: richemõtẽ cũ parte copiarum chereburgum mittit. Qui ad falleſiam manſerunt:multis ſubactis foſſis tormentiſqꝫ muros quatiũt:obſeſſos nullo tempore quieſcere ꝑmittẽtes. Qua reueriti andreas treſbotus et Thomas ethonus quos eo loci Tallebotus ad preſidium cum quingentis ſupra mille anglis reliquerat ne vi expugnarentur:ea conditione falleſiam in caroli poteſtate reponendam datis obſidibus ſe aſtringunt:ſi tallebotum dominũ ſuũ(qui apud druydas captus tenebatur)Carolus liberaret. Exactis vndecim dierũ inducijs(nemine ſuppetias obſeſſis ferente)et Talleboto recepto:angli qui falleſiam tenebant liberi abiere: falleſie prefecturã potono Carolus contulit.

Danfrõtum.

¶Atqꝫ inde exercitus partem carolo culauto duce dãfrõtũ legat. Ea arx et ſi fortiſſima eſſet validoqꝫ angloꝝ preſidio teneretur: Hoſtis nihilominꝰ fortune preſentis iniquitatem conſiderans:impetrata abeũdi poteſtate oppidum cum arce frãco permiſit.

Egidius ducis britãnie frater ſtrãgulatur.

¶Eadem tempeſtate chriſtiane quidem ſalutis anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo franciſcus britonũ dux qui Caroli partes conſtanti fide ſecutus fuerat: mortem obiit. Huic aduerſus egidium fratrem inexpiabile odiuꝫ fuit. Propterea ꝙ anglice factionis eſſet:neqꝫ vlla ratione vt ab ea reſipiſceret adduci poterat. Quare in cuſtodia habitus franciſci tandem iuſſu a duobus ſatellitibus:mãtilibus ad eiꝰ iugulũ contortis ſtrangulatur. Eius necis culpam in montabanum qui egidij cuſtodiam a duce receperat britones referunt:dicẽtes egidium quidem bono in francos animo fuiſſe ſed mõtabani ꝑfidia ſecus ac ille ſentiret franciſco relatum extitiſſe:eiuſqꝫ rei teſtes poſtea fuiſſe collegas montabani:quorum pars vltimo ſupplicio affecta eſt:pars fugavite conſuluit.

Nota

¶In chereburgi obſidiõe res ante illam etatem inaudita geſta eſt:cuius auctorem fuiſſe Johannẽ bureũ traditum eſt. Eſt chereburgum arx ad maris eſtuarium ſita loco arenoſo ⁊ ad tormenta locanda ſolo inſtabili quo per dies ſingulos ſemel atqꝫ iterum mare influit. In tam male fido loco iohannes bureus tormenta ſtabiliuit obtegens ea contra pelagi iniurias tegumentis coriaceis : que multa pinguitudine ipſe deunxerat. Eo pacto puluis qui in tormentis erat defenſus:nullo maris humore vitiari poterat:ita vt reſtagnante pelago tormenta facile ad iactum erigerentur et muros arcis concuterent. Rei nouitatem admiratus Thomas gonelus preſidij moderator: dedende arcis conſilium capit. Erat illi filius ob es contractum Rothomagi obſes. Hunc ĩ precium deditionis ſibi reſtitui petit. Quo recuperato ip̄e cum toto chereburgi preſidio ĩ angliam liber dimiſſus eſt. Initio huius obſidionis occiſus ex muro eſt prefectus coytiuus frãcie admiraldus bello ſtrẽnuus ⁊ fide erga Carolum ſpectatus. Interemptꝰ preterea tedualus cormoſianus trecenſis pretor bello non illaudatus eques. Hec chereburgi arx vltima locorum fuit que anglis deuictis in normannia carolus recuperauit. Poſt annum et dies ſex ꝗ̄ bellum inchoaſſet:parua quidem hominũ cede atqꝫ ſtrage ſi hoſtium multitudinẽ atqꝫ potentiam:variaſqꝫ per loca victorias putes. Eſt eñ terra normannia vna metropoli et ſex vrbibus quattuorqꝫ et nonaginta munitiſſimis oppidis atqꝫ arcibus potens:pleriſqꝫ vicis frequens ad ciuitatum ſpeciem extructis:quam ſexto vix die expeditus pertranſeat: pecoris et piſcium ferax:frumenti vberrima:pomorũ atqꝫ pirorum tam paſſim conferta:vt hinc potum gẽs ſibi affatim exprimat:⁊ ad exteros copioſe fructus exportet. Lanificij plebs ſtudioſa eſt et bibax etiam pomacij quod ſicerã vocant gens oĩs ſuapte natura callida:nullis exteris legibus obnoxia:moribꝰ ſuis et cõſuetudine quam ꝑtinaciſſime tuetur viuit:doli quidem et litis apprime gnara:quo fit vt cum illa ſocietatem aut negocium ſortiri exteri formident: alioquin doctrine et religioni dedita bello inſup idonea et fortis. Cuius egregia in exteros geſta plurima referuntur.

¶Poſt ſubactam normanniam quã armis tuendam richemõtus accepit:Carolus ad aquitanos animũ conuertit:quibus quadraginta ſupra centum annos anglus dominatus fuerat. Primas eius belli partes recepit lemouicenſis vicecomes et cũ eo

Carolus culautus mareſcallus:potonus ſantralianus:petrus louuanius: Joachinus roaldus:⁊ Gaufridus de ſancto belano. Hi ad bergeracũ agri petragoricoꝝ ducentes oppidum circũuallant:admonitiſqꝫ tormentis expugnant. Cui ad preſidiũ preficit cũ centum equitibꝰ Philippus culautus. Inde ioſacum in dordone amnis ripa ſitum mouentes : occiſis quinqꝫ ⁊ viginti anglis caſtellũ capiũt:dedentibꝰ ſe mox aliquot finitimis locis.

Aquitania

¶Cum ad aquitanie expeditionem pecunia ad militis ſtipẽdium parum ſufficeret:delatus eſt xanconiꝰ regij fiſci primarius queſtor ꝙ regiam pecuniam male adminiſtraſſet:idcirco in vincula apud turonos coniectus ingentem admodum pecuniam regio ſe erario deraſiſſe confeſſus eſt. Igitur diuturno carcere caſtigatus ꝗ̄ꝗ̄ grauior peculatori pena deberetur:tamẽ centũ ⁊ viginti milibus aureorum a benigno rege multatus eſt. Leue quidem ꝓ immenſo furto ſupplicium.

Comes doruallus.

¶Per id tempus doruallus comes albreti filius anglos exoſus:ex baſaco ad medocũ nõ ꝓcul a burdegalla inſulam:prede gratia iter faciens:cum ſui curandi ⁊ reficiendi cauſa in ſaltu qui ſecus viam erat reſtitiſſet:certus efficitur burdegallenſes duce ſuo maiore (ſic eñ ciuitatis magiſtratũ vocant)in eũ arma deſumpſiſſe:atqꝫ in ꝓximo circiter nouem peditum milia adeſſe. Quo nũcio minime exterritus doruallus :tametſi quingentos tantũ: ſed egregia virtute milites haberet:aciem inſtruit:moxqꝫ hoſtem adorſus: ſexcentoꝝ ſupra mille hominum cedem fecit:fugiente burdegallam duce. Cepit preterea ducentos et mille captiuos. Huius victorie partes ſibi merito vendicauerũt ſtephanus vignolus/Robinus petitus qui ſcotoꝝ cohortes ducebat:et alter militũ ductor cui leſpinaſſus cognomẽ fuit militari fortitudine atqꝫ vſu exercitati.

Altercatio de modo p̄ſtandi fidem regi ꝑ britonũ ducem.

¶Franciſco britonũ duci cum petrus in prĩcipatu ſucceſſiſſet : ad Carolum ſe contulit:qui eo tempore mõbaſonem incolebat. Veniendi cauſa erat fides carolo ob ducatum preſtanda:vtqꝫ in regis verba iuraret. Fidelitatis ſacramentũ ſoluentibus mos eſt cingulum enſem clipeũqꝫ deponere:que relicta:ad primariũ regis cubiculariũ pertinẽt. Poſtqꝫ fide carolo preſtita ea militie inſignia petrus depoſuit.trenellus cancellarius . Tu igitur inquit illuſtris dux:regi liberam prorſus fidem exhibes:eiqꝫ vt domio pariturꝰ te illi ſubiectũ oſtendis. Cui ducis cancellarius qui iuxta aſtabat reſpondens. Nõ inquit vt locutus es: frãcoꝝ regi ſe ſubditũ dux ꝓfitet̃. Diuerſa eſt et in hoc atqꝫ alijs francie principibus ratio fidei preſtande. De hoc verbo cũ diu altercatum fuiſſet. Et ego ĩquit Carolus o illuſtris dux: tuorum anteceſſorũ more te admitto. Dein petrus ob mõtiſfortis comitatum in caroli verba iurauit:nullaqꝫ adiecta cõditio:carolo fide ſe aſtrinxit.

Mõſguion

¶Inſequenti vere rex dunenſem comitem in aquitaniam legat adiectis illi copijs. Imperatqꝫ montẽguyonẽ circũſidere. Ad quẽ angoliſmoꝝ dux non longe poſt cum iuſta militũ manu:ip̄eqꝫ iohãnes bureus acceſſit. Fuiſſe in eo exercitu quadrigenti equites cũ ſuis peditibus et geſarijs:et tribus francoꝝ ſagittarioꝝ milibus referũtur. Eques eñ apud francos is eſt qui vno gladiatore et duobꝰ ſagittarijs militat:publico ſtipendio alitus. In preſidio montiſguyonis erat Arnoldus de ſãcto iuliano:qui deſperata ſalute confeſtim in colloquiũ cũ dño rochechoardi ⁊ rochefoulandi Johanneqꝫ bureo venit. Deditionis conditionibꝰ firmatis:cũ ad diem prefinitũ nemo anglorũ noĩe ſuppetiatum arnoldo veniſſet:ip̄e libertate cũ ſuis bonis abeũdi obtenta :mõtẽguyonẽ Caroli poteſtati reliquit.

Blaya.

¶His quoqꝫ diebus dunẽſis comes blayam que e regione medoci inſule in littore maris ſita eſt duobꝰ locis obſedit:qui in porte cõſpectu ſtationẽ ſibi cõſtituens:ad arcis regionẽ reliquas copias locat:quibus prefecti erant Jacobꝰ chabãnus ⁊ Joachinus roaldus:a mari vero Johãnes burſarius claſſi imperitabat:armatos cõplures atqꝫ cõmeatum vehens. Qui ad portum ſuccedẽtes:quinqꝫ ingentes hoſtium naues ex burdegalla obſeſſis ſubſidium frumentũqꝫ laturas cõſpiciũt. Quas intrepidi adoriuntur:et duro cõmiſſo prelio anglos in fugam agunt.eos ad ſtationem vſqꝫ burdegallenſem ꝑſequentes.

¶Reuerſo ex hoſtiũ fuga burſario blaya tormentis quatitur:ita vt multis partibꝰ muri corruerint ⁊ franci aliquot ſagittarij de Petri louuanij phalange : occidente iam ſole in muros ꝑuaſerint:ſequentibuſqꝫ reliquis oppidũ vi ceperint ducẽtis ex preſidio partim occiſis partim captis:ceteris in arcem ſe recipientibꝰ . Quibus vita his conditionibꝰ ſalua fuit. Om̃s in regis poteſtatem iure captiuitatis venirent. Unde precio dato ſe redimere poſtea poſſent bona ſua oĩa ſub cuſtodia deponerent:nec inde quicqꝫ exportarent . Liberati aliquando in francos arma nõ caperent. Nec captiuitate eximerent:niſi ea que ꝑ aquitaniam occupabant libera dimiſiſſent:dimiſſis etiam quibuſqꝫ quos vel iure belli vel contracti eris obligatione ipſi haberent in vinculis. Erat cũ anglis petrus de monteferrato homo iſigni nobilitate qui preſenti libertate donatus eſt.datis obſidibus filio et nepote: donec decem aureoꝝ milia p ſoluiſſet. Qui ſi intra quadrageſimũ diem fidelitatis iuramētũ carolo preſtaret: duoqꝫ ſue ditionis oppida dunenſi comiti ſeruanda cõmitteret: pecunia abſolueret: pecunia abſolueret.

Burgus.

¶ Rebus apud blayam ita conſtitutis: franci oppidũ arcemqꝫ recipiunt. ſeqꝫ mox ad burgũ conferentes (vbi berardus de mõteferrato cũ quingentis bellacibus armatis ĩ preſidio erat) loco potiũt: dedentibus ſe anglis et ſua inde libere ex cõpoſito exportãtibus. ¶ Eodẽ ferme tempore quattuor locis franci obſidionẽ poſuere. Albretus cum duob⁹ ſuis liberis ⁊ robuſta militum manu arquas: armygniacus comes ryonem: comes de pointieure caſtillionẽ in petragoricẽſium agro circũuallat. Dunenſis comes fronſacum natura atqꝫ arte munitiſſimam arcem petere iubet. Interim autem libournenſes miſſis ad dunenſem comitem oratoribus certis ſe legibus caroli ditioni credidere. Obſeſſi vero quattuor locis angli cum accepiſſent burdegallos de deditione cũ francis verba facere acerrime quidem ſe defendebant: euentuꝫ cõuentionis preſtolantes vt vna cũ ciuitate cõmuni pacto vterentꝰ: aut re infecta cõditioni tẽporũ ſe accõmodarent. Sed qui fronſacũ tuebanꝰ: obſidione anguſtati ad. xiiij. calẽdas iunij arcẽ francoꝝ poteſtati permittere ꝓmiſerunt niſi intra illam diem ſuaruꝫ partium duces opem illis afferrent. Poſtqꝫ fruſtra auxiliũ expectant: fronſacum vt cõuenerat relinquũt cũ ſuis bonis abeũtes: receptis obſidibus quos ad ꝓmiſſi firmitatem dunenſis comes acceperat.

Burdegallẽſes.

Dum hec in predictis obſidionibus geruntur: burdegallenſes ad dunenſem comitẽ ſuos nũcios mittunt cũ mandatis ſe atqꝫ ciuitatem cũ prouincia vaſconie caroli poteſtati diffinitis conditionibus ſũmittendi. At nos deditionis formulam nõ ſubijcimus: propterea ꝙ burdegallenſes in fide nõ manſerunt: cũqꝫ exacta die qua ex anglia opem preſtolantur: francos in ciuitatẽ induxiſſent. ¶ Fuxẽſis comes et captaubuſſus burdegalloꝝ exemplũ ſecuti: in caroli ditionem venere: quibuſdã adiectis conditionibus quas dunenſis comes fortunam nõ aſpernatus regis nomine admiſit. Pacata omni fere ꝓuincia: magna pars exercitus domuꝫ dimiſſa eſt que viginti miliũ robuſtoꝝ viroꝝ et qui armis aſſueti eſſent numerũ efficere certo cognitum eſt. ¶ Superat vltima vaſconũ baiona: quã miſſis cum expeditione comitib⁹ fuxi et dunenſi circũuallare Carolus mandat. Obſidio propter bina fluenta doram ⁊ niuam quibus ciuitas pene omnis alluitur: duobus locis ita partita fuit: vt alter exercitus alteri ſuppetiari non poſſet. Paucis tamen intercedentibus diebus angli qui ſuburbiũ ſancti leonis forti preſidio tenebant (rebus ſuis diffiſi) ſuburbiũ cum ſacris locis incẽdũt: ad ſuos ſe recipientes. Quos inſecuti propere franci parum abfuit quin vna cum hoſte in ciuitatem irrũperent: ſed altiſſima foſſa impediti impetu abſtinuerunt. Poſtridie eius diei albretus et vicecomes tartaſus cũ ducentis equitibus et tribus ſagittarioꝝ milibus ſublicitũ pontem qui ad ſanctũ ſpiritũ ducit: ꝑ quem ad obſidẽtes hoſti patebat acceſſus: occuparũt: eũqꝫ deijciũt. Erat ad mare ꝓpugnaculum quo eruptionem facere hoſtis poterat. Igitur ĩparatos intercipere frãcos ratus: cum clam milites eduxiſſet: bernardus biernus fuxenſis nothus in hoſtem ꝓgreſſus eum in ciuitatem egregia virtute retruſit. Nec longa interueniente mora templũ ciuitati propinquũ foſſis atqꝫ aggere diligentiſſime munitũ partim dolo partim vi atqꝫ armis capit: atqꝫ ita circũquaqꝫ ciuitate cõcluſa: obſeſſi metu percelluntur. Nec tardant nuncios ad comites mittere qui colloquiũ impetrent. Quo aſſecuto: pax eis conceſſa eſt: ſi iohannem de belmõte rhodiũ equitem preſidij prefectũ cũ omni reliquo preſidio captiuũ darent: reliquis ciuitatis incolis ſuis legibus relictis/ ſi quadraginta aureoꝝ milia in rebellionis multã ꝑſoluerent. Ad hunc modũ baiona caroli ditioni reſtituta eſt. Die vero inſequenti oriente ſole ſereno celo crux candida in celo viſa apparuit quam et francus angluſqꝫ palam conſpexit.

Crux candida.

Quo celeſti ſigno arbitrati ciues ſe diuinitus admonitos carolo parere: mox angli regis inſignibus abiectis candida ſe cruce (vt francis mos eſt) ornauerũt. Baiona recepta aliquot ex burdegalla atqꝫ baiona ciues ad carolum qui apud talliburgum agebat: veniũt: fidem nõ ſecus qꝫ ſuo regi exhibentes: baionenſibus autem carolus ex miliũ quadraginta multa viginti remiſit.

Gandẽſes.

¶ Eadẽ tempeſtate gandenſes a Philippo burgũdionũ duce diſceſſere ob ſalis tributum quod illis annuũ imponere conabatur. Hinc bello excitato: magna pars regionis cede atqꝫ incendio vaſtatur. Nec fuit philippo incruenta victoria. Rediere tãdem in ducis beniuolentiam gandenſes: rebellionis penas magno ere luentes. In anglia quoqꝫ ob reipublice adminiſtrationẽ dux eboraceñ. ⁊ ſombreſſetus ꝯgregatis copijs manu cõſerere feſtinabãt niſi epoꝝ ſtudio atqꝫ moderatione deſtitiſſent.

Cõſtãtinopolis a turcis capitur

¶ Per id tp̄s nicolao quinto eccl'iam romanam miniſtrante: Cum turci capto bizantio greciam omnẽ fere occuparent: Guillermus deſtoteuillus Rothomagenſis cardinalis ad Carolum legatus mittitur qui inter francos an-

---

gloſqꝫ pacis arbiter eſſet. Nam tã potentib⁹ regib⁹ bello ꝑ odiũ occupatis: reliquos chriſtiani nõis populos a turcis inuadi ⁊ facile vinci põtifex veriſimiliter formidabat. Legato Carolus reſpondit: dolere ſibi ea que a turcis grecia pateretur. Neqꝫ ſe adeo in anglos eſſe concitatum: quin poſitis armis equam honeſtatem pacemqꝫ admittat. Id ſemꝑ nõ modo optaſſe: ſed et hoſti obtuliſſe. Ea ſi interueniat: ſe armis milite atqꝫ opibus afflictis chriſtianoruꝫ rebus vltro auxiliaturũ. ¶ Traiecerat in angliam ad henricũ regem eadem cauſa archieps rauẽnates. Qui per regis henrici ad id delectos conſultores reſponſum eſt. Cum tm̄ terre a francis angli ſuſtulerint quãtum Carolus ab eis abſtuliſſet: tũ oportunũ fore vt de pace conuentio haberetꝰ. Dã ſupbe verbũ fecit hoſtis: cui de xp̄ianoꝝ eminẽti periculo nulla cura erat

Reformatio ſchole pariſienſis.

Igitur legationis exitus inanis extitit. niſi ꝙ ſchole pariſienſis deprauatos mores cõpoſitiores reddere legatus ſtuduit: excõmunicationis mucrone feriẽs eos q̃ poſitarũ a ſe legum preuaricatores forent: quive ſchole rectoratũ id eſt primariũ magiſtratũ q̃ tercio quoqꝫ menſe finitꝰ: pecunie largitione reciperet. Qua lege ceteri quiqꝫ ſcholaſtici magiſtratus tenebanꝰ: ne ſolito ſtrepitu atqꝫ largitione officia venirent.

Jacob⁹ cuerus.

¶ Dum hec a legato geruntur: Jacob⁹ cuerus caroli argẽtarius cum turcis cõmerciũ habens: delatus eſt ꝙ oĩs generis arma cõtra eccleſiaſticam ꝓhibitionẽ ad illos importaſſet: opificeſqꝫ et fabros eiuſmodi artis ad eos demiſiſſet. Chriſtianũ inſuꝑ e turcoꝝ ſeruitute forte elapſũ dño ſuo captiuũ remiſiſſet: ⁊ ingentem ꝑ linguam occitanam pecuniã exegiſſet. Eas ob res in carcerem Caroli imperio coniectus eſt: deinde grandi ere mulctatus in exiliũ deportatus. Penas quoqꝫ falſe delatiõis luit femina inſignis cui mauritanienſis nomen erat. ¶ Inuenio ſabaudie ducem ꝑ id tempus in Carolũ non nihil cõmiſiſſe: ⁊ ꝓpterea regẽ irritatum expeditionẽ in ſabaudũ duxiſſe. Delicti vero modũ ſcribere non poſſum quẽ a ſcriptoribus non accepi. In foreſtam carolus cũ veniſſet (vnde breuis in ſabaudos eſt tranſitus) legatus deſtoteuillus ad nicolaũ pontificem reuertens cognito caroli aduentu: ad ducem primũ conuerſo itinere: mox ad regem venit: atqꝫ ita egit vt cõmiſſoꝝ penitens dux omnia ſatis carolo facturũ iureiurando ꝓmitteret. Ea ducis penitudine mitior factus rex domũ copias miſit. Legatus ceptũ iter ꝓſequitꝰ.

Burdegalloꝝ a carolo defectio.

¶ Interea burdegallenſes vetuſte angloꝝ cõſuetudinis et cõtubernij nõ obliti aduerſus francos cõiuratione facta: dominũ leſparrũ cum aliquot ciuitatis optimatibus ꝑ ſpeciẽ alicuius conuenientis negocij a ſe dimittunt. Cuius cõiurationis auctores fuiſſe referũtur monferratus et dangladus fidei quam carolo preſtiterãt cõtẽptores. Euecti in altum qui burdegalla egreſſi erant in angliam ad henricũ ſe cõferunt. Promittũtqꝫ ſe ciuitatẽqꝫ ſuam eius poteſtati permiſſuros ſi exercitum in aquitaniam mittat: francoꝝ apud eos nullas copias eſſe preter eas que in preſidijs erant cõſtitute minus ad cõferendũ preliũ ſufficientes. Legatꝰ ad id bellum a henrico tallebotus qui angloꝝ milia quinqꝫ claſſe imponens ad medocũ inſulam. xv. calẽdas decembris adnauigatus: cõfeſtimqꝫ aliquot cohortes late dimittẽs terrorem incolis incutit. Burdegallenſes audito talleboti aduentu: alter ad alterũ ſermone clam habito: francoꝝ prefectos liberos dimitti oportere cõſulebãt. Hi erant coytiuus aquitanie ſeneſcallus ⁊ Johãnes podiẽſis ꝓpretor ciuitatis. Dum in dubio res agitꝰ quidã ſecreto abeũtes portam anglis reſerãt. Nec mora vterqꝫ prefectus cũ oĩ preſidio et regijs magiſtratibus ad hoſtiuꝫ manus nulla cede cõmiſſa ꝑditi ſunt. ¶ Cõiuratione ad carolũ perlata. vtrũqꝫ mareſcalluꝫ cum doruallo comite ⁊ Joachino roaldo ad claromontenſem comitem qui aquitanie ꝑerat mittit: ſexcẽtis equitibus ⁊ eis adiũctis ſagittarijs eos comitãtib⁹. Sed diligẽs hoſtis pri⁹ aliquot arces cepit qꝫ copie cõueniſſẽt. Superuenerãt quoqꝫ talleboto ex ãglia quatuor milia armatoꝝ cum octoginta nauib⁹ cõmeatum affatim vehentib⁹. Et caſtillio quidem fronſacuſqꝫ in poteſtatem talleboti ꝑuenerũt. Carolus aũt poſtqꝫ turoni hibernaſſet: nouas copias educẽs liſigniaci caſtra fecit: atqꝫ inde ad ſanctum iohãnem ꝓgreſſus: accepit charlayum oppidũ a iacobo chabano vi captum eſſe multis anglis occiſis atqꝫ eos qui in turrim confugiſſent capite oĩs punitos extitiſſe ꝓpterea ꝙ preſtitam carolo fidem abiuraſſent hoſtẽ ſecuti.

Caſtillio.

Nec multopoſt caſtillionẽ in agro petragoriceñ. copias ducere loheacũ iubet: attributis ipſi octingentis ſupra mille equitib⁹ cũ ſagittarijs. Poſitis apud caſtillionẽ caſtris: Johannes bureus ⁊ Jaſpar ei⁹ frater impedimentoꝝ prefecti ſeptingentos quos continenter habebant foſſores foſſis circũdare caſtra imperãt. Cognito quid ad caſtillionem gerebaꝰ tallebotus eductis quinqꝫ angloꝝ milib⁹ in francos ꝓgreditur qui ad eius aduentũ in vallũ ſe feſtinanter recipiũt. Pedites vero ſagittarios ſegnius agentes tallebotus circiter centũ intercipit. Qua fortuna elatus: cũ francos fugere ꝑſuaſum haberet: nec ſue adhuc copie oĩs cõuenissent:paulo reſtitit atqꝫ interim ſe curare milites iubet. Nec mora frācis nō inutilis fuit Nā interea vallū munitionib⁹ tormētis munit:⁊ ſe in hoſtē aīoſe corroborat. Coacto oī exercitu tallebotus ad francoꝝ munitiones ducēs:in vallū tumultuario impetu irrūpere cōtendit. Quē conſtāti virtute francus exturbat. Vtebat̄ eo die tallebotus(ꝙ veteranus eſſet)paruo gradario ex quo ſuos in preliū aīabat. Reliqui vero oēs pedites dimicabant:⁊ incredibili animi feruore caſtra oppugnabant:militaria ſigna lōge plura ad oſtētationem ferentes q̃ illoꝝ numero cōuenirēt. Pugnatū eſt diu atqꝫ acerrime ita vt diu dubia victoria neutri ſpem ꝓmitteret. Donec accito mōtabano ⁊ p̄fecto henaudoo cui britonū ducis phalanges audiebāt:frācī virib⁹ receptis hoſtē ꝓpellūt:aliquot eoꝝ ſignis occupatis.

Morſ̄ tallebotus.

Quā ob rem aīo tabeſcētes angli:cū Talleboti gradariū glande ꝓſtratū ⁊ ipm̄ tallebotum a ſagittario franco occiſum cōſpexiſſent in fugam cōuertunt̄. Occubuere in eo prelio octingenti angli obſcuri nominis cū quadraginta viris illuſtrib⁹ in quibus fuit talleboti filius. Fugientiū vero atqꝫ eoꝝ qui ſe amni dordone credidere par numerus fuiſſe refert̄. Mōferratus aūt Danglaudus et candalli filius cū quinqꝫ milib⁹ caſtillionē ꝓtenus petiuere. Leſparrus burdegallā. At caſtillionenſes q̃q̃ firmo preſidio tenerent̄ deditionē tn̄ fecere: caroli ſe omnino volūtati p̄mittentes. Quoꝝ cōſiliū ſecuti melionenſes atqꝫ libornenſes dicto paruerūt. Quiqꝫ nouum ī medio inſula caſtellū tenebāt poſt quintūdecimū obſidionis diem a claromōtenſi comite recepti ſūt. Idem fecere blancaforteñ.cadillaci:ſancti macharij incole:langonij ⁊ villēdrani. Nā ex angoliſmis carolus libornū veniens hoſtē timore ꝑterruit:ita vt paucis intermiſſis dieb⁹ aliquot oppida atqꝫ arces ceperit:⁊ burdegallā ſagittarios miſerit qui agrū vaſtarent:extructo e regione ciuitatis ꝓpugnaculo in loco quem lormontū incole dicūt:vbi ad preſidiū conſtituti fuere lohéacus:ludouicus de bellomonte: Jacobus chabanus: Johānes et iaſpar bureus fratres. Erat non longe in portu claſſis regia armis cibarijſqꝫ abunde inſtructa:in cui⁹ cōſpectu etiam angli in nauibus ſtabāt qui ad nauiū tutamen ꝓpugnaculū exedificauerant vnde in francos excurſiones dietim faciebāt. Sed tandē cōmeatu deſtituti: preſſiqꝫ continuo francoꝝ incurſu:preſertim cū finitima loca oīa ſibi erepta eſſent:nec quo ſe reciperent haberent caroli clemētiam popoſcere. Erat eñ Carolus natura ꝑbenignus ⁊ iam peſtilens aer exercitum offēdebat q̃obrē recepta in fide burdegalla:anglis dedit abeūdi poteſtatem. Duraſſum autem ⁊ leſparrū alioſqꝫ ꝓditionis principes viginti relegauit. Sed leſparrus non multo poſt apud pictauos capitis ſuppliciū luit:ꝙ alterā in carolū ꝓditionem cogitaſſet. Atqꝫ ita burdegallenſiū rebus cōpoſitis:claromōtano comite ad ꝓuincie cuſtodiam prefecto:carolus turonū regreſſus eſt:cum flueret a chriſtiana ſalute annus quadringēteſimus quīquageſimuſtercius ſupra mille.

Guillermus edelin⁹ ydolatra.

¶ Quo tp̄e Guillermus edelinus theologus doctor ſācti germani de laya prior:apud ebroicas ad ꝑpetuū carcerem dānatus eſt ob falſe religionis cauſam. Nam cū illuſtris cuiuſdā femine amorib⁹ teneret̄:neqꝫ conſuetudine eius frui facile poſſet:demonē ſibi patronū adhibens:eū in arietis ſpecie adorauit:a quo poſtea edoctus ſcopā ſumere ⁊ inter femora equitis inſtar ponere:quo volebat breui momento ſe traducebat. Quod impietatis genus valdēſiū eſſe dicit̄. ¶ Aduerſus aūt burdegallenſiū leuitatem atqꝫ ꝑfidiam carolus duas apud eos arces extruxit quibus in fide cōtineri ppl's recens conuerſus poſſet.

¶ Per id tempus cum de preſulatu auxitano duo diuerſarū partiū concertarent. Armygniacus comes caroli mandata aſpernatus:alterum competitoꝝ iuſtinū nomine in ſacerdotij ſedem perduxerat. Quam rē egre carolus ferens claromōtanū comiteꝫ cū copijs in armygniacū mittit. Qui adiutoribus comite dōmartino ⁊ floqueto eboracenſi pretore rebellē ſpoliauerunt terris ſuis. Otho quoqꝫ caſtellanus florētinus ⁊ guillermus gonſierus ſimulachra quedam magica arte confecerant:quoꝝ nixu(vt ipſi ſtulte ſperabāt)precipuā apud regem inter aulicos auctoritatem conſequerentur. Eius rei cauſa ad carolum delati: alter tholoſe : alter turonis in carcerem cōiectus eſt.

Johānes alenconij dux capitur.

¶ Johannes preterea alēconij dux caroli mandato Pariſij comprehenſus meldunū in cuſtodia deducitur. Ip̄e eñ tempoꝝ tranquillitati inuidēs et parte a carolo quietis impatiens:nouos belli motus ab anglia ꝓcurabat:miſſiſqꝫ ad hoſteꝫ frequentibus nūcijs:hortabat̄ appetere normanniā:ſe illis adiutorem fore pollicitus. Caſtella arceſqꝫ habere ſe:q̄ oīa venientibus ꝓderent̄ Carolum ꝓcul abeſſe:⁊ tribus diuerſis regionibus copias ſuas continere. Loca multa prius occupare poſſe q̃ carolus ſentiat:⁊ vt firmiore fide cōſilia ꝓcederent:filiam ſuam eboraceñ.ducis filio in matrimoniū dare cōſtituit: Ad hanc proditionem miniſterijs vſus eſt iacobi hay angli:thome gilleti ſacerdotis danfrōti:et honitonis caduceatoris angli et emōdi calleti. Quibus occultum ſignū alēconius hoc

dat:pollicē eius dextrum manu prehēdere ad quē vel verba vel litteras eſſent:de hiſce rebus reddituri. Hec poſtq̃ teſtib⁹ ⁊ ipſius alēconij ſpontanea cōfeſſione cognita ſūt: Carol⁹ apud vindocinas cōuentu ꝓcerū habito:iohānē alēconij ducē fortunis oībus priuatū priuatū ſecūdo poſtq̃ captus fuerat anno mortis ſupplicio dignū ꝓnūciari iubet. Sed clemēs rex ſententiam poſtea moderatus eſt:nec eñ mors ꝓditori inflicta eſt et eius liberis fortune reſtitute.

Ludouic⁹ a p̄re defecit.

¶ Ad hec oīa ludouici quoqꝫ in carolū patrem cōtumacia interceſſit. Hic eñ cū natu grādior eſſet occaſione ex aulicis qui patri ⁊ rebus publicis inſeruirent ſumpta ex curia in dalphinatū abire a patre impetrauit conſtituto ad hoc tp̄e mēſiū quattuor. Id ſeu ſuapte natura ſeu ſuoꝝ prauis cōſilijs fecerit nō facile ſcripſerim. Illud certū eſt ludouicū moleſtiſſime perpeti:ꝙ a patre non ſatis ꝓ ſuo arbitrio pecunie et prouentuū ſibi ſuggereret̄. Et domeſticis eius dolebat:totam regēdi auctoritatē penes quoſdā aulicos eſſe q̄ publicis officijs atqꝫ magiſtratib⁹ prefecti diuitijs abūdarēt: Ludouico vero primogenito ſcꝫ caroli obſequentibus preter quottidianā impēſam nihil illis ſupeſſet. Hac opinione ducti dalphinatum petiuerunt prementes oīa vectigalibus ⁊ ab opulētiorib⁹ pecunias exigētes. Nihil eñ eſt quod indigēs nobilitas ſibi nō licere putet. Cui⁹ rei cōſcius factus Carolus dalphinates petit:vt ludouicū apud viennā vbi ꝓpugnaculū in colle ſibi edificauerat cōprehēderet. At ille patris aduētu ꝑterrefactus ad philippū burgūdie ducē mox ꝓficiſci feſtinat. Interim vero carolus omnē dalphinatū vēdicat mittitqꝫ ad regni exitus ludouici digreſſū obſeruare. Qui nihilominus clā dilapſus:ī brabātiā ꝑfugit:receptuſqꝫ eſt a philippo:⁊ debito honore habit⁹: apd̄ quē annos fere decē manſit. Miſſis interim ad patrē oratorib⁹ q̄ cōciliatū eū redderēt patri eiqꝫ liceret in patris cōſpectū ꝑ aliquot annos nō venire. Addidit huic legationi philippus oratores ſe excuſaturos ꝙ ludouicū hoſpitio admiſiſſet tanti regis filiū cui ip̄e obſequi maxime teneret̄:trepidanti quidē ⁊ patris irā potiſſimum formidāti : cupienti quoqꝫ in turcos expeditionem ducere ſi coadiuuaret pater. Auditis vtriſqꝫ legatis carolus reſpondit: honoris plurimū ludouico quidē deberi ſi in patrē debitā pietatē exſolueret:neqꝫ philippū erraſſe ꝙ eū hoſpitē haberet. Verū mirari ſe que cauſa timoris ludouico fuerit:ꝙ tantopere trepidaret:cū patrē facilē ⁊ maxime māſuetū fuiſſet expertus: Cuius rei teſtes locupletes eſſent gabriel vernus ⁊ celeſtinēſiū auinioneñ.prior:qui ob rē ipam nicolai pontificis romani auctoritate ad eū oratores aliquādo cōuenerant:ꝙ vero poſtulationib⁹ nō acquieuiſſet mīme mirandū eſſe:ꝓpterea ꝙ ei⁹ poſtulata optimoꝝ viroꝝ ſententie repugnarent: qui ſentirent nequaqꝫ decere vt filius a patre atqꝫ a regno procul abeſſet:conſiliū ſecutus hominū improboꝝ Expeditionē vero in turcos in ludouici mentē incidiſſe:ſe profecto admirari cui⁹ ip̄e anteq̃ a patre diſcederet nūq̃ meminerat. Idipm̄ nihil aliud eſſe q̃ dilationē vere erga patrē recōciliationis:eo maxime tp̄e cū hoſtis anglus vigilantiſſimus eſſet regnū francoꝝ repetere:aduerſū quē milite opus erat:ꝙ vero dalphinatū vendicaſſet:id ad terre incōmodū nō eſſe cuius incole libertatē nō amiſiſſent:quos de hac re oratores ad dalphinū ituros ſperabat : qui nullius ſe incōmodi preſſura vexatos teſtarent̄. Verū neqꝫ litteris neqꝫ legationibus Ludouicus moueri potuit ad patris conſpectū redire:diuqꝫ res in dubio fuit:an bello tāta diſcordia finiret̄. Sed diſſimulata res eſt:intereaqꝫ carolus interijt.

Laodiſlaus rex morit̄.

¶ Dum hec inter patrē filiūqꝫ agitantur:rex hūgarus magdalenā caroli filiam vxorem petit. Cuius rei cauſa ſexcētos equites turonū ad regem mittit cū inſignib⁹ munerib⁹. Erat laodiſlaus triū regnoꝝ hūgarie/bohemie/atqꝫ polonie princeps:cuius ope carolus cōſtituerat in turcos exercitū aliquādo ducere. Excipiūtur a carolo legati incredibili apparatu: Sed leticie et cōmuni omniū gaudio ſe infelix nūcius admiſcuit itaqꝫ nūciat̄ Laodiſlaus mortē obiiſſe cuius interitus veneni ſuſpitione nō caruit. Legati nihilominus nō minore cura accipiuntur:comitati illuſtribus viris qui publica eos impēſa leuarēt donec in germaniā demigrarūt. Intermiſſis paucis poſt hec dieb⁹ Petrus britonū dux diuturno morbo correptus interijt. Qui ſucceſſorē habuit richemontū francie coneſtabilē morte poſt paucos dies aſſumptū. Quē ſecutus franciſcus aurelianēſium ducis nepos ducatum adeptus eſt.

Carol⁹ egritudinem cōtrahit.

¶ Carolū deinde mors excepit cū nūciatuꝫ ei fuiſſet quoſdā potionē apparaſſe qua interiret. Ea re tam vehemēter turbatum animū induit:vt dies ſeptem totos cibo abſtineret:hortantibus maxime medicis ſe inedia magis q̃ morbo affici. Sed dū edendo vite cōſulit coercitis arterijs cū ſtomachus nihil cibi reciperet abſumit̄:die feſto diue marie magdalenes ſacris chriſtiano ritu ꝑceptis. Flatuſqꝫ eſt ex magduno yuerienſi regia pompa in ſepulchro maioꝝ ſuoꝝ ⁊ in diui dyoniſij cenobio ſepultus. Rex ꝓculdubio in quē fortuna aſperrime p̄mū deſeuijt tāq̃ exterminare eū regno ſtatuiſſet deinde blande illum attollens:victorem glorioſum atqꝫ dei benignitate patrie reſtitutorem effecit. Nam illud de eo ſcribi dignum eſt ꝙ diſcordantibus de regno anglis dux eboraceñ. richardus regnum affectans Henrico regi nõ diſſimulato odio aduerſari cepit. Cuius ceptis Henricus occurrens grandi exercitu contracto ſe campeſtri loco aggere et firmis munitionibus vallato continebat:conſtitutis octo per circuitum portis atqꝫ cuſtodibus ſui generis ne quis niſi notus in caſtra ſe conferret. Ad quem locũ Richardus eboracenſis et varuici comes frequẽti populorum manu inſtructi promouentes cum iam cuſtodes clam haberent amicos:vallum ingreſſi ad Henricum peruenerunt quem deprehenſum occiſis aliquot proceribus qui Henrico circũſiſtebant:londonias deduxerunt:precedente illum varuico qui enſem coneſtabilis more preferebat. Moxqꝫ ad arcem que Henrici preſidio tenebatur ſuccedẽtes: cum illam obfirmatam inueniſſent:prefectos quattuorviros inſigni nobilitate ad colloquiũ vocant:promittuntqꝫ iureiurãdo adiecto vitam illis et fortunas ſaluas fore ſi arcem illis patefacerent. Perſuaſi proceres regi occurrunt:atqꝫ mox ſalutato Henrico dum illum a tergo comitantur:orta in populo ſeditione quidam in eos inſiliunt:vnũqꝫ illuſtrem apprime virũ: cui deſcallis cognomen erat mactãt. Reliquos poſtridie ante arcis portam capite mulctatos quadrifariam exſecuerunt. Fidei rara eſt ratio apud eos qui imperij concupiſcentia digladiantur:q̃ꝫ ſceleris autorem pena non preterea t. Itaqꝫ ſupererat ex Hẽrici familia dux ſombreſſetus qui iniquo animo ferens regem a coniuratoribus non ſecus ac captiuũ teneri compluresqꝫ ſue cognationis fuiſſe interemptos:iuuentutem multam eorum maxime quorũ parentes aut cognati perierant cogit:atqꝫ richardum in planicie ſancti albonis inuentũ plurimoqꝫ milite inſtructum adorſus cum pleriſqꝫ alijs necat. Cuius caput amputatum quandoquidem regnum affectauerat ſtraminea corona illudi iubet. His Henrici aduerſitatibus permotus Carolus:litteras ad normannos dat:ſinant abſqꝫ controuerſia anglos ad ſe henrici partes ſecutos transfretantes regionem incolere:diuerſariqꝫ et in ea libere negociari. Tali profecto benignitate viſus eſt carolus in eum qui hoſtiliter illũ ſepenumero fuerat perſecutus:tentauitqꝫ quoad fieri per eum potuit henrico auxiliari vt eum in libertatem vendicaret. Ad hunc modũ humanarũ rerum mutabilis conditio eſt:vt in ſublime prouectus caſurũ ſe merito formidet:delectus autem nequaqꝫ animo tabeſcat: Henrico felicia initia fuere: carolo contra. deturbatus ille regno eſt:hic in regnum poſt multas aduerſitates glorioſe exaltatus:et victorioſus appellatus. Pridie mortis eius viſus eſt fulgẽtiſſimus cometa tanti principis interitum precurrens:⁊ futuroꝝ nũciator.

LEni et manſueto patri aſper et vehemens filius ſucceſſit Ludouicus: conſilio preceps ingenio vario et domeſticis vix ſatis perſpecto. Nec dubia fides fuit Carolum iuniori ſuo filio Carolo regnũ ſi ꝯmode potuiſſet relicturum: ſed belli ſeminaria execratus Ludouici mores atqꝫ abſentiam longanimiter tolerauit. Cogitauerat enim diu tacitus bellum in burgundos mouere:pleriſqꝫ ſibi aſſentientibus proceribus:et cum ad id propenſus eſſet:expectabat tantũ belli aliquẽ motum a burgũdo excitari:ne tam autor diſſẽſionis q̃ propulſator iniurie eẽ videretur. De caroli morte nũcio accepto:permulti qui officia magiſtratuſqꝫ adminiſtrabãt ad ludouicũ protenus gratulabundi ſe in Hannoniã contulerunt:ſciſcitaturi ab eo quid illos facere preciperet:impetraturi quoqꝫ de ſuis magiſtratibus et officijs ſtabile firmamentũ. Quattuor tñ ex omni numero petitoꝝ admiſit: Petrũ orfaueriũ: Nicolaum louueriũ: quos ad ratiocinia regiorũ computorum conſiliarios inſtituit: Iohanne baſlleto requeſtarum coniudice ⁊ in cancellaria referendario ordinato:ſymonem carolũ in eum quem prius magiſtratũ gerebat reſtituit. q̃ꝫ iam fere etate defectus eſſet:⁊ nõ niſi lectica iter cõficere poſſet. Reliquos magno numero Pariſiũ remiſit:eius aduentũ preſtolaturos. Interea cõfluũt ad ludouicũ ornatiſſimi quiqꝫ ꝓceres qui ſacrãdum nouellũ regem remos perducerent. vbi iouenellus loci archipreſul eũ more maioꝝ vnxit atqꝫ benedixit. Quo myſterio abſoluto ludouicus ad pariſios ꝓtenus profectus eſt:nec facile ſcripſerim quo faſtu et pompa a pariſiacis ſit exceptus. Nam vt ſileam populi ex omni francoꝝ imperio concurſum:qui ad feſtum diem cõuenerat:mira erat per omnẽ ciuitatis publicam viam ludorum frequentia:gloriãtibus inter primos burgundis:qui in regnum ſua opera reducem ludouicũ poſt longũ a patre diſceſſum iactitabant. ¶ Exactis per hec ſolẽnia aliquot diebus:cum Philippus burgundionũ dux domũ repetere cuperet:regem magnopere cohortatus eſt:iram ſi quam animo in proceres cõcepiſſet deponere: obliuiſci prorſus atqꝫ obliterare que preterita erãt:ſatis admodum eſſe illi ꝙ nullo tumultu rex eſſet et vocaretur:et quia frater illi eſſet debere adoleſcẽtẽ amare atqꝫ amplecti:⁊ patris hereditatem cũ illo legittima portione diuidere. Hec atqꝫ ſimilia multa locutus philippus ludouicũ dimiſit:picardiam reuiſurus. ¶ At ludouicus qui exulceratũ animũ haberet:et patrias leges iam dididiciſſet:exteris moribus per diuturnum vſum imbutꝰ multa partim ſuo ingenio:partim eorum qui abſentiaꝫ a patre exiliũ fuiſſe reputabant: agere cepit. ⁊ principes in p̄mis parui admodũ hr̃e. Venatiõis oẽm ꝓpe ꝯſuetudinẽ ꝓhibẽs:ita vt piaculũ eſſet aues aut canes alere:caſſibus vti:inſidiari feris animantibus niſi quoad ipſe p̄mitteret. Et quod illi maximũ ad eas que ſuperuenerũt diſcordias momentũ fuit:magnopere nixus eſt. infime ſortis homines pre proceribus opulentos ſublimeſqꝫ facere quos ad ſuas vehementes voluntates obſequentiſſimos eſſe cupiebat. Non enĩ equanimiter ferebat ſi quis dicenti vel imperanti ſibi quauis ratione aduerſaretur plus ſuapte ingenio q̃ cuiqꝫ ſapiẽtiſſimo fidens. Fuit illi inter precipuos domeſticos iohãnes du lude:iohãnes balua quem cardinalem romanũ ſub Sixto quarto atqꝫ Innocentio octauo ipſi vidimus: Iohãnes hebergus poſt baluam ebroiceñ. preſul:dñs de foreſta:oliuerius dyabolus:quem ludouicus ſublata dyaboli appellatione malum:deinde dãmam cognominauit:ſtephanus oſtiarius. Quibus miniſtris pro ſua voluntate diuerſo tempore vſus eſt. Acceſſit his longo poſt interuallo doyacus verſutus in primis et temerarius:ſupraqꝫ generis ſui conditionem audax. ¶ Ab his vt quiſqꝫ per vices ludouico obſequebatur poſthabiti principes et magna pars nobilitatis: deſciſcere a ludouico:ſeqꝫ et ſuam dignitatem tueri conſtituunt. Igitur clandeſtinis nuncijs quid ſinguli ſentiant ſciſcitantes:poſtqꝫ de ſententia illoruꝫ ſatis conſtitit:britonum dux franciſcus oratores ad Ludouicũ qui pictauie agebat mittit:ſimulans neſcio quid quod vtriqꝫ vtile eſſet. Nec repugnat ludouicus:tantũ petit ducem ad ſe venire:qui ab oratoribus ꝓmiſſa preſens confirmet. Dant fidem legati id ſe facturos:ſeqꝫ prope diem vna cum ſuo principe reuerſuros. Cum illi pictauia a rege abeuntes:duodecim tantum paſſuum milia confeciſſent:clam dilapſus carolus regis frater:ad eos ſe ꝯtulit:in britãniãqꝫ feſtinãter profectꝰ eſt. quo illũ p̄ceſſerat iohãnes dunenſis comes diſceſſionis caroli maxime conſultor. Sic enĩ inter principes cõdictum erat. Nec defuerunt permulti proceres:qui eum mox relicto rege ſequerentur. Qua re cognita iohannes borboniorũ dux(qui ludouici ſororem in matrimonio habebat)aperto bello inſurgit:et quicquid regij fiſci in ſuis terris erat occupat. Cruſſolũqꝫ ⁊ trainellum:atqꝫ doriolum primores fere regis aulicos in cuſtodia continuit. Deditqꝫ ſedulo operam eximere de diui anthonij baſtilda anthonium chabanum qui illic ludouici edicto ſeruabatur. Itaqꝫ eodem ferme tempore quo hec gerebantur:antonius noctu ad ducem aufugiens:magna leticia ab eo exceptus eſt. Quippe ꝙ ludouicum non diligeret:et futuro bello commodiſſimus eſſe ſperabat. ¶ Huiꝰ ergo tã manifeſte defectionis initio turbatus ludouicus:carolũ de melduno iohãnem baluaꝫ:et iohẽm p̄uotum ad pariſios ſtatim cum litteris mittit quibus ciuitatis rectores et primos ciues monet:eminentis ob caroli fratris a ſe defectionem periculi. Intelligere ſe principes arma aduerſum ſe mouere:opus ideo eſſe vigilantiſſima cuſtodia:ne noui ĩ ciuitate motus prodirent. Vnam eorũ ciuitateꝫ eſſe regni caput:vnde relique vel belli vel pacis exemplum accipiant. Si in fide pariſij permaneant:nihil ſibi timendum eſſe que coniurati moliantur. Ea oratione procliues ad audiendũ pariſij:excubias cõſtituunt/adhibitis primarijs portis cuſtodibus. aliquot etiam prorſus obſtructis. Cathenas preterea que ad viarum compita negligentius curabantur reficiunt. ¶ Hec dum pariſij geruntur. Anthonius chabanus cuſtodia elapſus per vaſtiniũ iter faciens/ſanctum forgeum et ſanctum mauriciũ (quas arces goffridus cuerus p̄ſidio tenebat)capit:bonis oĩbus direptis ipſoqꝫ goffrido captiuo abducto. ¶ Inſurgentibꝰ tot rebus nouis. Ludouicus accito renato andegaueñ. duce (quẽ ſicilie regẽ appellabant)⁊ carolo cenomanorũ comite:fortem. xxx. fere miliũ militũ exercitũ cogit. Sed cũ dies non paucos ibi moratus parũ admodũ ꝓficeret:attributa renato caroloqꝫ fratribus parte copiarũ:que britonũ ceptis obſiſterent:reliquũ exercituꝫ in bituriges ducit. Biturigem tñ ciuitatem preterijt:quam magno preſidio a borbonieñ. notho:fratris ſui caroli noĩe teneri acceperat:moxqꝫ in borboniũ(quod biturigibus vicinũ eſt)profectus: caſtellũ ſancti amandi expugnat. Nec multo poſt molliſſonij in ludouici p̄tãtem venere:cedente loco iacobo borbonio oppidi p̄fecto. ¶ Per hos dies cũ nõnulli ex p̄ſidio ſancti forgei ſatellites:moretũ ĩcurriſſent:ideqꝫ quoſdã q̃ eo loci ex ſenonibꝰ hoſpites diuerſabanť noctu abduxiſſent:re cognita ludouicus iubet põtes chamoſij ⁊ de bellomõte dirui. Iã enĩ fama erat

Ludouicꝰ copias cogit.

carolũ philippi burgundorũ ducis filiũ qui ex cõiuratis erat copias contraxiſſe:vt cum alijs cõiuratis iũgeret exercitũ.nec mẽdax fama erat.Nã anthoniꝰ philippi nothus:adiũcto burgundionũ mareſcallo:cũ aliq̇t cohortibꝰ ꝑcurrens caroli exercitũ:royã ⁊ mõdideriũ occupat Erãt apud peronã tunc tp̄is in p̄ſidio comes Niuerñ.et ioachinus roaldus frãcie mareſcallus cũ quattuor milibus armatorũ:q̇ cognito caroli aduentu:relicto ad oppidi cuſtodiam aliquot ex nobilitate francorũ viris.⁊ quĩgentis ſagittarijs.peronã deſerẽtes mox nouiomũ cõpendiũqꝫ ſe ꝯtulerũt.His belli motibus dũ picardia agitat̃:ludouici ſoror carlota borboniorũ ducis coniũx exviri cõſilio ſanctũ porſanũ(vbi rex agebat)petit finem diſcordijs poſitura. Sed ĩtentõe fruſtrata rionẽ(quo dux ex molinis interi ſe receperat)reuertit̃.

¶Eodeʒ tp̄e ſcti mauritij arx dedentibꝰ ſe ijs q̇ in p̄ſidio erãt a carolo meldunenſi recepta eſt.

¶Juſſi q̇ʒ ſunt pariſij arma domi in expedito ſeorſum h̃re:facere de muris nocturnas excubias:faces ꝑ compita ⁊ ꝑ domos laternas noctu accẽſas ponere.Conatus eſt rex illis diebꝰ ex ſchola pariſiẽſi delectos habere armatos quibꝰ ad belli neceſſitates vteret̃.Preerat aũt ſchole rector guillermus fichetus magni animi vir:doctrina et dicẽdi arte potens:qui in caligine iacentibꝰ humanitatis ſtudijs lumen mea etate attulit:excitauitqꝫ cõplures latine diſcere et eleganter loqui. Hic igitur acceptis a rege de armandis ſcholaſticis litteris:cõtione generali habita: diſertaʒ habuit orationẽ:qua veritus nõ eſt:repugnantẽ ludouico ſententiã dicere qua maxime ꝓbatꝰ atqꝫ clarus factus eſt.Nã cũ beſſario grecus cardinalis poſt aliq̇t annos romana apud regẽ legatione fũgeret̃:audita fiſceti fama:eũ ad ſe acceſſiuit atqꝫ ĩ vrbem duxit:cõmendãs illũ ſixto q̇rto romano põtifici.Extant eius ficſeti rethoricorũ libri:orõnes q̇ʒ atqꝫ epiſtole.Beſſariõis aũt opus eſt defenſio platonis aduerſus trapezuntiũ:qui platoni conuiciatus ariſtotelem illi p̄ferebat.

¶Sollicitis ad hunc modũ pariſijs:carolus philippi filius ferox iuuenis (a quo auxilij plurimũ reliqui cõiurati principes expectabant)copias ad pontẽ maxentij q̇ eſt ad yſarã amnẽ ducit.Condixerant aũt ij q̇ arma aduerſus ludouicũ parabãt:ſe ideo cõuenturos vt populũ vectigalibus p̄ſſum:et pene ſeruũ in libertatẽ vindicarent.Adeo ſolers eſt male errantiũ cautio:vt iuſticie velamen ſue iniquitati p̄tendant.Incedẽs igitur cũ exercitu carolus: libertatem populo paſſim ꝓponebat:ſpecie beniuolentie plebem ſibi ꝯcilians. Eius pontis atqꝫ arcis p̄fectũ maderũ petri orfauerij vicariũ pecunia carolus corrupit:arcẽqꝫ recepit. Indeqꝫ flumine traiecto:caſtella q̇dam minimo negocio ꝓtenus occupat.Venere quoqꝫ in eius p̄tãtem belliſlocus et dõmartinus.Mox occupato latiniaco libellos rationuʒ regij fiſci burgũdi diripiunt atqꝫ incendunt:exactis vectigalibus.Salis itẽ prõptuarijs patefactis:poteſtatem faciunt ſumendi ſalis:p̄cio mercatoribus tantũ perſoluto:atqꝫ ita a tributo libera oĩa eſſe ꝓnũciant.

Libertas populo ꝓponit̃

¶Graſſante ad hunc modũ carolo:ioachinus roaldus veritus(qđ vero ſimile erat) burgundũ pariſiũ ꝓficiſci:cũ bona equitũ manu ĩ ciuitatẽ ſe ꝯtulit.

Riona obſidetur.

¶Interea aũt ludouicus rioneʒ in aruernia obſidet:quo borbonij atqꝫ nemorſi duces armigniacus p̄terea comes ⁊ albretus ſe receperant.Erant in exercitu ludouici quattuor et viginti milia armatorum longo militie vſu ſpectatorũ:quorũ numero et robore territi duces:de pace ad ludouicũ nũcios mittunt.Jurantqꝫ(ſi regis gratiã recuperent)ſe illi probe ſincereqꝫ inſeruituros:nauaturoſqꝫ diligentem operã vt reliqui ſibi confederati principes in beniuolentiã redeant:et fidem ſeruẽt Neqꝫ ea re pariſiũ ad regem nuncios ad.xviij.kalen.auguſti legaturos.Quod ſi alia p̃cipibus maneret:ſe nihilominus conſtanti fide conuenta cõpleturos. Hec cõuentionis formula adhibitis apoſtolicis ſcribis:litteris mandata eſt:pena excõicationis in preuaricatores adiecta.Que oĩa pariſijs referre carolũ charlaium vigilum prefectum ludouicus iubet.

¶Qua recognita decernuntur in vrbe ad diue catherine vallis ſcholariũ edem ſupplicatiões.Interim compoſitis aciebus:carolus burgundus ad ſanctũ dyoniſiũ caſtra facit:atqꝫ poſtridie:ſancti clodoaldi pontẽ miſſis aliquot cohortibꝰ occupare conſtituit.Quẽ tertio oppugnatũ tandeʒ (dedente ſe p̄fecto iacobo mairo)hoſtis obtinet.Et ne regni caput pariſiũ timide p̄teriſſe videretur:ꝓmotis copijs carolus caduceatores p̄mittit q̇ liberũ per ciuitateʒ tranſitũ petant. Id ſi non ĩpetrent:dicant carolũ vim illaturũ ciuitati.Preerant eo die porte que ad ſanctuʒ dyoniſiũ ducit petrus orfauerius et iohãnes põpancurtus.Qui cũ reſponſum dare caduceatoribus incipiunt:ecce burgundi copias oẽs ad ſanctũ vſqʒ lazarũ ꝓgreſſas cõſpiciũt: quaſi incautos cuſtodes intercipere ſperarent.At armatus populus:et cũ ſuis ioachinus roaldus acerrime reſtiterunt. Moxqʒ in ꝓximũ campũ hoſtiũ acie inſtructa ꝓgrediens(aliquot ex ſuis interẽptis)ciuitati cõminatur.Sed cũ ex muro tormenta in ſuos frequenter iaci ꝯſpexit copias reduxit.Moxqʒ ſequana ꝑ ſãcti clodoaldi pontẽ trãſmiſſo:cũ accepiſſet ludouici fratrem cũ britonibꝰ ꝑ bel ĩã iter facere:ad montlericũ ducit.Jam enĩ rione diſceſſerat ludouicꝰ et magnis itineribus pariſiũ appetebat:certior factus de burgundorũ acceſſu.Verũ cognito ꝙ et a tergo frater:et a fronte burgundus copias haberet:numeroſo pedite qui eum ſequebat̃ non expectato:chartras cũ multo equitatu contendit:ratus burgundũ prius fundere:q̃ cum illo britones iungerentur.Eo vbi caſtra carolus habebat cũ perueniſſet rex:nulla ſui curandi mora militi conceſſa:feruens furenſqꝫ in hoſtem progredit̃.Fuit congreſſus ſuo ĩitio formidabilis et non incruentus.Nam qui in prima acie burgundi pugnabant:plurimi ſe in fugã proripiunt.Fuereqꝫ ex illis perqꝫ multi in fuga capti atqꝫ occiſi.Huius rei fama ad pariſios perlata:arma quiſqꝫ rapit:atqꝫ per agros effundit̃:p̄henſurus ex fugientibus predam.Vidi ipſe frequentes captiuos diſſolutis armis vulneratos in ciuitatẽ deduci.Et populũ oẽm non ſecꝰ ac in certa victoria exultare.Sed ludouicus ſancti pauli comes reliquã burgundorũ aciem in ſtatione atqꝫ ordine continens:ludouici vires ſuſtinere fortiſſime militem admonebat.Ludouicus aũt hoſte partim fuſo:reliquos adoritur:qui ſe curribus tanq̃ vallo atqꝫ munitionibꝰ circũſepſerant:cõuerſis in francos tormentis:quibꝰ non paucos clari nõis equites ꝓſtrauerunt.Itaqꝫ conſerta pugnã pertinaciſſime dimicatũ eſt:ita vt ludouico nõ longe emineret periculũ inter ſuos fortiter preliãti. Et burgundo quoqꝫ fortuna minata eſt:quẽ ſemel a gaufrido de ſancto belino:iterũqꝫ a gilberto graſſalo comprehenſum ſui eripuerunt. At equites frãci tametſi magnis viribus in hoſtem vecti complures proſternerent:nemo tñ peditũ pone ſequebatur qui proſtratos iugularet:q̃obrem ſpaciũ erat deiectis exurgendi:et prelium inſtaurandi.Pugnatũ eſt varia fortuna vſqꝫ ad veſperam decimeſexte diei iulij menſis:donec milites ſcoti qui regij corporis cuſtodiã gerebant:aiaduertentes ludouicũ graui in periculo verſari(Nam die tota per eſtus et cedes nihil cibi deſumpſerat:et ſexcenti equites quos cenomanorũ comes:montalbanus mareſcallus:et gargaſſalus ducebant prelio exterriti:turpiter deſerto ludouico aufugerant)aſſumptũ regẽ in arcem montlerici ꝑduxerunt:atqꝫ ita preliũ dirẽtũ eſt: manente in ſua ſtatione burgũdo.Cecidiſſe ex vtroqꝫ exercitu ſexcenti ſupra tria milia memorant̃

¶Inter francos occubuit petrus breſeyus/gaufridus de ſancto belino ⁊ floquetꝰ Ex burgundis longe plures.Enĩuero principis cuſtodes om̃s prope interierunt

¶Recreato paululũ rege:conſiliũ fuit corboliũ ſe conferre:atqꝫ inde pariſiũ ꝓficiſci. Itaqꝫ ſecundo poſt preliũ die in ciuitatẽ venit.Vbi inter cenandũ dũ caſum fortunãqʒ ſuam conuiuis memorat: multa fortiter ſapienterqʒ locutus eſt:incertã inſtabilẽqʒ hoĩm conditionem cauſatus. Callebat enĩ litteras et ſupra q̃ regibus mos eſt erat eruditus.Vnde et multos ad illachrymandũ prouocauit.Nihilominus ſe iterũ in hoſtem ducturũ differebat.Sed a prudentibꝰ diſſuaſus pariſij ſe continuit.Habuit ſiquidem ad eũ egregiã orationẽ guillermus quadrigarius pariſianus preſul:qua rerũ p̄teritarũ memorem cũ ludouicũ reddidiſſet:ſequentiũ rõem habere hortatus eſt.Decere regẽ cõſilijs oĩa ꝓuidere.circũ ſe habere boni equiqʒ amantes viros:qui ⁊ pacis tranquillitatẽ ſeruent:⁊ belli motus modeſtia atqʒ iuſticia moderent̃.Preſulis orõne rex adductus:deligi ſibi viros ſpectatos iubet:q̇ ad eius conſiliũ quoqʒ die vna cũ ceteris veteribꝰ cõſiliarijs accederẽt. Itaqʒ ex ciuibus ſex:ex parlamenti ſenatu totidẽ:exqʒ pariſiẽſis ſchola pari numero ꝓbati hoĩes id negocij receperunt durã ꝓfecto prouinciã ſi principis vehementiã attendas:quã breſeyus viuens ꝑ facetiã lepide aliq̃n expreſſerat. Inſidens enĩ exiguo equo ludouicus dũ venatũ exiuiſſet:ſequenti orõne a breſeyo eſt interpellatus.vnde inq̇t ſereniſſime rex fortẽ equũ nactus es?Cur ait ludouicus(breſey)id cenſes:q̃quidem puſillus eſt?Quia te breſeyus inquit et conſiliũ tuũ totũ vna cõportat.Nõ diſſimili cauillatiõe rurſus regem taxauit:cũ a rege anglorũ oratores ad eũ veniſſent.Nã q̃rente ab familiaribus aulicis ludouico:qđ in oratores anglos p̄cipuũ ſine ſuo diſpendio munus cõferret:eſt breſeyus inq̇t tibi cantorũ eccleſiaſticorũ frequens chorus quos nõ magni exiſtimas:nec eorũ cãticis oblectaris:cenſeo illos q̇bꝰ facile carebis:oratoribꝰ vniuerſos dones.Subriſit ludouicus tametſi ĩtelligeret ꝑ cauillationẽ id a breſeyo dictũ eſſe:ꝓpterea ꝙ ad rẽ diuinã:⁊ ad curarũ leuamen cantorũ harmonijs ipſe praro vteret̃.Enĩuero decoros rerũ mũdanarũ a maioribꝰ obſeruatos ritus et mores ludouicus neglexit:et demiſſa regia maieſtate:multis ad cõuiuiũ admiſſis populariter diſcumbebat:obſcene interdũ loquens:preſertim cũ de mulieribus ſermo incideret Neqʒ ſumptuoſa veſte induebatur:neqʒ curialiũ pompa gaudebat.Fuit enĩ illi a montlerici pugna intentus ſummopere ad ſui cuſtodiam animus:vindicte atqʒ prorogandi imperij appetens:et lõgioris vite lõge cupientiſſimꝰ.Studuit preterea q̃plurimas copias habere.Quibus cũ ſtipendia tribuere cõmode ipſe non poſſet(occupatis a cõiuratis locis vnde hec per-

Ludouici mores.

Conueniunt apud ſtāpas principes

cipi ſolebant)pecuniā a pariſijs mutuo petit. Quā vtpote grandem conferre nō pauci ciues pernegarunt. Indignatus propterea ludouicus quoſdam regio magiſtratu atqꝫ officijs amouit:ad oēm prorſus caſum ſuſpicioſus:nec vlli ſatis credulus. Inde patuit delatoribꝰ ad multorū pernicieē via. Nam accuſatos cōplures fuiſſe accepimus:qui leuibus cauſis nō auditi: extincti ſunt. Per idē tp̄s iohānes burgenſis q̄ dn̄ʒ ſuū Iohānem berardū parlamentei ſenatꝰ conſiliariū in britanniā ſecutus fuerat. Gratianuſqꝫ et franciſcus meriodeus fratres: offenſe maieſtatis criminati in flumine ſequana demerſi periere. Et poſt aliquot dies Petrus gueroldus qui a britonū duce pariſiū explorator veniſſe dicebat̄ capite punitꝰ atqꝫ inde ī partes quattuor ſectus eſt. Femine p̄terea aliquot et pariſiani ciues delati ꝙ cū coniuratis ſermonē contuliſſent in profluento noctu extincti ſunt. Nihil em̄ tutū a delatoribus erat. Satis ad interitū erat fuiſſe quomodolibet accuſatum. Sed ad coniuratos redeo. Burgūdus victoria ad montēlhericū habita:gloriabundus ſtampas petit:vbi ludouici fratrem ⁊ britonū ducem cōuenere accedentibus ad eos reliquis cōiuratis:atqꝫ eo loci captato conſilio poſt quīdecimuʒ diem in vaſtiniū mouent:occupatāqꝫ priuinū moretūqꝫ. Aduerſum quos ſallazardus et qui ſub ioachino roaldo militabant ad yonā ſequanāqꝫ vt tranſitu hoſtē ꝓhiberent progreſſi:qn̄ quidem numero militū longe inferiores eſſent retro abiere:atqꝫ ita nauibus apud moretū repertis cōiurati yonā ſequanāqꝫ amnes exuperant. Erat inter cōiuratos iohānes renati filius dux calabrie:quē poſtqꝫ cū copijs in agro autiſſiodorenſi venire ludouicus accepit:dn̄m precigniaci et chriſtoforū palardū ad eū mittit:ſi forte ad ſe magnis pollicitationibus adducere poſſent. Nam quia ob neapolitanū regnū patris ſui renati noīe aduerſus ferdinandū alphōſi aragonenſis regis ſpuriū bellū ſuſcepiſſet:et tanto bello per ſemet haud ſatis eſſet: ſpe ludouicus ducebatur eū in gratiā reuocandi:dum auxiliaturū ſe illi in eo bello ꝓmitteret. Sed conſtanti aīo dux iohānes:propoſiti tenax ad cōiurationis ſocios ire perſeuerat. Qua re cognita rex pariſiacis rebus conſulens:ſagittarios pedites quos francos ſupra appellauimus qui ex normannia recenter venerant:ad p̄ſidiū ciuitatis cū quadringentis equitibus ordinauit. Moxqꝫ rothomagū profectus eſt:miſſo ad pariſios comite deu:qui ſui loco vrbis belliqꝫ rationem haberet.

Salices oēs per paludes deijciūtur.

¶ Et cum per cloacarum foſſas quibus ſordes et purgamēta ciuitatis per paludes eluuntur multe ſalices plantate excreuiſſent:ita vt ad conſtituendas inſidias facile accōmodari poſſe viderentur:omnes magno poſſeſſorū incōmodo deiecte ſunt. Tumulus vero q̄ exportatis ruderibus atqꝫ quiſquilijs vrbis ad diui Dyoniſij portā excreuerat iuſſus eſt effodi. Sed cōuenientibus ad opus plurimis plebeis:cū res parum procederet : relicto inani negocio:aggeres intra pomeriū atqꝫ tabulata ad vrbis tutelam extructa ſunt.

Rāburꝰ ad coniuratos miſſus

¶ Interim cōgregati principes charentoniū pontem capiunt:recipientibus ſe ad pariſios ijs qui preſidio fuerant deſignati. Ponte capto poſtqꝫ hoſtes ſequanā traiecerunt:ludouici frater carolus beautā que matronā verſus:ſaltū vicennarū claudit ad diuerſandū occupat. Dux britonū ad ſāctum maurū conceſſit. Carolus philippi filius conflanū(quia paterne ditionis erat)ꝓfectus eſt.plurime aūt ex britonibus burgundiſqꝫ cohortes in ipſo ſaltu ſub diuo ſtationē habuere. Quod vbi comes deu cognouit:Ramburū ad cōiuratos legat:atqꝫ cōmittit ſciſcitari ex principibꝰ q̄d ſibi velit tantus armorū apparatus.quā mentē in regem atqꝫ rēpublicā ipſi gerāt: ſe pariſij eſſe poſitum a ludouico moderatorem qui ad reconciliationē ⁊ beniuolentiā magis q̄ ad bellum animū intendat:ſi ad reʒ componendā mediator admittatur. Talibus mandatis edoctus ramburus ad principes pergit. Sed eius legationis exitus ſoli comiti qui ramburū miſerat cognitus eſt:ne in vulgo forſitan temere prolata deterioris fortune metu populus ad res nouas inclinaret. Vix eni ramburus reuerterat:cū hoſtis in planicie vbi diui anthonij campeſtris monaſteriū eſt ſe late diffudit. In quem prodeūtibus pariſijs:leuibꝰ prelijs paruo vtrinqꝫ dāno certatū eſt.

Oratores ex pariſijs ad ꝯiuratos

¶ Inſequenti die carolus ludouici frater ex confederatorum ſibi principū ſententia litteras quattuor ad pariſios mittit. Ciuibus vnas:parlamenteo ſenatui alteras:clero tertias:reliquas pariſiacis ſcholaſticis. Quarū hec ſententia fuit.ſe cū illuſtrioribus regni principibus nō hoſtili aīo ſed reipublice gratia cōueniſſe: mitterēt ad ſe paucos ſapientes et ſpectatos hoīes:quibus coitionis eorum cauſe fierent cōes. Cognitis litteris legant ciuiū noīe iohānes choartꝰ caſtelleti ꝓpretor/franciſcus haſſe et arnoldus oleariꝰ. Ex clero thomas courcellus/iohānes de oliua theologi doctores:et euſtacius olearius. Ex plamenti collegis iohānes boulengerius/iohānes ſellarius/iacobus fournerius. Ex ſchola pariſienſi Iacobus iunius/iohānes olearius/Iohānes montigniacus:et enguerrannus parenti medicus. Ibi oēs duce guillermo quadrigario pariſiano pontifice ad principes ſe cōferūt.

Quibus in conſilium admiſſis iohannes dunenſis comes principum vice cauſas eorū vocationis ediſſerit. Accepto quid animi principes haberent:legati ad conſilium quod in edibus publicis ciuitatis eius rei cauſa paratū erat reuertentes:principū ſententiā ad inſequentem modū detulerūt. Principes ludouici mores iam diu conſideraſſe:populū non modo vectigalibus inſuetis et ſeruitute premere:ſed ſe quoqꝫ et oēm fere nobilitatē contēptui habere:omia pro ſua voluntate gerere:ſe legē ſe iudicē ſe parlamentū eſſe:oēm regnandi ſpem ī armis ⁊ militibus reponere:domeſticos ex humili genere ſibi cōparare:q̄ illi aſſentent̄:q̄ quodlʒ īperanti pareant:ſtudere prorſus pares illos principibus facere. Delatorū plena eſſe oīa:nemini ſuas opes:ſed nec vitā in tuto eſſe. Proſcribi relegari ob friuolā ſuſpitionē q̄ plurimos nihil iam auctoritatis principibus relictū eſſe.feris et beluis plus ſecuritatis et libertatis q̄ hominibus eſſe:pecuniā et fiſcū in nullius penſi hoīes largiſſime ꝓfundi:penſiones illis annuas ſine modo dari:q̄ principibus adimunt̄. Iam ꝓxime inſtare vt ad vnū ſingula atqꝫ oīa intēperanter pertineant. Eas cauſas principes mouiſſe vt inſtructi ad ſuā tutelā armis ad regiā vrbem(a qua cōe francorū iudiciū petat̄)coiuiſſe:vt more maiorū conſilio cleri procerūqꝫ et populi cōtracto:de rebus cōibus quiete agi poſſit. Ludouicū quidē illorū ⁊ regni francorū regem eſſe: ſed eorū muneris atqꝫ dignitatis eſſe:hortari atqꝫ cōmonefacere illum:maiores ſuos imitari: patrijs legibus vti:in ſuo queqꝫ iure atqꝫ ꝯſuetudine continere:vectigalia moderari:miſereri populi:cui fortunarū nihil prope ſit. Igitur petere in vrbem ſine vlla iniuria aditū. Hec ſunt inquit quadrigarius q̄ a principibus dicta vobis deferenda accepimus.

¶ Relatione cognita de cōuentu cōi cogendo ſententia placuit:neqꝫ vrbem illis negādā eſſe:ſi fide data īiurijs abſtinerent:ſoluerentqꝫ q̄cquid īpenſe ipſi in vrbe facerent. Et hoc q̄dem(ſi ludouicus aſſentiat̄) concedere contio reſpondit ſine cuius aſſenſu nihil temere ſe agere licebat. Qua de re poſtera die legati ad principes reuerterunt:pariſiorū ſententiā renūciantes. At p̄fecti militū quos p̄ſidio ludouicus reliquerat cognito pariſiorū reſpōſo:ſuos milites recenſuerunt:et militari ordine pambulauerunt ciuitatē/inſtructi armis tanqꝫ ad p̄liandū accincti. Ea re populus exultabundus ſpem meliorē cepit. Addidit quoqꝫ aīm montalbanꝰ admiraldus cū copijs eo die aduenienes.

¶ Nec pigritatus eſt ludouicus a normānia cū īpedimentis et bona peditū atqꝫ foſſorū manu reuerti/ne per eius abſentiā coniurati in ciuitatem reciperentur. Non em̄ parū ſuſpectos habuit pariſiēſes:q̄ ſe inconſulto nūcios ad principes demiſiſſent.

¶ Reditu ludouici cognito/principes totis fere copijs cū magno tubarū et tubicinū claſſico per ſequane ripam ad diui anthonij planiciem in proſpectu pariſiorū oſtentandi ſui cauſa cōuenerunt. In quos nulla eruptio facta eſt/ſtantibus ſummo ſilentio ad cuſtodiendos muros armigeris: et ex pariſiacis ciuibus non paucis. Ad veſperam aūt eius diei ⁊ inſequentibus aliquot diebus cū rurſus ſe oſtentaret hoſtis occurrit illi ex ciuitate miles:et nunc ad anthonianam:nunc ad dyoniſianā portam prelia/militari quadā iactantia cōmiſit.

Pena ī oratores qui ad cōiuratos legati fuerunt.

¶ Interim ludouicus edoctus que fuiſſet de recipiendis in ciuitatem principibus ſententia/eos proſcribit qui in eam ſententiam veniſſent:iohānem oleariū/euſtaciū et arnoldum eiuſdem cognominis et generis ciues Iohānem choartū et Franciſcū haſte. Quadrigarius quidem pontifex q̄ꝫ maxime regi ſuſpectus atqꝫ exoſus eſſet/non tn̄ in proſcriptorū numero habitus eſt. Nam ꝙ homo integer et ſancte eſtimationis habebatur/in eū temere ſeuire ludouicus temperauit. Carpebat nihilominus atqꝫ reprehendebat antiſtitem ꝙ ad hoſtes ſe inſcio prodiiſſet. Augebat crimen iohannes profeſſione monachus albigenſiū pontifex et romanus cardinalis natione burgundus homo litterarū opinione clarus:qui quadrigarij ad coniuratos ꝓfeſſionē ad crimen maieſtatis referebat. Nec dubiū fuit ludouicū id ſollicite curaſſe:qua aliqn̄ cauſa quadrigarium in aliā eccleſiā traduceret. Sed paucis poſt annis cū pontifex vita functus/epigrāmate et ſepulchro ſe digno honoratus in ede virginis eſſet:ludouicus laminis eneis quibus epigrāma q̄drigarij inſcriptū erat alterū adijcere iubet:fame hoīs maxime repugnās atqꝫ aduerſariuʒ.

Pons a burgundo ſupra ſequanā excogitatus

¶ Per id tēpus certior factꝰ rex carolū burgundū ſtatuiſſe e regione cōflani extruere ponteʒ per quē in alterā ſequane ripam traduceret exercitū.egreſſus ciuitate:foſſorū magnū numeꝝ ad eam partem ducit/qui foſſas aggereſqꝫ ad prohibēdū hoſtem concinarent:diſpoſito pedite ad foſſores contra burgundū protegendos. Sed callidus hoſtis cum materiā iam in promptu dolatā haberet:paulo ſupra conflanū ad portū qui anglus dicit̄ pōtem extruit/funibꝰ ad oppoſitam foſſoribus partem firmiſſime colligatū. Et iam tranſmittere conabatur: cum ſagittarij franci et equites aduentūt:qui tormentis teliſqꝫ ita agūt:vt traijciendi poteſtatem hoſti adimerent. Atqꝫ interim dum eminus certatur:ex numero foſſorum quidam normannus nandi peritiſſimus:in medias fluenti aquas inſtar mergi clam illapſus:funes vinculaqꝫ et cetera pontis retinacula non ꝑcipiente hoſte diſſoluit:moxqꝫ pons ſecundũ flumen actus burgundo fuit inutilis. Normannus vero ad ſuos redijt incolumis. ¶ Cedente loco hoſte:nõ multo poſt per nũcios de concordia agi ceptũ eſt. Deputantur a ludouico cenomanenſis comes: precigniacus:et iohãnes dauuetus. A principibus:iohãnes calabrie dux:ludouicus ſcti pauli comes:et iohãnes dunenſis. Qui protenus cõgredientes duorũ dierũ inducias ad reliqua cõponenda ſtatuunt:et qꝛ de pacis formula interim non ſatis cõueniebat:dies ſeptẽ inducijs adiecerunt. ¶ Dũ hec a delegatis de concordia agitantur venere ad regem ex nobilitate normanna non parue copie:que ad ſancti marcelli ſuburbiũ ſtationem habuere dãno incolarũ. Nam cũ vindemiarũ tempus eſſet:gens vuarũ ſuauitate illecta vix ſemimaturos vinearũ fructus ſine modo decerpebat et vorabat:nec rapinis aliunde abſtinebat:colonos afficiens contumelijs. Duos tantũ ex ea gente iniuriarũ penas ſubijſſe inuenio. Quorũ alter decinctus et nudus caput:facem accenſam geſtans per ciuitatem ad publicas edes in grauia deductus. a ꝓcuratore vrbano ſupplex veniam delicti poſtulauit. Moxqꝫ linguã candẽti ferro illi perforata eſt:et deinde in exiliũ actus. Eius tam grauis ſupplicij cauſa fuit:ꝙ dum a porta ne in ciuitatem ingrederetur a cuſtodibus reijcitur:pariſios per contumeliam burgundiones appellaſſet. Duo em̃ apud gallos noĩa diu ad ignominiã ferebantur burgundorũ.ſ.quos franci hoſtes habebant. Et armygniacorũ quorũ generali appellatione francos burgundi deſignabãt ¶ Poſtridie ſancti pauli comes a ludouico accerſitus:prius nõ venit:q̃ cenomanorũ comitẽ rex obſidem dedit. Venienti ludouicus in campũ qui diui anthonij monaſterio proximus eſt occurrit:⁊ poſtq̃ horas duas totas confabulationem ſine arbitris conſumpſiſſent:rediens in vrbem rex ſolito hilarior:in porte veſtibulo ad circũſtantes conuerſus: non inquit deinceps a burgundis tot penis atqꝫ ſudoribus afficiemini. Nam iniurias ꝓhibebo. Sic loquẽte ludouico petrus heronus in curia caſtelleti ꝓcurator:vuas nihilominus inquit illi noſtras auferũt nec illis occurritur:quẽ vocem excipiens rex: Minus ait eſt vineas veſtras ſpoliari paucis racemis:q̃ hoſtem occupare ciuitatem:et opes veſtras ques terre viſceribus infodiſtis raptas tollere. De concordia cum hactenus nihil bene procederet:ad.xiiij.kalendas octobris inducie prolongate ſunt. Per quas non ſine regionis detrimento cõiurati in ſua caſtra multũ cõmeatũ coegerunt. Fuerũtqꝫ poſt longas conſultationes omnes cõuentus irriti:ceciditqꝫ tota concordie ſpes. Et copie que ad portũ anglũ in munitionibus erant imperãte ludouico ſe ad cartuſienſes recepere:religioſum locum occupantes: ita vt in cellis monachorũ ꝓmiſcue diuerſarentur equi et milites:pulſis inde ſanctis viris. Nec moratur hoſtis:flumine trãmiſſo copias regias que apud ſanctũ marcellũ et vicina ſuburbia caſtra habebant adoriri. Vbi cõgreſſum eſt magnis viribus:aliquot vtrinqꝫ ceſſis atqꝫ captis. ¶ Ludouicus aũt interea ſecuꝫ reputans operepreciũ fore ſi eorũ que de pace a delegatis agitata fuerant: pariſios conſcios faceret. Contracto in edes regiarũ rationũ ex quaqꝫ pariſiorũ conditione conſilio:petrũ moruilleriũ cancellariũ mittit:qui diceret ſe fratris ſui et reliquorũ cõiuratorũ petita cognouiſſe Et carolũ fratrem ante omnes petere ſibi in partem patrie ſucceſſionis aquitaniã cũ xantonibus et tota pictauia:vel normãnie integrũ ducatũ diſtribui. De qua re conſiliũ prudentiũ virorũ cũ cepiſſet:fratri reſpondiſſe:ſe id quod regno peculiare erat:dirimere ⁊ alteri dare nõ poſſe. Verũ campaniã briãqꝫ alijs legibus teneri:quas libens fratri donaret:melde monſteriolo meldunoqꝫ exceptis. Carolo preterea philippi filio pecuniã grandem obtuliſſe:ad leuãdam ĩpenſam:quã in illa expeditione ipſe feciſſet. Que tametſi ampla atqꝫ magna eſſent:coniuratos tñ ea recuſaſſe. Et hec inquit cancellarius cõicata vobis eſſe rex voluit: ne eſtimetis illũ illiberalem in fratrem:aut in quẽpiam fore:ſi de concordia conuenire poſſet. Hec locutus moruillerius conſilium dimiſit.

Pontiſaraꝫ ſorbierus ꝓdit.

¶ Interim apud pontiſaram ludouicus ſorbierus qui a ioachino roaldo relictus preſidio fuerat:in oppidum atqꝫ arcem britones admiſit. Et vt recenti proditioni alteram adiungeret:mox ex pontiſara cum aliquot armatis melannũ contendit: alba cruce vt ſemꝑ dũ regi obſequebatur inſignitus:vt abſqꝫ vlla ĩimicitie ſuſpiciõe ĩ oppidũ recepꝰ falleret oppidanos. At de ꝓditiõe iã edocti oppidani atqꝫ ad muros ĩ armis ſtãtes dũ ſorbierũ ꝓſpiciũt: ꝓditorẽ illũ iteꝝ atqꝫ iteꝝ magnis vocibꝰ ĩclamãt. Quãobrẽ illuſus ꝓditor põtiſarã reuerſus ẽ.

Flamma repentina

Pariſij vo ij q̇ ad muros ciuitatis hoſtiũ caſtra ꝟſus excubabãt:noctu vident ignitã ſtellã ĩ foſſam qua edes dardorſie ſunt cecidiſſe. Verũ ethere ne an ab hoſte ignis ꝓcederet nõ ſatis conſcij:rem ludouico renũciant:qui confeſtim locũ petens quo celeſtis flamma excidiſſet:diu ibi moratus eſt:dubius ſi ad incendendã vrbẽ illud ab hoſte fuiſſet

excogitatũ:atqꝫ interim mandat haberi ꝑ ſingulas vrbis regiones atqꝫ ad muros cuſtodias:

Inſolens miles.

¶ Per id tempus miles qui in vrbe apud queqꝫ ciuẽ paſſim diuerſabat᷑ verbo petulãs atqꝫ cõtumelioſus intantũ extollebat᷑:vt dicere non vereret᷑:opes q̃ in ciuitate erãt nõ ciuiũ ſed ſuas eſſe:ideoqꝫ claues ediũ ſe ciuibus detracturos atqꝫ ꝓ ſua libidine et arbitrio vſuros illis: fruſtra confidere illos:ꝙ vias cathenis ferreis ĩpeditas haberent:quas ipſi in prõptu effringere atqꝫ euellere potuiſſent. Hanc militũ ferociã et temeritatẽ referentibus multis:mercatorũ p̄poſitus accerſitis primoribus ciuibꝰ de re ipſa conſiliũ capit. Itaqꝫ ꝓtenus ſtatuit᷑ fieri ꝑ ciuitatis cõpita nocturnos ignes:et illic ſingulos ꝑ ſuas regiones armatos vigilias facere. Secundũ hoc edictũ:vigilat᷑ totis locis:et q̃qꝫ ludouicus ꝓhiberet:vigilatũ tñ eſt. Hec ſollicitudo ciuitatis milites quietiores fecit. ¶ Scio em̃ ꝑ eã tempeſtatem pariſios a ſuo p̄ſidio q̃ ab hoſte magis ſibi timuiſſe preſertim ꝙ intelligerent raros in fide regis ſtare: ſed inclinare ad cõiuratos:ſi ſors obtuliſſet. Nam eadẽ tempeſtate qua ignes ꝑ vrbẽ fiunt:ſancti anthonij ꝓpugnaculũ.i.vt vulgus loquit᷑:baſtilda cõpertũ eſt portis recluſis peruiũ:quod ad hoſteꝫ noctu admittendũ factũ eſſe ꝑmulti interꝑtabant᷑. Nã et tormentorũ aditꝰ ꝑ quos ignis ĩdi ad puluerem põt adactis clauis obſtructi erant:ne in aduenientem hoſtem iaci glandes aut ſaxa poſſent. Sed poſtq̃ tot ignibꝰ illuminatã ciuitatẽ hoſtis aĩaduertit:ceptis deſtitit. ¶ Acceſſit ad has quotidianas ludouici curas binus ꝑuices nũcius:vnus q̇ giſortiũ renũciat copijs hoſtiũ circũdari:nec in oppido aut in arce quicq̃ p̄ſidij eſſe. Nullũ p̄terea tormentũ aut machinã illic aduerſus hoſtẽ relictã. Alter rothomagũ a ꝯiuratis ſollicitari. Cuius nũcij fidẽ auxere vxoris breſeij littere q̃ a mariti occubitu rothomagi ĩcoluerat. His litteris ſignificabat ſe breq̃montũ palatij rothomagenſis prefectũ ꝓhenſũ in cuſtodia habere:ꝙ hoſtiũ partẽ ſequi videbat᷑:ꝓpterea in tuto eſſe eã ciuitatis partẽ q̃ et a ponte ⁊ a palatio erat. Verũ tametſi hec ita nũciabãt:poſtera tñ die iohãnes borboniorꝫ dux vnꝰ ex cõiuratis in arcẽ ꝑ poſticũ recipit᷑. Qua re cognita principes ludouico renũciant:carolũ eius fratrẽ neqꝫ cãpania neqꝫ bria pro parte hereditatis cõtentũ eſſe:normanniã vnã et ſolã petere patrimonij loco. Eã ob rem cuꝫ primariã ducatus normãnici ciuitatẽ occupatã rex intelligeret:quã nõ facile recuperare ſperabat:et quod breſeij quã diximus vxor:iohãnes itẽ hebertus:et balua ebroicenſiũ p̄ſul ſibi ꝑfamiliares ſuadebãt:normanniã fratri dono coactus reliquit:recepto biturigũ principatu.

¶ Pacato fratre:ſuperãt ceteri cõiurati:quibꝰ facere ſatis oportebat. Carolo burgũdo ceſſere in ꝑpetuã poſſeſſionẽ perona roya ⁊ mondiderũ:ad hec guinarũ ⁊ bolonie comitatꝰ:q̃uis ea loca ludouicus ſoluta pecunia a philippo patre redemiſſꝫ. Iohãni calabrie duci ĩgens pecunia data eſt et copie attribute q̃s regio ſtipendio quo vellet duceret. Borboniorũ duci par penſio quã a carolo ſeptimo annuã ꝑcipiebat aſſignata eſt:cũ ſolitis copijs. Et q̃ in cõiugis dotẽ ſoluta nondũ pecunia erat ꝑſoluta. Comes dunẽſis q̃cũqꝫ cõiuratõis tp̄e bona ſibi ablata fuiſſent reſtitura accepit:annua illi penſione adiecta. Dõnimartini comes in terras et poſſeſſiones quas iudicio ſenatus parlamẽtei regis fiſcus publicatas habebat:reſtitutus. Sãcti itẽ pauli comitẽ ludouicꝰ coneſtabilẽ ĩſtituit:mortis quã poſtea paſſus eſt p̄ludiũ. ¶ Poſtq̃ cõiuratis ſatis ẽ a rege factũ pax ꝑpetuarũ induciarũ noĩe p̄conis voce et ĩ ciuitate et ĩ caſtris principũ vulgat᷑:fitqꝫ et cõmeatus et rerũ venaliũ cõio. Illud tñ p̄cipue ĩdecorũ viſũ eſt:ludouicũ tantũ regẽ ad carolũ burgundũ ꝯflanũ vſqꝫ ꝓfectũ eſſe:diuqꝫ cũ eo ĩ agro ſeorſũ cõicaſſe Sed erat ludouico ingeniũ ad futura longe ꝓſpiciens. Et q̃ pñtes ĩiurias vlciſci aliqñ cuperet ſimulabat amicitiã:nõ neſcius quoſqꝫ ꝯiuratos ſeorſum poſſe poſthac caſtigare:ſi burgũdũ ab illis ſepararet. De quo poſtea aſtu et latentibꝰ cõſilijs ipſe vindicatus eſt. Nondũ erat de britonũ duce cõuentio firmata. Reſtituit᷑ illi montiſfortenſis comitatus cũ grãdi pecunia

¶ Per eos dies fiebant a pariſijs magna ſollicitudine excubie et nocturni ignes:ne aut in regẽ aut in ſeipſos q̇cq̃ vel domeſticus miles vel peregrinus moliret᷑. ¶ Surrexit eadẽ tẽpeſtate leodiorũ populus ⁊ in brabantinos qui burgundarũ partiũ erant crudeliter graſſabat᷑. Eius rei gratia carolus philippi filius copijs receptis:picardiã repetere cõſtituit. Non tñ priꝰ digreſſus eſt:q̃ venienti vicennas regi carolus ludouici frater ĩ regis verba iurauit. p̄ſtita ob normãnie ducatũ fide. Hinc carolus normannorũ dux appellatus rothomagũ petit. Quẽ ludouicus ſex miliũ paſſuũ itinere comitatꝰ:ſalutatiõe vtriqꝫ data:ad villeriũ bellũ vna cũ carolo burgũdo ꝑqꝫ familiariter ꝓfectꝰ ẽ:vbi dies tres ꝯpoſito ad beniuolẽtiã vultu nõ ſecꝰ atqꝫ amicitie glutino aſtricti cõuixere. Hec q̃ de ꝯiuratorũ factiõe ſcripſimꝰ ãno gr̃e. M.cccc.ſexageſimoquinto geſta ſunt et tertio kalen.nouembris terminata. Principibus quietis quãdoquidem que vellent a rege recepiſſent:reipublice et populi (cuius cã ſe ad arma veniſſe principio predicabant) patrocinio destiterunt. ¶ Redeūtem ludouicū ciues ad cenā in edibꝰ ciuitatis splendidissimo apparatu accepere: ibi decanis et centurionibꝰ vrbis gratias egit ꝙ in fide erga eū ꝑmansissent.

Ludouici in parisios beniuolentia.

Eā ob rem eo aīo in eos esse: vt bn̄facere illis cupiat: et q̄ ab eo priuilegia accepissent ea ꝑpetua fore: q̄ et ipse quoqꝫ iterum approbaret firmaretqꝫ: alia insuper adiecturus si petāt. Grata regis oratio ciuibus fuit. ¶ Dū rex parisijs agit robertū de stoteuilla magni nōis equitem parisiensi ꝑpositura donat: amoto iacobo villerio: ciues hortatus roberto per oīa audiant. Cuius apud montlerici pugnā egregiam virtutem cōpertam habuissꝫ.

Magistratuum mutatio.

Inde parlamenti primores ad se vocat et iohannē nanterranū hoīem vtiqꝫ iusticia et equitate probatū sed minime ad ludouici stomachū facientē ex primo preside̅te secundū creat: et iohannē dauetū eius loco instituit. Moruillerium quoqꝫ cancellariatu priuat: suffecto illi iohāne iuuenello de vrsinis qui patre ludouici regnante eūdem magistratū sine reprehensione gesserat. His ita pro eius arbitratu cōstitutis selectisqꝫ ex parisiacis ciuibus quos sibi consiliarios haberet aurelianū adijt. Quinto post ludouici digressum die cometes flaganrtissimus occidere in parisiorum vrbem visus est: vt longo satis tp̄e ciuitas tota flamma inuoluta esse putaretur

Normanniā ludouicus recuperat

¶ Sed iam ad res normannorū redeamus. Carolus normannie nouellus princeps postqꝫ ad sancte catherine montem proxime rothomagū cum britonū duce accessit: aliquot ibi dies sedit dum ad eum in ciuitatem admittendū pompa a ciuibus componitur. Sed interim nō satis inuicem conuenientibus principibus: britonū princeps ⁊ dōnimartini comes quibus dolebat tantū apud carolū auctoritatis non habere quantā ipsi suo iudicio meruissent: de carolo in britanniam reducendo verba fecere: que mox ad carolū perlata sunt. Qua de re misso ad ciues iohanne lothoringo protenus rothomagenses duce eodē iohanne in montem euadunt et carolū in ciuitatem nulla adhibita (preterqꝫ cleri) cerimonia recipiunt. Nam ad diue virginis templum perductus a canonicis diuina cantica personantibus honoratus est. ¶ Ludouico apud aurelios agente aliquot prefecti militū prefectura amoti sunt. Inter quos poucerꝰ riuerius et cōuenarū comes fuere. Et lobeacus marescallus restitutus. ¶ Contemptus a duce et rothomagensibus britonū princeps q̄maximis itineribus potest argentonium contendit: quo se ludouicus fraterne aduersus ducem cōtentionis certior factus (premissis magnis copiis) contulit: ratus occasionem sibi offerri qua normanniā a fratre eriperet. Frequenti ibi colloquio aliquot dies rex duxqꝫ consumpsere consulentes quibus ducatum modis recuperarent. ¶ Duobus locis eo tp̄e copias ludouicus habebat. Borboniorum dux ebroicas moxqꝫ vernonem recipit: Carolus meldunensis eques auratus gisortium gorneyūqꝫ capit: et octogita scotos partis aduerse apud chayllū vicum fudit.

Dn̄s de sternaio extiguit

¶ Per idem tempus dn̄s de sternayo ludouicū fugiens rothomago excesserat: quem vno ordinis augustineñ. fratre comitatū et cordigeri veste amictū quidam armati cōprehenderunt. Paucis aūt diebus in custodia apud louueriū habitus ipse cū suo augustineñ. consorte in amne dura extinctus est. Deide exeptus sepulcroqꝫ in ede virginis honoratus. Periere preterea alii non pauci ex normanna gente qui carolo duci fauebant. Et thomas basinus lexouiorū episcopus in brabantiā se recipiens cū iuris peritissimus haberetur iuris interp̄tationem in schola louaniensi quoad vixit professus est: homo proculdubio magnanimus et morū ludouici contēptor.

Normānorū in recipiēdo duce ritus

¶ Cognito ꝙ ludouicus vrbes oppidaqꝫ occuparet: carolus rothomagi se continuit. Quem in edes cōmunes ciuitatis ꝑductum rothomagenses pro veteri sua erga normannos duces consuetudine: edes illi despōsant: dato annulo quem ad fidem desponsationis gestaret: moxqꝫ allatū in populi conspectu grangestorū normannorū codicem legunt. Fuisse olim francorū regi liberos duos: quorum grandior annis regnū: iunior vero normānie ducatū ministrasset. Quem frater a fratre armis repetere frustra tentauit: sed irruentibus in regem normannis: eum in exilium egisse: duce suo in regnū summa vi inducto: et nunc quidem se more maiorum potentes esse: tutari ducem acceptū: nihil esse carolo quod formidet: cum apud eos tuto versari possit: qui munitam vrbē: gētem fide spectatam: opes ducesqꝫ non mediocres et preter hec aīm habeant virilem se suaqꝫ defendendi. ¶ Postqꝫ ludouicus inferiorem normanniam ad se recepisset: inde per pontem audomari et nouiburgi campaniam reuertens: iohannem borboniū louueriū premittit/ cuiꝰ oppidani se illi regis noīe permiserunt. Ex louuerio ludouicus mouens: pontē arcis obsidet. Quo tempore regij quidam milites dum eunt frumentatū: equites quattuor caroline factionis captos ad ludouicum ducunt. In quibus erat paruus balliuus qui dedēde pontisare auctor extitisset. Hos cum capite truncari ludouicus iuberet: sic inquiunt. O rex si salua nobis vita erit: tu nostra opera pontem arcis recipies. Fuit grata regi promissio. Liberatis itaqꝫ captiuis pons arcis in ludouici potestatem venit.

Sed fugientibus in arcem aliquot loci incolis tercio post die deditionem fecerunt. Ubi Johannes hebertus regij fisci generalis moderator captus est.

Rothomagēses ad ludouicū nūcios mittunt.

Territi tam vicine arcis deditione rothomagenses ad ludouicum oratores de componenda inter fratres controuersia mittunt. Quibus responsum est: omnia ad britonū et borboniorū duces referre qui pro eorum arbitratu contentioni finem darent. Dum hec aguntur: Carolus ludouici frater Rothomago relicta Honfleū moxqꝫ Cadomū petit: nō satis gnarus quid animi rothomagenses in se haberent. Johannes vero lothoringus dū clandestinam ad flamingos fugam parat captus ad Carolū deducitur. Nec mora iterposita rothomagenses Ludouico se permittūt. Qui multos per normāniā magistratu protenus amouit alijs eorꝫ loco institutis. Rothomago ad hunc modum recepta: cum nihil belli sibi vltra formidaret: magnam ludouicus copiarū partem cū tormētis bellicis Parisiū dimittit. Repulsoqꝫ Carolo melduneñ. equitum quam gerebat prefecturam Anthonio chabano dōnimartini comiti cōmittit: ⁊ palatij sui primariū magistratum in craonū trāsfert: q̄qꝫ melduneñ. per coniurationis principū tempus constanti fide Ludouico inseruisset. Leui momento adducti reges nunc hunc nūc illum tollunt deijciuntqꝫ. Scitum propterea gallicum ꝓuerbium est: principibus obsequi: hereditarium non esse. Et cum anthonio arx chabano blancefortis in vasconia pertineret: cōmutatione facta Ludouicus gōnessam et gorneyum ī amne materna simulqꝫ creceyū in bria chabano donat. ¶ Sed diuersa longe sors petro de ambasia accidit. Nam cum in suspitionem regi venisset: ꝙ calabrum ducem iteqꝫ eiusdem factiōis conscios coluisset: caluūmontē in iugo monticuli ad ligerim extructū petro pertinentem solo equari ludouicus iubet. Et gauuinus mānel Rothomagensis propretor nescio quā ob rē repente delatus capitur: ductusqꝫ ad pontem arcis in medio ponte tabulato extructo capite damnatur. Cadauere in ꝓfluentū deiecto: capite autem trunco lancee affixo ⁊ ad populi spectaculū exposito. ¶ Fuit quoqꝫ Rothomagensi clero fortuna nocens. Nam ecclesie decanus aliquotqꝫ eius collegę canonici proscripti sunt. His expletis seuissime iudicijs Ludouicus aurelianū contendit. Ibiqꝫ legationē ad anglum regē iam diu a se destinatam expedit. Cuiꝰ hi primi fuere Rossilionus comes: lingonū ep̄s: borbonius nothus francie admiraldus: Johannes pompācurtus et oliuerius regis. ¶ Eodem prope tēpore anthonius de castronouo ludouico antea familiarissimus: tūc autem suspectus: et ideo a curia maxime alienus factus ꝑ clariaci planiciē mutato cōsueto amictu incedēs: a chabano capitur. ⁊ ad Ludouicū cū suis cōsortibꝰ deducitur: quē nō ꝓcul a magduno in vinculis rex asseruari iubet. ¶ De anglis vero relatum est eos expeditionē in francos parare: propterea misso Parisiū conestabile edictum profert ludouicus quosqꝫ nobiles francosqꝫ sagittarios .xviij. calē. iunij ad bellum paratos esse: sed inducie legatorꝫ opera ad duos et viginti menses constitute sunt. Quo tempore comes cenomannorꝫ lingue occitane administratione priuatus est: et in eius locū dux borboniorū iohānes institutus. ¶ Atqꝫ vt de recte curanda republica ludouicus spem aliquam de se daret: sacerdotū ꝓcerūqꝫ magnū numerum parisiū vocat: quorꝫ illud precipuū fuit conuenisse. Nam cōuētionis nullū cōmodū ad rēpublicā accessit.

Bellum leodiense.

¶ Leodijs per id tempus philippus burgūdionū dux bellū intulit: atqꝫ obsessam dinānum eius gentis munitissimū oppidū expugnat: diruitqꝫ actis in exiliū incolis. Vidi ip̄e ex spolijs infortunati oppidi grandia volumina sex in leuiticū moysi ab Origene edita nitidisqꝫ caracteribus sincere scripta que Parisij venierūt. ¶ Grauis ꝑ eos dies anni salutis. M. cccc. sexagesimisexti pestilentia parisios vexauit: in ciuitate em̄ et vicino territorio quadraginta milia absumpta fuisse referunt. Quo morbo arnoldus ludouici astronomus et medicine artis cōplures professores interiere. ¶ Per eam tempestatē venere a philippo burgūdo ad Ludouicū oratores. Quibuscū de re ꝓpter quā venerant cū nō satis cōuenisset: rex bellū illis indixit. Moxqꝫ lobeacū parisijs prefectum creat. Cāpaniā vero castilliono lobeaci fratri regendā cōmittit: Sancti pauli comes factus vt prediximus ex hoste conestabilis: normannie preficitur. His itaqꝫ viris rē bene geri dum bello impediretur sperabat. Prius tamē q̄ ad destinatū a se aduersus burgundos bellū ꝓficisceretur: rothomagū petit. Quo varuicū comitem ex anglia ad se accersitum postqꝫ adnauigare cognouit: boyllam quindecim milibus passuū Rothomago distātē cōtēdit. Ubi varuicū a se precipuo honore exceptū iubet rothomagū nauigio concedat. Ipse terrestri itinere profectus est. Dum ciuitatem varuicus ingredit miro cleri ciuiūqꝫ apparatu et pompa (q̄m ita ludouicus imperauerat) ad diue virginis edem deducitur. Fuit ludouici cū varuico duodecim dierū familiaris ⁊ archanus congressus. Inde salute inuicem impartita

Legati in angliam.

varuicus in angliam reuertitur a ludouico atqꝫ iohanne borboniorꝫ duce precioſis donis honeſtatus. Quem ludouici oratores admiraldus: Laudunenſis antiſtes: Johānes pompancurtus ꝛ Oliuerius ruffus ſunt comitati. Hi poſtꝙꝫ in anglia mēſes fere quattuor fruſtra exegiſſent: ad Ludouicū tubis venatorijs corneis et lagenis tantū coriaceis (quarū ſtudioſi maxime angli ſūt) a Henrico rege donati remearūt. ¶ Per eos dies philippus burgūdorꝫ dux brugis moritur. Quē ſui diuionē ꝑductum apud cartuſienſes digno ſe mauſoleo condiderūt mēſe iunio/anno chriſtiane ſalutis. M.cccc.lxvij.

Pariſiorꝫ armatorꝫ numerus.

¶ At ludouicus cuius precipua cura erat magnis armatorꝫ viribus ſe regnūqꝫ protegere Pariſios armari iubet: ſiue qꝛ noſſe volebat quid viriū ciuitas haberet: ſiue ꝙ eius rei fama terreri hoſtē ſperaret: dū audiſſet ex vrbe regia tot hominū milia educi poſſe. Itaqꝫ tum ad idus ſeptēbres vt imperatum erat ſub ſingulis magiſtratuū atqꝫ miniſteriorꝫ ſignis ꝑ diui anthonij portam ciuitate ſpectante ludouico egreſſi eſſent: ſeptuaginta milia fuiſſe relatum eſt.

Leodienſes.

¶ Leodij ꝑ id tempus aduerſus ludouicū borbonium pontificem ſuū bello decertant: quē apud huyū obſident. Quod oppidū dū ferociſſime oppugnant pōtifex clam dilapſus eſt. Cuius neptem quia carolus burgūdus vxorē habebat miro in leodios concepto odio copias cōtrahit: mittitqꝫ ꝑ inſigniora ſue ditiōis loca bellum leodijs indicere. Qui autē id negocij exequebantur: vna manu exertū gladiū: altera facem ardentē gerebāt. Hac re ſignificātes leodiorꝫ gentē igne ferroqꝫ ꝑdendā a carolo fore.

Ludouicꝰ copias ad leodienſes mittit

Fuiſſe aūt cōſtat leodios francis iam diu cōiunctiſſimos: eorꝫqꝫ amicitiam ſemꝑ ſecutos: ꝙobrem ludouicus ſuppetias illis ferre cōſtituit. ſimul ne ex eorꝫ ruina: gloria burgūdo ꝛ vires accederent. mittūtur eius rei gratia quadringenti equites cū ſex ſagittariorꝫ francorum milibus: quorꝫ ductores creantur chabanus dōnimartini comes. Salazardus: robertus cōnyhanus ſcotus: ꝛ Stephanus vignolus.

De pragmatica ſanctiōe tollenda.

Fama ante hos dies ferebatur: Ludouicū pio pōtifici romano ꝓmiſiſſe ſe pragmaticā ſanctionē de qua in caroli ſeptimi geſtis diximus deleturū ſi aliquādo ad regnū ſine cōtrouerſia ꝑueniſſet. Eius ꝓmiſſi pius pontifex non oblitus cū eādē pragmaticā maxime execraret̄ eāqꝫ hereſim appellaret. Legatū Johānē diui benedicti monachū attrebatenſiū cardinalem ad Ludouicū mittit qui regem ſe ꝓmiſſo ſoluere hortaretur. Cu[illegible]liēs ludouicus legato litteras ad parlamētū ſenatū dat: de ipſa pragmatica abroganda. Erat in ipſo ſenatu Johānes romanus regius ꝓcurator. Hic (Johāne ballua ad curiā ludouici atqꝫ legati noīe cum litteris veniente: petenteqꝫ ſenatum vt eas ſuo decreto roboraret) ego inquit iudices hanc cōmodiſſime legis abolitionē nō approbo: ꝛ quatenus ad meū officiū attinet iohānis ballue petitionem impedio. Ea re incandeſcens ballua (erat enī ingenio verſipelli et doloſo nimis) Johāni romano multa eſt cōminatus. Cui repugnare etiam ſchola Pariſienſis nō formidauit: eccleſie cōſiliū appellās. Igit̄ ballua ad Ludouicū re infecta reuerſus: legationē cū altero qui a pio legatus venerat ad Carolū burgundum (rege imperante) ſuſcepit. adiūctis ſibi Johanne drieſco et aliquot viris iuriſconſultis. His mandatū eſt res inter leodios atqꝫ Carolū cōponere. ¶ Eodē tēpe in amne ſequana extinctus eſt ſilueſter cognomento monachus patria antiſſiodorenſis ad Ludouicū delatus ꝙ aduerſus eū conſpiraſſet. ¶ Sub his quoqꝫ diebus agente apud iohānem dauuetū Ludouico dū multa iam nocte domo ꝓdiret: ignita ſtella in ethere ſupra edes emicuit ꝗ regē ad tornellas vſqꝫ vbi pariſij diuerſabatur ſecuta eſt: nec vltra cōparuit. ¶ Inter hec nūciatur ludouico magnam britonum turbam cadomū erupiſſe: arcemqꝫ cepiſſe: atqꝫ inde mouentes baiocas occupaſſe. Adeo nāqꝫ erat illis diebus incōſtans francorꝫ principū in regem fides: vt nūc pax mox bellum eſſet: cogitante ſemꝑ ludouico principum factiones diſſipare atqꝫ vlciſci. Cuiꝰ inceptationibus et motantibus ſe in dies ſtudijs principes noua remedia ſuſcitabant. Ob eam rem loheacū Ludouicus cū equitibus cētum: ꝛ ad numerū ꝑtinentibꝰ ſagittarijs mittit: qui britonū ceptis obſiſteret. ¶ Johannes autem alenconius quē ob cōiurationem a ſe cū anglis factā a Carolo ſeptimo in vindocinenſi cōuentu condēnatum memorauimus a Ludouico poſtea cuſtodia exemptus: cū britonibꝰ ſentiebat: eratqꝫ partiū caroli biturigū ducis: cui arces atqꝫ ſue ditionis oppida tradere ꝓmiſerat. Deprehenſus preterea eſt anthonius de nouo caſtro Ludouico ꝙꝫ maxime familiaris: quē ꝓditionis accuſatum in arce huſſonis apud aruernos diſtineri arctiſſime iubet. ¶ Cōuerſus inde ad rempublicā ludouicus cōſcius ſibi quātū odij atqꝫ inimicitiarū ob plurimos a ſe vt voluerat magiſtratu officioqꝫ deſtitutos cōtraxiſſet: legē tulit magiſtratus ꝑpetuos fore: neqꝫ amoueri īde eos poſſe ꝗ ea gererent: niſi morte interueniēte: vel cōmutatiōe aut dimiſſione facta: aut culpa forte geſtoris alijs officia mandarentur. Si aduerſus legē precū importunitate feciſſet donationem

---

ſuam inanem fore. Lege lata: normanniā petit: iuſſis militum prefectis copias oēs cogere et ſe protenus ſequi. ¶ Dum vernone agit ludouicus: coneſtabilis ſancti pauli comes a carolo burgūdo ad eū venit. Qui multa de burgundo atqꝫ leodiorꝫ gente memorans: ſex tādē mēſiū inducias burgūdo impetrat. leodijs poſthabitis: tametſi copias ꝛ exercitū cōtra carolū ſiſtitiſſent: ludouici auxiliū preſtolantes. Inducijs impetratis: coneſtabilis ad burgūdū regreſſus eſt. Rediere item ꝑ id tēps ad regē Johannes ballua et reliqui cū eo qui in legatione erant. Iam enī paulo ſupra fuerat ballua ad cardinalatū romane ſedis: ludouici ſedulo interuentu: non ſine multorū admiratione euectus. De legatione et quid in ea factū ſit ex ipſis inducijs intelligi poteſt. leodios videlicet falſis ſuggeſtionibus a ludouico eſſe deſertos: ꝛ burgundo ꝑmiſſum miſeram gentem bello ꝑſequi. Que cū auxilio ſe deſtitutam intelligit: nō aliter cū burgundo paciſcitur: ꝙꝫ ingentē illi pecuniā ꝑſoluiſſet: muroſqꝫ et turres ſue ciuitatis parte aliqua diruiſſet. ¶ Eadē tempeſtate ballua cardinalis a ludouico miſſus Pariſios in agrū qui clericorꝫ iuxta ſancti germani monaſteriū appellat̄: ꝓgredi armatos iubet: quorum numerū ꝛ armorū modū recenſeret: ludouicoqꝫ referret. Recenſuit ipſe veſte linea ornatus ꝛ mula vectus: indignū ſane ſacerdoti atqꝫ pontifici munus: ꝙobrem chabanus dōnimartini comes in cardinalem cauillatus eſt. Cum enī apud ludouicū chabanus ꝑ id tempus ageret: indignatus ſacerdotem ad militare negociū deputari. Tu inquit prouidētiſſime rex balluā cardinalem eūdēqꝫ ebroicenſem epm̄ pariſiū milites vrbanos recenſere mittis. Te oro mihi indulge ebroicas ꝓficiſci: vbi de ſacerdotibus ſacrandis ſcrutiniū faciam. Tam enī hec mihi cura: ꝙꝫ epo militū recognitio cōuenit. Chabani verba cū riſu excepta ſunt. ¶ Dum hec geruntur britones ingentibꝰ copijs normāniam ingreſſi cōſtantiā vſqꝫ ꝑuadunt. Que cauſa ludouico fuit eos milites reuocandi quos ab exercitu et militari ſacramento demiſerat.

Ingens exercitus.

Itaqꝫ adeo numeroſum exercitum cōtraxit: vt ad cenomānos aduerſus britones ꝓfectus: centum armatorꝫ milia habere diceret̄: preter eos ꝗ impedimentis machiniſqꝫ prefecti erant. Id ita eſſe cū britones accepiſſent: ludouicū a cōgreſſu ꝛ prelio remorari inſtituunt. Itaqꝫ de inducijs regē ꝑ nūcios cōueniūt. De quibus cū diu ꝓlixeqꝫ tractat̄: dies plurimi ꝑteriere: ꝑ quos ꝛ francus hoſtiſqꝫ cenomanorꝫ atqꝫ alēconiorꝫ agros vexabāt: illi quaſi hoſpites familiarius hi tanꝙꝫ predones hoſtiliter rapiebant. ¶ Carolus aūt burgundus dū hec a ludouico in fratrem britoneſqꝫ gerūt: leodienſi bello expeditus oēs ſuas copias ad ſanctū quintinū cogit: eo cōſilio (vt dicebat) vt carolo bituricenſi britonibuſqꝫ ſuppetiaret̄. preſertim aduerſus eorꝫ inimicos: ludouici nomen callide nō exprimēs: ne in dn̄m ſuū regem arma ſumere videretur.

Ludouici metus

At ludouicus ꝙꝫ multis copijs potens britones adoriri potuiſſet: timide tamē agēs ne vel miles parum fideliter pugnaret: vel fortune iniquitate aliqua portione militū ipſe minueret̄: militē quatenus potuit a cōgreſſu ꝓhibebat ſtudebatqꝫ maxime aliquā ſibi occaſionē vel cōuentiōis vel pacis non indecoram offerri atqꝫ hoc pacto ſperabat aliqñ tēps fore cū diſſociatos hoſtes vlciſceret̄: quibus cū vna pugnantibus nō temere audebat pugnam committere Igit̄ ad carolū fratrem mittit apoſtolicū legatū cuius ſupra fecimus mentionē: ꝗ ꝑ hos dies cenomanie agebat. Chabanūqꝫ atqꝫ drieſcū illi adiūgit qui cōcordie viam inueniat. Audiuit carolus legatos: verū ad pacē nihil cōmodius eſſe reſpondit: ꝙꝫ publicū regni conuentū vbi tanta aīorꝫ et belli diſcidia cōponi oporteret. Quod poſtꝙꝫ ꝑ nuncios legati ludouico rettulerūt: ipſe in dilatione ſpem reponēs: cōſiliū apud turonos ad kalen. apriles anni chriſtiane gratie. M.cccc.lxvij. indixit.

Cōuentꝰ turonis.

Conuentionis definito tēpe affuere ex toto regno principes: rex inprimis ſicilie renatus: Johānes borbonius: perſicus comes: alēconij ducis filiꝰ: multa quoqꝫ ꝓcerū pontificumqꝫ atqꝫ abbatum frequentia. Miſere preterea inſigniores populi ſuos oratores. Qui preſide ludouico conſidentes tandem rogatis ſententijs: dixerūt normannie ducatū ea lege francorū regno pertinere: vt illū in alterum trāſferre rex ipſe nō poſſet. Uerum quod ad carolū pro paterne hereditatis portione attinebat ludouicus duodecim librarum turonenſiū milia fratri deſignaret: decreta illi aliqua terre regione cum comitatus vel ducatus appellatione inſigni. Adderet preterea annuā viuenti carolo ſexaginta milium librarum ex regio cenſu penſionem. Britonū vero dux qui Carolum ad ſe deduxerat et cōplura in normannis loca occupabat: ea libera dimitteret. Id ſi recuſet: et cum anglis ſocietatem habeat: Ludouicū compellere armis ducem ad ſatiſfactionem debere eiqꝫ ablata repetenti opem a proceribus conferendam eſſe. Quod autem de male adminiſtrata republica et iuſticie erratis pleriqꝫ oēs querebantur: deligerentur aliquot clariores homines ꝗ male habentibus ſe rebus conſulerent. Inter quos adeſſe deceret Carolum burgundum: tum propter regie cognationis attinentiam:tum ꝙ francorum primas parium haberetur. ¶ His hoc pacto per conſilium definitis:contio dimiſſa eſt. Factus eſt paucis poſt diebꝰ chriſti aſcẽſionis die per turoniam terre motus. Cunqꝫ inde ludouicus pariſios reuiſiſſet: publico edicto iubet omnes qui armis aſſueuiſſent ad ſe quarto nonas iulias cõueniant. ¶ Interim ludouicũ borbonienſem cardinalem romanum et ſancti pauli comitem ad Carolum burgũdũ oratores legat:qui pacis conuentiones bonis conditionibus quoad per eos fieri poſſet tractarent. Copias nihilominus in normanniam aduerſus Britones duce admiraldo mittit: qui proſpera fortuna vſus Baiocenſes fugatis Britonibus recepit. ¶ Eadem tempeſtate cum multi delati maieſtatis capitis ſuppliciũ luiſſent anthoniꝰ meldunẽ. qui arctiſſima familiaritate ludouico inſeruiens plurimũ de eo per varios a ſe diuerſo tempore geſtos magiſtratus officioſe meritus eſſe putabat:poſt diuturnũ carcerem andelliũ perductus in medio rerum venalium foro capite punitus eſt. ¶ Inter has tot inteſtini belli tẽpeſtates principũqꝫ ſimultates quibus alter alterũ fallere aſtu ⁊ dolis ſtudebat multas vltro citroqꝫ conuentiones legationeſqꝫ geſtas fuiſſe ſcio:que cum inanes exitus habuerint a me ſcripte non ſunt. Quid enim ad rem attinet ꝙ carolus ludouici frater ⁊ franciſcus britonũ dux conuenta q̃ turoni edicta fuiſſent grata illis eſſe ſignificauerũt:⁊ ciuitates ſe reſtituturos quas apud normannos occupabant:ſi quas Ludouicus in britãnia ceperat dimitteret:que omnia irrita ceciderunt. Nam et ſi magnis ſtipati copijs in mutuo conſpectu frequẽter principes conſtitiſſent:motus tamẽ omnis et armoruꝫ oſtentatio vel inducijs vel vanis colloquijs ad tempus quieſcebat. Itaqꝫ aſtu ⁊ fallacijs non virtute aut gloria militari res gerebantur. id ante omĩa curantibus principibus ne a ludouico circũuenirentur:ingenium ſcilicet eius potentiãqꝫ metuentes. quãobrem vix relinquebatur per franciam locus:qui graſſatoribus non labefactaretur. Fugiens enĩ ex huſſonij cuſtodia anthonius de nouocaſtro cũ philippo ſabaudo ⁊ pouceto ripario alijſqꝫ ludouico infenſis cõiũctus nouas turbationes excitauit. Qua re cognita pariſienſis agri nobilitatem omnem ad Goneſſam armis inſtructam repente ludouicꝰ vocat:quaſi parum illi eſſet tot milia armatorum iam diu contracta habere:quibus etiam maxime cupientibus non faciebat cum hoſte congrediendi poteſtatem. ¶ Inter hec cum põtiſaram proficiſci rex cõſtituiſſet:audito ꝙ burgundus Perone caſtra metaretur:ex nouiomo peronam paucis comitatus ſe contulit. Cardinalis enĩ ballua et borbonius tantum (preter aulicos aliquot)ſequebantur. Auſus tamen eſt Ludouicus ad hoſtem ire. ſeqꝫ illi familiarius (preter omniũ opinionem)credere.

Fallax burgundus.

Ibi inter eos modici momenti pax conuenit:iurante burgundo/ludouici partes ſe non ſecus ac ſubditum decet tutaturum. Proinde burgundo rex cõfirmat quecũqꝫ in conuentione attrebatẽ. patris ſui tempore definita extiterant. de quibus in caroli ſeptimi vita ſcriptum a nobis eſt. Eius reconciliationis gratia ſupplicationes Pariſij decrete ⁊ ignes per ciuitatis compita velut in cõmuni gaudio facti.

Leodienſes.

¶ Per eos dies quia leodienſium antiſtes nullum adhuc diuine euchariſtie ſacramentũ ſacris altaribꝰ immolaſſet:leodienſis populus in eum inſurgens ſacrum miſterium pontificem facere compulit. Cuius ſeditionis motus(epiſcopo reconciliato)cum ſedatus eſſe putaretur:Carolus burgundorum dux namurcum cum iuſto exercitu mouens de leodijs vltionem ſumere vehementer optabat. Ad quem Ludouicus tanq̃ eiuſdem expeditionis ſocius vltro venit.

Regis leuitas.

Eo quoqꝫ Leodius preſul placandi burgundi cauſa acceſſit:nec profecit iurante burgundo non prius ciuitati parcere:q̃ ciues et vrbem ſubegiſſet. Enimuero pontificem apud ſe ne ad ſuos rediret continuit. Re cognita Leodij de rebus ſuis deſperantes:egreſſi ciuitate hoſtem adoriũtur captos ſine miſeratione mactantes. vbi tamen obſidione ſe anguſtari conſiderant:ad primã oppugnationem primores ciuitatis vtcũqꝫ potuerunt elapſi aufugerunt. relictis in ciuitate mulieribus ⁊ incompoſita plebe religioſis quoqꝫ atqꝫ infantibus.

Leodiẽſium calamitas.

Ergo irrumpentibꝰ ferociter burgundis ludouicus primũ deinde burgundus ciuitatẽ intrat. Fitqꝫ mox paſſim occiſio et ſtrages:virginibus vis et religioſis mors infertur: neqꝫ indulgentia vlla militũ in pueros fuit:quin ſtupratas a ſe virgines crudelis ſatelles iugulauit. Sacerdotes eadem hora rem diuinam in templis facientes gladijs periere. Nec ſatiatus eſt inhumanus hoſtis tã multa cede:predas ex omni ciuitate et ex templis ſacrilegia fecit:incẽſa poſtea vrbe et muris dirutis quorũ ruinis foſſas equauit. ¶ Anno ſalutis. M.cccc.lxviij.iij. kalẽ. nouẽbres. Veteribus francorum amicis ad hunc modũ peſſundatis:Ludouicus ſiluanectum reuerſus eſt Quo vocatis ad ſe parlamenti iudicibus et qui fiſci atqꝫ erarij rationibus preerant: ꝑ Balluam cardinalem ea patefacit que inter illum ⁊ Carolum burgundum de concordia et pace

conuenerant. Iubetqꝫ grauibus penis adiectis:ea omnia cõmuni decreto rata atqꝫ comprobata haberi. Nec iuſſioni defuit auctoritas ꝑ compita ſiquidem regie vrbis cuncta hec publicus preco nũciauit:et venientibus paulopoſt ad ſenatum parlamenteuꝫ burgundi ducis oratoribus:diplomata ⁊ ſyngraphi de huiuſmodi pactis dati ſunt. ¶ Quod vero ſequit̃ an ſcriberem aliquando dubitaui facinus profecto ſua nouitate indignum rege. Picas et graculos qui in caueis humanas voces vel ſibilare vel imitari edocti apud pariſios ad voluptatẽ domeſtice alebantur:moxqꝫ ceruos ⁊ grues capi omnes et ambaſiam duci Ludouicus ĩperat. ¶ Reuerſo turonum ludouico ballua cardinalis(qui plus ceteris aulicis apud regem aſtu atqꝫ auctoritate valebat)diſſidentem a Ludouico fratrem ad beniuolẽtiam reuocat: atqꝫ ita agit vt poſthabitis que conſiliũ turonenſe de capienda paterna hereditate definiuerat:Ludouicus aquitaniam carolo fratri relinqueret. Qua recepta contentus Carolus bello abſtinuit.

Ballue cardinalis iniq̃tas.

¶ Sed ballua qui apud pictauos humili loco natus paruo incremento ſed ingenio verſuto in ludouici familiam venerat:magniſqꝫ et excellentibus beneficijs primum: deinde epiſcopatu mox cardinea dignitate autore Ludouico fuerat honoratus:quo ĩpe animo eſſet tandem apparuit. Autor enim fuit vt peronã ad burgundum ⁊ poſtea namurcum aduerſus leodios Ludouicus accederet. At vbi fratrum mutuam caritatem ſupra q̃ ſenſerat firmam eſſe intellexit:paci inuidẽs:litteras familiari cuidam ſuo ad burgundionũ ducẽ dat: que intercepte ad regem delate ſunt. ¶ His litteris Ballua ducem admonebat ſibi maxime caueret. Concordiam que inter fratres interceſſiſſet ad eius perniciem factam eſſe:eos expeditionem in eũ tantiſper differre donec aquitanie datam ſibi prouinciam Carolus pluſtraſſet.remqꝫ omnẽ domeſticam et exercitum ordinaſſet. Opus propterea illi eſſe maioribꝰ q̃ vllo tempore copijs:⁊ regem acerrime bello infeſtare. Ballue cognita ꝑfidia:rex proditorẽ cõprehendi et ad monbaſonem cuſtodiendum duci mandat:ſub tutela iohannis torcei normãni fidiſſimi imprimis aurati equitis a quo edificatum eſt ambleuille caſtellũ in agro Rothomagenſi cũ canonicoꝝ collegio opus memoria dignum. ¶ Interim rex nyortum atqꝫ rupellam petit. Vbi dum regionem luſtrat:fratrem offendit. Qui paulopoſt Turonũ profectus:ĩ regis verba more aquitanorum ducũ iurat. ¶ Et quia armygniaci regijs iuſſis repugnarent: prefectos militum admiraldum et chabanum cum copijs mittit qui illos parere compellant Qui nulla cede facta regionem omnẽ receperunt. ¶ Dum hec geruntur Ludouicus beniuolentiam in britonũ ducem conceptam patefacere meditatus:diui michaelis regiũ iſigne aureum:⁊ torquẽ per illuſtres nuncios duci legat.

Dux britonũ regis ordinẽ recuſat

Quod oblatum dux recuſauit: ꝙ ꝑ ſuperiores dies vt fama erat vellus aureũ burgundi ordinis ſuſceperat:amicus videlicet burgũdionis ⁊ ei arctiſſime cõfederatus. Ea re maxime indignatus rex:britonibus bellum indicit: ſimulqꝫ exercitum in britones ire iubet:dato britoni decem dierum ſpacio:intra quod ſuum ĩ regem animũ ſiue ad pacem ſiue ad bellũ reuelaret. ¶ Per id tempus Edouardus ſubacto henrico rege cũ regnum anglie vendicaſſet:compoſitis inter principes diſcordijs omniũ ſententia bellum in francos ſuſcipitur. Quod poſtq̃ ludouico innotuit nouas copias ad priores adiungit. Compulſis arma capere quibuſqꝫ ſine diſcrimine qui feudo aliquo potirentur Que iuſſio neqꝫ clerum neqꝫ quoſuis priuilegiatos habuit exemptos. Et quod metu maxĩe ꝑculit regem:nunciatum quoqꝫ eſt burgundũ ducem gaudiui viſum eſſe regis angli iarteriã (Id enĩ eſt aureum cingulum:principis peculiare inſigne)cruri ſuo alligatã ⁊ in pectore crucem rubram anglorum inſtar geſtare. Quo vno firmatam inter Edouardum burgundumqꝫ amicitiam ſignificabatur. ¶ Et vt inter tot curas fortuna Ludouico paululum blandiretur villarus moriens ludouicũ vniuerſalem ſibi heredem inſtituit. Cuius hereditatẽ per ſe rex adijt poſſeditqꝫ opulentam et locupletem. ¶ Interim varuicus comes:et clarentie dux vna cum eorũ vxoribus Edouardum fugientes octoginta nauibus vecti honfleum adnauigarunt. quos in continentem expoſitos admiraldus liberaliſſime excepit. Cuius rei certior factus burgundus : ad ſenatum parlamenteum litteras dat:varuicum hoſtem eius a ludouico acceptum eſſe preter pacis leges:de quibus inter regem et ſe conuenerat:patres idcirco:eoſdẽqꝫ iudices hortari:Ludouico ſuaſum faciant opem nullam varuico ſuggerat. Si ſecus acciderit:perſecuturum ſe hoſtem:eumqꝫ vel e medio francorum regno abducturũ. Hãc verborum ducis arrogentiam ſenatus non multi pendit. Et ipſe varuicus nihil inde territus. multis apud normannos diebus manſit. Atqꝫ ad Ludouicum ambaſiam ſe conferens familiari confabulatione de ſuo aduentu cum eo tractauit. Affuit quoqꝫ anglorum regina renati ſicilienſis ſoror cum eius filio edouardo galliarum principe quem poſtea Edouardus

Claſſis burgundoꝝ.

qui regnũ anglie henrico ſexto pulſo vendicauit necat. Inſtruit igitur aduerſus illos nõ modicam burgundus claſſem quam ad littus normanni occeani varuico inſidiari iubet. Simulqꝫ mercatores francos qui negociandi cauſa in nũdinis erant comprehendit. cauſam huic ſumens q̄ varuicus dum ab anglia perfugit. burgunde ditionis negociatores captos abduxiſſet.

Britonum dux ludouico recõciliat

¶ Illis diebus fere pridie kalen. auguſti Carlota ludouici regis vxor: Carolum filiũ ambaſie enixa eſt. patri ſucceſſorem. Cui cõmuni gaudio aliud mox acceſſit. Britonũ princeps franciſcus ludouico reconciliatus eſt. interuenientib⁹ maxime renato ſiciliẽſi. Carolo ludouici fratre et iohanne borbonio. Nec cunctatus eſt franciſcus ad Carolum burgundum nuncios mittere: qui coniurate aduerſus regem ſocietatis ſyngrapha illi referrent. Fuit burgundo ingratiſſima res. Eam ob rem magno nixu ſtudet varuico viam ad anglos intercludere. At rex tanq̄ voto ſanctum michaelem viſere teneretur normanniã petit. abſolutuſqꝫ voto ꝑ abrincas Honfleum veniens ingentis magnitudinis naues inſtruit. In quas cõſcẽdẽtes angli principes ad ſuos ſe retulerũt: nec a burgũda claſſe (q̄ ꝑ longam moram cõmeatu deficiebat) vllo ſũt damno affecti.

¶ Igitur angliam ingreſſus varuicus poſtq̄ paruo tp̄e q̄ ſua erãt recepit: venere magno fauore ad eũ ſupra quinquaginta milia armatoꝝ. Quibus auxiliarib⁹ ꝑ angliam agens: edouardũ hoſtem in primis queritabat. Sed ille omniũ fere auxilio deſtitutus ad burgundum qui eius ſororem in vxorem habebat profugit. Varuicus autem conciliatis regni proceribus: henricum quẽ edouardus captum tenuerat in regnuꝫ reſtituit. Ipſe vero regni atqꝫ Henrici moderator fuit inſtitutus. Hec a varuico proſpere geſta eſſe cum anglie regina accepit Pariſium ex Ludouici ſententia proficiſcitur: traiectura inde in angliam ad virum ſuum Henricum regem. Quo cum appuliſſet: magni animi mulier cupiens viri regis adminiſtrationem gerere: diſcordes inter ſe proceres anglos fecit.

Oppidũ ſcti quintini recipitur.

¶ Per id tempus ſancti Quintini viromandorum oppidum arturus de longa valle oppidanis aſſentientibus cepit. ¶ Quo paucis poſt diebus coneſtabilis Ludouici nomine cum equitibus ducentis ſe recepit.

Inducie dãnoſe.

¶ Rex vero premiſſis ſiluanectum copijs Pariſium veniens expeditionem in burgundũ duxit: bonam ſpem capiens: eas vrbes recuperandi q̄ ad Sommã amnẽ carolus occupabat. Nec ſua expectatione fruſtratus eſt: Ambiani ſiquidem roya quoqꝫ et mondiderium in ludouici poteſtatem venerunt: q̄ oĩa firmiſſimis munitionib⁹ ꝓtenus circũambire vbi opus erat mandat. Miniſtrarunt ad id opus Pariſij magnum foſſorum et ligneoꝝ fabroꝝ numerũ. Sed tã ĩgẽtis ĩpẽſe rõnẽ minime pricipes habẽt. penitet eñi eos cõfeſtim longe militie: ita vt ꝓpoſita parũ melioris fortune cõditione: rẽ a ſe bene geſtã putent: ſi inducias hoſti dẽt. Enimuero burgundus caſtra in artheſio inter ambianos bapamaſqꝫ fecerat: vbi fere obſeſſ[illegible]et rebus ad bellũ longe neceſſarijs inops vinci paruo negocio poſſe videbatur. Multis eñi quottidianis leuibus prelijs burgũdi a cohortibus francis tentati: frequenti dãno afficiebant. Superuenere nihilominus inſperate multoꝝ dierũ ĩducie: q̄q̄ in burgũdia dalphinus comes egregie aduerſus hoſtem pugnaſſet. interẽptis captiſqꝫ plurimis. In auctores induciaꝝ dicta ſcriptaqꝫ ſũt dicteria et libelli famoſi: eaqꝫ publicis temploꝝ foribus crebro appoſita: egre ferentibus quibuſqꝫ optimis: nihil recte agi dum occaſio ſe ſponte Ludouico preſentaret.

¶ His vt diximus apud francos ſe habentibus magnis apud anglos turbationib⁹ henricus vexabat. Inter quas edouardus burgundi ducis auxilijs irrũpẽs. poſt multas vario euentu conflictationes edouardo tandẽ victoria ceſſit: hẽrico capto: eiuſqꝫ filio galliarum principe cũ comite varuico interẽpto. Ea re cognita ludouicus picardia relicta turonos repetit. Interim pedemontanus princeps qui ludouicum comitabat: ⁊ comes deu: vita defũcti ſũt. Nã cũ multi ꝓfluuio alui ꝑ galliã laborarent: eodem morbo nõ pauci periere.

Belli ſuſpicio ĩ aq̄tania

¶ Cepit ꝑ id tp̄s indignatio carolũ aquitanie ducem: deqꝫ rege fratre male ſuſpicatus eſt: cui⁹ indignationis cauſas ip̄e non noui. Armygniacũ tamen comitẽ (cuius terras ludouicus vendicauerat) patria extorrẽ reuocat: eiqꝫ inuito ludouico partẽ reſtituit rerũ ablatarũ. atqꝫ ita cõueniente ad carolũ cũ armygniaco fuxenſi comite: copie ꝯtrahũtur nõ aliter q̄ ſi bellũ aduerſ⁹ regẽ pararẽt. Mittũt eã ob rẽ a ludouico ĩ aq̄tanos copie cũ machinis ⁊ frãcis aliq̄t ſagittarijs. q̄ ceptis aduerſarioꝝ obſiſtãt. Fama ꝑ hos dies falſo vulgata eſt: carolũ aq̄tanũ burdegalle mortẽ obijſſe. Introducta q̄qꝫ eſt autore ludouico cõſuetudo cãpanã hora meridiana (vt ĩ noctis crepuſculo ſolet) pulſandi q̄ tp̄e pp̄ls vno poplite humi deflexo angelicã diue marie ſalutationẽ obtinẽde publice pacis grã: religioſe exhiberet. Qui mos hacten⁹ diligẽter a pleriſqꝫ ſeruat. Porro ĩducie q̄ cũ burgũdo poſite erãt: ad paucos dies ꝓducte ſũt. Interi carol⁹ calabrie dux renati ſiciliẽſis nepos cui ludouici filia deſpõſata erat: deſerto ſocero: ad burgũdũ declinauit: ſpe ductus ſibi in matrimonio aſſumendi filiã quam burgundus vnicam habebat. Sed a patre (ſicuti alij quidam principes) illuſus eſt. Nã harum nuptiarum expectatione cum pleroſqꝫ in amicitia pater contineret omnes tandem fefellit.

Aue maria.

Carol⁹ dux lothoringie ad burgũdũ perfugit

¶ Eiſdem diebus diue marie templum quod apud cleriũ in aurelianenſi agro magnis impenſis ludouicus extruxerat: conflagrauit: igne negligenter aſſeruato. quem ad liquanduꝫ plumbum tecti artifex in quotidiano vſu habebat. Quo die rex de caroli fratris morte nunciũ accepit. Obierat enim apud burdegallam veneno a neſcio quo abbate appetitus. Quã ob rẽ accepta aquitania ludouicus petrum de belloioco dñm regioni prefecit.

Neella capit

¶ Per induciarum tempus burgundionum dux collecto in agro attrebateñ. grandi exercitu: anthonium fratreꝫ ſuum nothum cum parte copiarum neellam mittit. Quam a loci prefecto et ſagittarijs frãcis quingentis acerrime defenſam: fruſtra iterum atqꝫ iterũ anthonius oppugnauit. At petitus picardus (id enim prefecto nomen erat) Concilio cum loci dña capto: ad anthoniũ cum ipſa dña componende rei deſiderio profectus eſt. Pactum extitit: relictis equis atqꝫ armis exituros oppido milites: vite incolumitate conceſſa. Hoc accepto reſpõſo: ſagittariſqꝫ relato: duꝫ miles armis ſe nudat: ecce ab oppidanis clam ĩ oppidum admiſſus hoſtis: exarmatos ſagittarios trucidat: eos vero qui in templum ſalutis cauſa confugerant qui plurimi erant omnes ad vnũ burgundus ſatelles mactauit. Eo cum dux equo inſidens adueniſſet: templum ingreſſus vt cedem cruorẽqꝫ humanũ conſpexit. Jam inq̄t noui: q̄ cruentos habeo carnifices. Nec minus petito prefecto pepercit: qui in vincula cum aliquot inſignioribus armatis coniectus tenebatur. Hoĩem enim (cui ab Anthonio fides data erat) furca ſuſpendere iubet. Atqꝫ oppidum mox incenſum dirutũqꝫ reliquit.

Burgundi crudelitas

¶ Protenus quoqꝫ royam contendens. eam circũuallat multo milite atqꝫ machinis egregie munitã. Nam preter quadringentos ſupra mille ſagittarios: erant in ea preſidio ducenti delecti equites cũ eorũ prefectis: petro auberto. Mignone. loyſeto balagnio: dño de mouy: et dño rupempreo auratis equitibus. Et hi quidem nulla oppugnatione expectata deditionem ea lege fecere: ſi ſaluos inde abire liceret. Relictis igit̃ per ignauiã armis atqꝫ ĩpedimentis: vecordes hoĩes vno bacillo contenti nõ ſine ꝑpetua ignominia ꝑ medios hoſtes irriſi roya diſceſſerunt.

Bellouacuꝫ.

¶ Roya vt diximus capta burgũdus magna aĩo voluens. cũ ſibi a ludouico nullã vim paratã eſſe eſtimaret: bellouacos picardis poſt ambianenſes ad occidentẽ ꝓximos petit: ratus ciuitatẽ vbi nullũ p̄ſidiũ erat p̄ma oppugnatione ſubiugare. Sed plurima arrogantẽ multa deficiũt. Bellouaci tametſi inſperato hoſtis aduentu nullius p̄ſentanei mali periculo admoniti eſſent: venientẽ tñ burgũdũ magno aĩo a muro prohibent. In ea oppugnatione egregia virtus puelle cuiuſdam apparuit. que a burgũdo milite dum in murũ ſcandit vexillũ extorſit. Donec guillermus de valle normãni ſeneſchalli vicarius: cum ducentis equitibus auxilio acceſſit. qui ciuitatem ingreſſus ad muros ſe protenus confert. vbi hoſtis incredibili pertinacia depugnabat.

¶ Venere non multo poſt cruſſolus/ ioachinus roaldus/ guerinus grongn⁹ atqꝫ torceyus tricentorũ equitũ: cũ adiũctis ſagittarijs ductores. Quibus cõmeatũ affatim pariſij ſubminiſtrauerunt. miſſis permultis foſſoribus qui foſſis atqꝫ aggeribus ciuitatẽ cõmunirent. Enĩuero ſic opus erat: nã ſubactis bellouacis libera in normãnos burgũdo patebat via. Fuit eñi eius rei tantus timor: vt in ipſa pariſiorũ vrbe regia magnopere curatũ ſit vrbis foſſas purgare: muros inſtaurare: cathenas per cõpita repẽte (autore p̄ſertim dyoniſio hynſelino) recenſere. colubrinas inſuꝑ atqꝫ ſerpẽtinas cõflare atqꝫ fabricare.

¶ Per id tp̄s antiſſiodorenſes qui ſupra paucos dies admoniti ludouico parere ſpreuerant burgundiorũqꝫ preſidium in oppidũ admiſerant: eruptione facta dũ frumentatum eunt quidam ex campanis equites illis occurrunt: centũ ſexaginta ex graſſatoribus perimẽtes: octoginta in captiuitatẽ abductis.

Dura obſidio bellouacorum

¶ Perſeuerãte in obſidione apud bellouacos burgũdo: dura in caſtris eius annone caritas fuit. feſtinans igitur priuſq̄ fame miles vrgeretur: aĩo firmat acerrimo congreſſu ciuitatẽ expugnare. Ingentem ad hoc cratiũ ⁊ ligneorũ faſciũ copiã cũ multa materia cogit: quibus vrbis foſſas impleret. Obſeſſi re cognita ad pariſios mittunt: minuſcula tormenta ⁊ cõmeatũ cũ baliſtarijs petitũ. Nec defuit petẽtibus miſericors ciuitas. Preerat ad p̄ſidiũ porte q̄ domus hoſpitalis appellat̃ Robertus ſtoteuillus pariſiorũ p̄ſes militaris apprime eques. Quã portã iactis in foſſas quas ꝓxime diximus cratibus faſcibuſqꝫ: hoſtis adoritur. Scalis quoqꝫ admotis in muros cõſcendere ꝑſeuerat. Nec ꝓfecit: q̄q̄ horas quattuor continenter pugnaſſet. In ea expugnatione quĩgenti ſupra mille armati ex burgũdis ĩ foſſas decidiſſe atqꝫ occubuiſſe referunt̃.

Salazardus

¶ Nocte inſequẽti quia ciuitatis porte obſtructe erant: patefacto muro ſalazardus cũ aliquot cohortibus in burgundionũ caſtra ſub diei crepuſculum erumpens:tribus hoſtium tentorijs incenſis:plerisq̄ occiſis impedimenta aliquot ex illorũ caſtris rapiens:in ciuitatem dum reuertitur:ab hoſte eum inſequente preſſus:raptas a ſe machinas in foſſas ciuitatis precipitat:egreq̄ ad ſuos ſe recepit. Bellouacorum obſidionis tempore aurelianenſes officio in obſeſſos functi ſunt. Impoſita enim carpentis centum vini dolia ad bellouacos dono miſerunt:cum magno ſagittarum et miſſilium numero:arcubus additis atq̄ baliſtis. ¶ Poſtq̄ ſex et viginti continuos dies ad bellouacum burgundus incaſſum ſediſſet:die diue Magdalenes feſto obſidionem diluculo ſoluit:ſegetes vicoſq̄ qua iter faciebat vrens:donec ad ſanctum valerium caſtra poſuiſſet.qđ oppidum cũ alijs vicinis oppidis:modico preſidio defenſis minimo negocio cepit.

Burgundus i normannia

Ex his locis quandoquidem vero ſimile erat in interiorem normanniam hoſtem profecturum:coneſtabilis et chabanus octingentis equitibus aſſumptis : normanniam petunt occurſuri burgundo. A quibus nullo fere damno burgundus affectus eſt:quin vicos atq̄ oppida per caletos graſſatus incenderit rothomagum vſq̄ mouens. Ubi coneſtabilis ſe recipiẽs parum admodum burgundo incommodatus eſt. Niſi q̄ a populo ciuitatis vix excitatus:nõnullos ex ſuis cum aliquot ciuibus armatis eruptionem facere permiſit. Burgundus autem inde digrediens in picardiam copias reduxit. ¶ Sed neq̄ in britannia quicq̄ a Ludouico preclare geſtum eſt:q̄q̄ quinquaginta hominũ milia in armis habere diceretur. Nam legationibus pollicitationibuſq̄ tardatus:cum res compoſitas proxime eſſe ſperat:illuſit eũ hoſtis. ¶ Dimiſſa normannia:burgundus nouiomum oppugnare inſtituit. Sed curſolus et quidam cum eo militum prefecti.illo ſe conferentes ſuburbijs incenſis ne illic diuerſaretur hoſtis : ciuitatem maximopere tutati ſunt. Robertus preterea ſtoteuillus ex bellouacis mouens:et deinde ioachinus roald⁹:ad burgundos qui apud eu oppidum in preſidio erant nuncium mittunt petentes oppidum ludouico reddi. Moxq̄ compoſitione facta:locum et ſua omnia deſerentes:equites vno equulo:pedites baculo contenti abierunt. Hoc exemplum ſecuti valerienſes remburienſeſq̄ deditionem nulla vi facta fecere. ¶ Eodem tempore rouſſyus coneſtabilis filius burgunde factionis obſtinatiſſimus ſectator:burgundie ꝑfectus diffuſis late copijs tornodorum vſq̄ debacchatus:trecas et campanie partem vaſtabat. Contra vero:dalphinus comes per burgundiam bono exercitu potens:omnia igne conſumpſit: par pari rependens. ¶ Fiunt interim cum britonibus per ludouicum inducie. Quo tempore regina filium ludouico parit.cui vita breuis fuit. Petrus autem de belloioco aquitanie miniſtrator dum leſtorie multa nobilitate ornatus agit:a ſuis in armygniaci comitis poteſtatem proditur:atq̄ eo pacto ciuitatem comes recuperat. Eam ob rem ludouicus aliquot ex nobilitate ſuſpectos infidelitatis lochias in vincula miſit. Inter quos iohannes deymerus crimen confeſſus capite damnatus eſt et in partes quattuor ſectus. Qui moriens cadetum albretenſem eius ꝓditiõis pertinaciſſime accuſauit. ¶ Dum eius rei gratia ludouicus in Pictauis imoratur pax inter illum et britonũ ducem interceſſore oudeto de ria conuenit. Data britoni nõ parua pecunia. ¶ Porro alenconij dux iohannes accepte crebro gratie oblitus:cum conſtituiſſet poſſeſſiões omnes ſuas in burgũdum ducem accepto inde precio transferre:et ad eũ clam proficiſci: per triſtannũ heremitam iubente ludouico capitur:et lochias primo ductus:paulopoſt pariſijs in lupara arce in cuſtodia conſenuit. ¶ Leſtoria q̄z quã miſſo exercitu ludouicus duce iohanne cardinali albieñ.atq̄ yuone de fago obſidebat armygniaci culpa diruitur. Nam re compoſita vt armygniacus loco cederet:cum in ciuitatem franci ſine vlla violentia ingrediuntur: armygniacus in eos inſurgens occidere eos iubet. Unde clamor exortus dum in caſtra perfert: franci per effractos antea muros irrumpentes armygniacum ipm ⁊ omẽm ſine diſcrimine populum trucidant.comitis vxore cum tribus ſuis pediſſequis tantum ſalua. Hic Johannes armygniacus eſt qui ſororis illecebra captus:cum eam inceſtu polluiſſet:niſus eſt eam pontificis romani auctoritate ducere vxorem. Cuius ſtultitie fauiſſe dicitur Ambroſius cambrayus qui per idem tempus referendarius erat Calixti pontificis. Accepta enim ab armygniaco multa pecunia:bullam diſpenſationis de ſorore deſponſanda armygniaco tradit: quam reuera adulteratam et a ſe falſo editam poſtea confeſſus eſt. Sed e cuſtodia noctu adiutore ſeruo emiſſus: in galliam ſe recepit. Quem poſt aliquot annos ſupplicationum regiarum magiſtrum:et deinde pariſienſem cancellarium vidimus.hominem profecto doloſum et preter modũ glorie ſtudentem verborũ et iactantie vanitate redundantem et perfluum:fidei autem modice.et cui probe confidere nemo poſſet. Cuius mortem nec propinqui nec alius q̄ſq̄ illachrymaſſe viſus eſt. Sepeliri voluit in ſacello ſorbone ante aram maiorem. Deprehenſus apud leſtoriam cadetus albreteñ.et pictauiam perductus:capitis ſupplicium luit. ¶ Agebat per id tempus parpigniaci iohãnes tarraconie rex. Qui leſtorie ciuitatis deſolatõne accepta: q̄q̄ audierat philippum ſabaudũ cum ingentibus copijs in eũ aduentare parpigniaco abijt.ob quod diu quidẽ atq̄ pertinaciſſime a francis digladiatũ eſt. Sed victor francus extitit.et ruſſilionẽ totũ ludouicus obtinuit. ¶ Per hos dies carolus lothoringie dux apud nanſiũ peſte aſſumptus eſt. Fuit et ſiluanecti habitus cõuentus:venientibus a burgũdo duce legatis:qui belli cauſas tollerent. Nec fuit concordie locus:tametſi multos dies multa agitando legati conſumpſiſſent. Burgundus vero ducis lothoringi morte accepta: lothoringiã armis ſibi ſubiugare tentauit:cauſam aſſumens:q̄ carolus qui defunctus erat oberat⁹ illi eſſet ſimulq̄ apud ſe anxie meditatur regiũ nomen vſurpare. Quãobrem fredericũ imꝑatorez per legatos orat:ĩpetratq̄ luxemburgũ ſe conferre dignaret. A luxemburgo ĩperatorem ad metenſes ducit.quorũ ciuitas olim lothoringorũ ditionis prima fuit. Ibi per ĩperatorem mettẽſes orat:ſibi per eos tranſire in lothorĩgiã liceat. Quod cũ a mettenſibus non obtinet/fredericũ ĩportune rogat/regiũ titulũ regni ſicilie ſibi impartiri/cuius rex fuerat carolus:et cuius ĩ ꝓſentiarũ cauſam agebat. Atq̄ vt nouitati fulcimentũ apponeret vicariũ ſe ĩperatoris ĩſtitui poſtulat. At fredericus qui burgũdi arrogantiã intelligeret(diſſimulata prudenter poſtulantis temeritate)egreſſus vrbe noctu ꝑ moſellã in germaniã abijt. Illuſus igiť burgũdus:cum pecunie egeret:nec ſuis virib⁹ ſufficeret ludouici ꝑtãtem minuere ad venetos mittit: a quib⁹ ſtipendiũ trimeſtre mutuo ĩpetrat quo ex gente veneta partim coactas copias aluit. Miſſaq̄ in niuernẽſes exercitus parte:rupem caſtillionis et aliquot regiõis loca dolo capit. Per eos dies petrus de belloioco annã ludouici filiã deſponſat. ¶ Iterũ quoq̄ burgũdi oratores cũ regis legatis:cõpendij cõueniunt. Ubi tandem poſt longas concertationes:paucorũ menſium inducias firmauerunt. ¶ Quo tempore burgũdus inimicitias in ludouicũ omnifariam exercens:yteriũ mercatorẽ:qui poſt caroli aquitani ducis mortem ad burgunduz ſe contulerat:magnis ꝓmiſſis inducit:veneno tollere regẽ. Igiť ꝯſtituto illi q̄nquaginta miliũ aureorũ precio:toxicũ parat. Datq̄ iohãni audaci(quem ſeruũ habebat)ferendũ:pollicet⁹ mõtes aureos ſi maleficiũ feliciter exigat. Recipit ab yterio iohãnes negociũ:et ambaſiã vbi rex erat ꝓfectus:quẽdam in ludouici popina ſibi notũ(qui condiendis ſaporibus preerat)cõuenit. Cui q̄ aquitano duci ad ſimile miniſterium ſeruierat:rem pateſacere non veretur. Atq̄ ad facinoris preciũ viginti aureorum milia ſecure promittit:credulus hoĩem ad veneni propinationez facile conſortem ducere:qui dñm ſuum non diſſimili maleficio ſublatum fuiſſe ſciret. Audiuit iohãnem ſumma diſſimulatione coquus:ſed rem nequaq̄ patrari poſſe ait:niſi colinetus primarius coquorũ conſcius accederet.

Venefic⁹ deprehenditur

Igitur recepto a iohãne veneno:colinetũ ad id negociũ cohortari pollicetur. Colinetus vero a conſorte coquo edoctus:ſimul cũ eo ad regem pergit. Veneficũ prodit.et ab eo exhibitũ toxicũ ꝓfert. Rex veneficiũ exhorrens:autorem prehendi iubet. Qui tanq̄ rei bene gerende ſecurus:iter ad yterium faciebat. Sed nõ longe a ſtampis deprehenſus:ad ludouicum deductus eſt. Moxq̄ ꝯfeſſus crimen:paulopoſt in cuſtodiam detruditur:data ingenti mercede fidelibus cocis. Aſſeruatus vero eſt iohãnes audax in publicis edibus pariſiorum.deinde capite truncatus. Cui⁹ quattuor exſecta membra ad quattuor regni extremas regiones cum titulo proditionis furcis ſuſpenſa.omnes eius edes dirute ſũt et natalis domus ſolotenus ſine vlla reſtitutionis ſpe euerſa : inſcripta ruine cauſa.

Legati aragones

Eo die quo id geſtum eſt. Legati ab aragonia pariſium venere:a ſuo rege mandatũ habentes de controuerſia ob ruſſilionem et parpiniacum orta tractare. Nec multo poſt rex quoq̄ pariſium ſucceſſit. Iuſſitq̄ pariſios in armis eſſe et militari ordine per diui anthonij portã vrbe egredi. Quorũ multitudinẽ aragonenſes legati admirati ſunt. Centum enim et quattuor hoĩm armatorum milia e ciuitate in agrum prodijſſe relatũ eſt. Regredientibus in ciuitatem pariſijs oratores vicẽnas ludouicus ducit. Ubi regia cena acceptos duob⁹ eos poculis aureis varia celatura ornatis donauit. Horũ ꝓciũ tribus ducatorũ milibus ⁊ ducentis eſtimatũ eſt. ¶ Venere eodẽ tꝑe ab germania dux bauar⁹:et britonũ oratores:quos ſiluanecti ludouic⁹ audiuit Affuerũt ꝓterea incaſſum burgũdi. Britonib⁹ liberaliter ludouic⁹ rñdit. Legationũ cauſas diuinare magis q̄ probe ſcribere poſſum.

Coneſtabilis temeritas

¶ Ex ſiluanecto compendium:mox nouiomũ: rex proficiſcitur. Ceperat comes ſancti pauli francie coneſtabilis ſanctum quintinum viromandorum oppidum extruſo prefecto curtono cum preſidio quod in eo ludouicus poſuerat. Oppidũq̄ coneſtabilis : impoſito ex ſuis preſidio : rege inuito occupabat:ita vt in ſuſpitionem veniretur concepti in regem belli. Nec aliter ad ludouicum acceſſit:q̄ ponte inter ſe et re gem facto ad colloquium prodijt: ſatellitibus egregie ſtipatus. Colloquio paucis arbitris expleto: rex offenſam omnem comiti remittit. Iureiurando interpoſito ꝙ in Ludouici fide permaneret.

¶ Erant per id tempus inter fredericum imperatorem et burgundum ſimultates. Nitebatur propterea magnopere imperator burgundo incōmodare: vnde miſſis frequenter ad ludouicum nuncijs: illum hortabatur: cum burgundo amicitiam non inire: ſe vnū ſatis eſſe qui ducis ſuperbiam deprimeret: eūqꝫ redderet regi obſequentē. Nec tamen exaudiuit fredericum ludouicus. ſed cum ex picardia ſiluanectum reuertiſſet: cum burgūdi legatis inducias anni vnius firmat.

Sn̄ia in alēconij ducem

¶ Interea in iohānem alenconij ducem capitis ſententia et bonoruꝫ oīm publicatio in ſenatu parlamenteo per petrum doriolum cancellarium fertur.

¶ Burgundo vero duci nulla fuit induciarum et iuriſiurādi reuerentia: quin in lothoringiam ducens virdunū ceperit: ſollicitaueritqꝫ edouardum anglum regem aduerſus Ludouicum transfretare. Quāobrem edouardus magno exercitu comparato: priuſqꝫ moueret: ludouicuꝫ per caduceatores petit aquitaniā ſibi normāniāqꝫ reſtituat. Nec diu diſtulit edouardus ad diui michaelis montem claſſem traducere. Quod poſtqꝫ ludouicus accepit: copias in normanniā miſit: eorū militū qui recenter fuerāt ab eo inſtituti: et dalphini cuſtodes appellabant. Per eos dies tametſi induciarum finis nondum eſſet.: burgundi qui perone et per circūadiacentia loca in preſidio erant omnia vſqꝫ ad yſaram flumen infeſtabant. Et aliquot ex eis arſonam iam diu deſolatā inſtaurare ceperant. Sed miſſis aduerſus predones ex ambianorum et bellouacoruꝫ preſidio armatorum turmis: non expectata pugna craſſatores aufugerunt. Nec deſtitit miles francus ſed adſcitis ex finitimis preſidijs aliquot cohortibus: quibus preterea plebei plurimi ſe cōiunxerunt: ad attrebates profecti in ſuburbio ciuitatis caſtra poſuerūt. Vbi nocte tota diuerſati: deputatis agricolis qui eos ſequebantur ad excutiendos per villas et agreſtes manſiones frumenti manipulos: maximā tritici copiam ⁊ pecorū ingentem numerū ex attrebatenſi agro comportauerunt. Nam id prius facere meditati vannos et flagella curruſqꝫ complures ſecū adduxerūt. Recepere quoqꝫ nōnullos captiuos quos raptor violatis īducijs abduxerat.

¶ Principio inſequentis veris rex in picardiā mouens: tronqueū vetuſtiſſimaꝫ non longe a mondiderio turrim: vbi perditorꝫ hoīm turma duce motino caulero ſe receperat: oīa incurſionibus infeſtans expugnat: occiſis aut patibulo appenſis qui in ea inuenti ſunt: preter ipꝫ motinū quem rex vita et officio donauit. Turris ipſa ſolotenus deiecta eſt. Mondiderienſes āt cū deditionem recuſaſſent: obſeſſi oppidū dedidere: ſuis fortunis oībus relictis abeūtes: oppidū vero ſolo proſtratū eſt. Roya preterea ludouico paruit.

Coneſtabilis dolus.

Nec ſpes deerat picardiaꝫ atqꝫ artheſium recipiendi: niſi ſancti pauli comes coneſtabilis dolo vſus regem fefelliſſet. Cui ꝓgredi cupienti litteras mittit: edouardum anglum igenti claſſe petere normanniam. Idcirco opus eſſe cautione: ne deſtitutos preſidio normannos hoſtis inuadat. Si ad illos partem exercitus ducere rex velit: ſe vnū cum reliqua militia ſatis eſſe qui bellū in picardia gerat. Motus hoc nuncio ludouicus in normanniā ducens de anglorū aduentu nichil accepit. Redeunti āt coneſtabilis ſcribit: anglos caliſium appellere: et carolū burgundum nuſſij obſidione relicta: fedus cum federico imperatore iniuiſſe. Que oīa tametſi nulla eſſent: caduceator tamē anglus cognomento ſcalus cum litterarū faſce deprehenſus: et ad ludouicū perductus vera eſſe iurauit. Neqꝫ horū quicqꝫ tam iniquo aīo ludouicus tulit: qꝫ coneſtabilem clam ſollicitare borboniorū ducem: vt burgūdi partes relicto rege ſequeretur. Cuius perfidie ſyngraphū a coneſtabile miſſum borbonius per epiſcopū mymatenſem ludouico demiſerat.

¶ Eodem tēpore in burgundia apud guyum non procul a caſtro chynone magna burgundorum turma a francis ſuperatur: cū ducentis eq̄tibus qui ex venetis burgundo auxiliares venerant.

Attrebates.

Fuit non ꝓſperior attrebatibus fortuna. Admiraldus cui decreta belli ratio in picardia erat: ꝓpe attrebatū diſpoſitis īſidijs .xxx. equites laceſſitū attrebates mittit. In quos velut ī contēnendi numeri cohortem: eruptione facta attrebates cū ſuo p̄ſidio ꝓficiſcuntur. At qui ab admiraldo premiſſi erant: metū ſimulantes pedetentim retro abeunt: donec ſuorū inſidias preteriſſent. Quāobrem intercepti attrebates inter medias francorꝫ copias: ad quingentos ſupra mille occubuerūt. Et cū romōt⁹ regine frater q̄ burgūdarū partiū erat his ſe ducē p̄buiſſet vix ad ſuos ſe recipit: equo eius interempto. Iacobus autem ſancti pauli cū alijs inſignibus viris captus.

¶ Paulo ſupra hos dies auraicenſis princeps quē in cuſtodia ludouicus habebat: nullo p̄cio liber factus: ſeditioneqꝫ ſuam regi ſūmiſit. donatus eſt ꝓpterea ptāte cudendi numiſmatis aurei atqꝫ argentei. remittendi īſuper criminoſis necis penā: niſi hereſis aut maieſtatis rei haberentur.

¶ Edouardi autem anglie regis claſſis viginti miliū armatorum

caliſium appulit.

Edouardus āglus apud caliſium

Qua re cognita mox ad priorem exercitum nouas copias ludouicus ex pariſijs duce Roberto de ſtoteuilla contrahit. At carolus burgundionum dux nuſſyo relicta: ad edouardum noctu venit. cui amice gratulatus eſt. Nam edouardi ſororem in vxorem duxerat Hortatus magnopere eſt rem proſpere gerat: ⁊ ſua recuperet: que a francis iniuſte tenebātur At aliquot diebus exactis cum nec a carolo: nec a coneſtabile promiſſa illi ſeruantur (Conuenerat enī inter illos: dum edouardus in artheſium veniſſet: admittere illum in aliqua munita loca vbi et ſe atqꝫ exercitum recreare et tuto diuerſari poſſet) Iamqꝫ libonem in ſanguīe terſo copias cum promouiſſet: pollicitis illuſus: ad ludouicum ſiluanectum vbi in victorie cenobio agebat oratores mittit: dicere ſe archanū quicqꝫ habere quod illi coīcatum eſſe cupiat. Deſignet locum et tempus ad rem exigendam. Pinquigniacum in ambianorum agro ad id deligitur. Interim mutuam a pariſijs grandem pecuniam ludouicus petit. Ea fuit quinqꝫ et ſeptuaginta miliū nummū aureorū: quam diſſoluere infra kalendas nouembres ipſe promiſit.

Cōuentio regū apud pinquigniacum

Ad pinquigniacū ex ambianis rex veniens: frequenti atqꝫ admirabili militū manu ſtipatus: duos in ponte piquigniaci appendices extruere iubet. Vnum quo ipſe: alterum quo congredi edouardus poſſet. Fuit inter vtrūqꝫ appendicem. paries medius: cancellatus ita latis foraminibus: vt per ea dextras dare et contingere reges poſſent. Cōuenientibus ad deſignata loca principibus: cum ſe alterni ſalutaſſent: longa fuit inter eos (centum vtrinqꝫ admiſſis illuſtrib⁹ arbitris) collocutio. Inde vbi regibus viſum. eſt: illis ſeorſum exeuntibus. principes clam ſermonem contulerunt. nec dilata diu concordia eſt. Itaqꝫ de ſeptem annorū inducijs conuenit iiij. kalendas nouembris dum voluitur annus ſalutis Milleſimus. cccc. ſeptuageſimus quintus. Donatuſqꝫ a ludouico edouardus eſt quinqꝫ et ſeptuaginta milibus aureis. et quinquaginta milia per ſingulos induciarū annos illi promiſſa. Ornauit quoqꝫ magnis munerib⁹ clarentie ducem edouardi fratrem. Rebus vt paucis annotauimus apud pinquigniacū geſtis: anglus omnes copias caliſium remittit. Iubetqꝫ hauartū et primariū ſuum ſcutiferum apud ludouicum morari: donec ſe promiſſo abſoluiſſet.

Coneſtabilis nequicia.

¶ Digrediente caliſium edouardo: ludouicus de luxemburgo coneſtabilis cui regum concordia non conueniebat. nunciū cum litteris ad anglum mittit. vicio illi aſcribens: qꝫ imbelli ipſe animo cum Ludouico pactus fuerit: promiſſis videlicet illectus hominis qui eum falleret. Litteris cognitis: eas edouardus ludouico cōmunicat.

¶ Interiectis inde non. multis diebus accedentibus ad ludouicum britonum ducis oratoribus pax firmata eſt et annorū nouem inducie cum burgundo poſite. Additum quoqꝫ de ludouico luxemburgo: qui ad eum perfugerat: regi dedendo. Miſſi ſunt peronam qui illum exciperent borbonieñ. nothus admiraldus: dn̄s de ſanctapetra: ⁊ Guillermus ceriſayus cum bona armatorū turma. Exceptum coneſtabilem in diui Anthonij propugnaculuꝫ apud pariſios philippo oleario loci prefecto cuſtodiendum cōmittunt. Deputat deinceps ludouicus petrum doriolum cancellarium et duos parlamenti preſidentes cum alijs iurecōſultis de coneſtabili queſtionem habere. Igitur interrogatus confeſſuſqꝫ plurima in regem deliquiſſe: in curiam parlamenti poſt longam cuſtodiam deducitur. Vbi a cancellario regium inſigne. id eſt aureum diui michaelis torquem quē collo geſtabat: deponere iuſſus eſt. Moxqꝫ ingreſſus ad eum iohannes pōpancurtus: illuſtris inquit comes: hactenus in cuſtodia regis iuſſu habitus fuiſti. Vbi de his que in regem et rempublicam cōmiſiſti queſitū eſt diligenter. confeſſus es maieſtatem frequenter offendiſſe. cum hoſtibus conſpiraſſe. ⁊ fidem violaſſe qua reipublice eras obnoxius. Iam venio ad te a parlamenteo ſenatu miſſus: ſignificare mortis ſententiam que hodie in te lata eſt. Hodie tibi moriendum in grauia ante edes publicas ciuitatis. Terras et fortunas om̄s tuas publicatas et fiſco attributas eſſe tibi renuncio.

Coneſtabilis mors.

Ad hec ludouicus. O inquit optime maxime deus: qꝫ dura hec ſentētia eſt. Te ſupplex oro: da mentē ſinceram te agnoſcendi. Sic locutum quattuor theologi magni nominis doctores vt conſtitutū fuerat reū adeunt ſalutaribus illū monitis conſolaturi. Confeſſione more chriſtiano expleta: orat viaticū xp̄i corporis ſibi miniſtrari. quod non obtinuit. Res tamen diuina quam miſſam appellamus coram illo facta eſt. et panis benedictus oblatus: quem religioſe manducauit. Inde a palatio ad grauiā p̄ medias vulgi turbas p̄ductus: atqꝫ in tabulatū cōſcendens: poſtqꝫ ad diue marie templū (qđ ex tabulato conſpicuū erat) conuerſus longiuſculam orationem plorans habuiſſet: a carnifice iohanne coſino vno gladij ictu capite punitus eſt. Cadauer aūt per cordigeros in ipſorū eccleſia humatū eſt: decembri menſe die decimanona. Anno M. cccc. ſeptuageſimoqn̄to. De eius crimib⁹ ⁊ ſupplicio epigrāmata gallica latinaqꝫ multa ſcripta fuerunt.

Moneta noua

¶ Eodem tp̄e monete preciū mutatum eſt: et ſcuta aurea cuſa quinqꝫ et .xxx.

ſolidorum turoneñ. extimatione. Cui operi quattuor tantũ viri prefecti ſunt Germanus de merla/Nicholaus potterus/dyoniſius brito et ſymon auſoranus. Vectigal quoqꝫ indictum ſingulis dolijs que e regno ad exteram gentem exportarentur. Nam ꝓ quoqꝫ vini dolio (quaꝫ franci caudam vocant) aureum nummũ portitores exigebant. ¶ Poſt hec aliquid ĩ romanos molitus ludouicus: de congreganda epiſcoporũ ſynodo cogitauit. Nam cum ſibi antea non proceſſiſſet: ꝙ de vniuerſali eccleſie conuentu agendo ſuos oratores ad diuerſos principes miſerat de ſuo regno habendum concilium preceptum vulgauit: iubens quoſqꝫ pontifices ⁊ maiorꝫ eccleſiarum rectores ad ſuas ſedes intra a ſe conſtitutum diem redire. ¶ Deinde voto aſtrictus aniciũ (quod podium dicunt) aruernie ciuitatem pergit. Vbi nouem totos dies: diue marie templo quod in gallijs ſumma religione colitur ſe promiſſis abſoluit: mox lugdunũ tranſiens ad dalphinates cum perueniſſet: accepit carolum burgundũ qui in heluetios expeditionem duxerat fuſum fugatũqꝫ cum ſuo exercitu fuiſſe. non procul a granſone oppido: et arcibus duabus receptis quas heluetijs ipſe abſtulerat. Tormẽtis machiniſqꝫ amiſſis: caſtra et ſarcinas omnes direptas. Receptas iſuper ab heluetijs arces et granſonem eſſe. Inuẽtoſqꝫ quigentos et duodecim alemannos quos ſuſpendio burgundus necauerat/eos omnes patibulis liberatos terre cõmendaſſe: et eiſdem alemãnorum furcis loriſqꝫ burgundos ſtrangulaſſe quos granſonem recuperantes heluetijs deprehenderant.

Dux nemorſus captur

Eadem tempeſtate nemorſus dux a dño de belloioco in arce carlati circũuallatus deditione facta captus/ad regem primũ: deinde viennã et deinceps pariſiũ perducitur et in cuſtodia aſſeruatur. Circũuallatiõis tempore eius vxor caroli andegaueñ. filia cum peperiſſet: tam partus dolore ꝙ̃ animi egritudine mortem incurrit: mulier ſpectata plurimũ atqꝫ laudata.

Burgundus fuſus

¶ Rebus apud granſonem diſſipatis. Carolus burgundus cum ioignam in finibus ſequanorũ ſe ex fuga militẽqꝫ recepiſſet heluetios iterũ perſequi (ſicuti ferox et vindicte percupidus erat) conſtituit. At ꝙ illi milite et pecunia opus eſſet: guillermũ gonnetũ eius cancellariũ/cũ alijs vndecim bone apud ſuos auctoritatis viris ad flandrenſes et ditionis eius populos legat. qui militẽ reſartiant: ſextãqꝫ bonorum ſuorum omniũ partem ad belli impenſam miniſtrent. Legatis reſpõſum eſt. Carolo ſi facultas deficit ſe tuto recipiendi: ſubſidium illi vt principi et duci ſuo ſe quidem prebituros: donec domũ ſaluus redeat. Belli autem in heluetios gerendi cauſam nullam videre: cuius gratia ſeſe bonis et pecunia premere aut mulctare neceſſe ſit. Hec dum a burgundo gerũtur ad ludouicũ lugduni agentem renatus ex andegauenſi familia ſicilie rex acceſſit. Cũ quo de prouincie comitatu ad hunc modum tranſactum eſt. Erat renatus plenus dierum ſine liberis princeps: cuius ſoror anglie regina ab Edouardo de familia ducum cloceſtrie in cuſtodia tenebatur. eius liberande cauſa ludouicũ ſibi heredem prouincie renatus inſtituit. Datis a ludouico milibus quinquaginta ſcutorum aureorũ: que redimende regine cauſa edouardo ſoluta ſunt. Regina liberata iuri quod a morte fratris in comitatu ipo vindicare potuiſſet ab renunciat: conſtituta quotannis (dum ſuperſtes eſſet) penſione: quã ludouicus regine perſolueret.

Cedes carlote vxoris mareſcalli a viro facta.

¶ Accidit per hos dies non procul a dordano plena miſerationis cedes. Ludouicus breſey filius normãnie mareſcallus carlotam agnetis (que bella appellata eſt) filiam ex carolo ſeptimo ludouici patre (ſicuti credebatur) genitam habebat vxorem. Hic laxãdi animi cauſa cum in ſiluam aſſumpta vxore venatum prodijſſet: domũ noctu reuerſus: cum ſe laſſum ſentiret: ſeorſum ab vxorio cubiculo cubitum pergit. Carlota autem libera ad tempus viro: iohãnem lauernum pictauꝫ cum quo ſtupri conſuetudinem fecerat: ad ſe protenus in cubiculum admittit. Qua re cognita: iohannes apotecarius domus ſeneſchalli prouiſor ſcelus domino defert. Unde furens ſeneſchallus gladio exerto cum cubiculi fores repente effregiſſet: inuentum adulterum interiore tm̃ tunica amictum. protenus confodit. Coniugem vero que ſe ad liberos in proximo penetrali receperat: culcitra obtectã manu apprehenſam: humo proſternit. Quam in genua procumbentem et mariti miſericordiã femineo ploratu orãtem: traiecto per mulieris pectus mucrone mactat ¶ Sed ad ſuſceptam hyſtoriam reuertamur.

Moracum ĩ heluetijs

Rege lugduni agente renunciatũ eſt carolũ burgundionum ducem reparato exercitu ad moracum in heluetios caſtra poſuiſſe: atqꝫ exile oppidulum circũuallaſſe: eoqꝫ renatum lothoringie ducem (a q̃ nantiũ burgundus abſtulerat) cum validis copijs ſuppetiaturꝫ heluetijs acceſſiſſe. primãqꝫ hoſtium aciem fudiſſe: in fugam verſo romonto comite eius aciei ductore. Unde ex moraco eruptione facta: eos qui in preſidio erant cum lothoringo duce ſe coniungentes in hoſtium caſtra fugatis ceſiſqꝫ ꝙ̃plurimis peruaſiſſe: nec fuiſſe fuge modum donec ioignam perueniſſent Que autem in burgundionũ caſtris ſpolia capta eſſent: heluetios ad beneficij compenſationem benefactori lothoringo reliquiſſe. Occiſorum in ea pugna numerus. xvij. milium fuit.

¶ Victoria de burgundis habita: renatus ãrgẽtinam (que ſtraburgus dicitur) ſe recepit. Indeqꝫ quattuor armatorũ milibus roboratus: nantiũ quod ſibi burgundus vſurparat recuperare contendit. ⁊ oppidum (quod ducentorꝫ ſupra mille militum preſidio tenebatur) obſidione cingit. Qua firmata ad argentinenſes reuerſus: cum nouas copias coegiſſet: eas prioribꝰ quas ad obſidionem reliquerat adiungit. nantiumqꝫ recuperat. ¶ Hec dum aguntur Ludouicus turonum repetens: multis votis quibus ſe aſtrinxerat ſatis pro religionis debito fecit Erat eñ diue marie xp̄i matri vel reuera: vel ſimulatione deuotus. Cuius tẽplis multa donaria obtulit. Interim burgundus (cui aduerſa omnia ſuccedebant) egre admodum ferens a modico principe (vt ipe querebatur) vinci: reſarcitis pro tẽpore copijs: ex ſalinis ſequanorꝫ oppido nantium ducit. Cum eñ de renato ſermonem haberet illum magnopere parui exiſtimabat tanqꝫ gygas ipe: ille nanus eſſet. ¶ Per eam tempeſtatem de caſtelle regno diſceptatio inſurgit. Erat Hẽrico caſtelle regi (vt ferebatur) ex legitimis nuptijs filia: et ex patre grãdis natu ſoror: hec taragonum: illa portugallorꝫ regi vxor datur. Quãobrem vterqꝫ regũ caſtellam vendicare magnis viribus contendit.

Rex portugalie ad burgũduꝫ vadit qui nanciuꝫ obſidebat.

Portugallus rex francũ regem ſecutus: Ludouicum per ſe conuenit. ſperans maxime diſcordijs inter eum et burgundum compoſitis: copias ſibi ad vendicandã caſtellã attribui. Fuit mediuſfidius portugallus rex incredibili magnificentia a Pariſijs exceptus. Verum cum ad burgũdum in obſidione nantij agentẽ pacis cauſa per horridam hyemẽ fruſtra conceſſiſſet: ad Ludouicum redijt. Burgundus enim nantium tam arcte concluſerat: vt fame prope deficientes burgundo permittere ſe obſeſſi deſtinarent. Militabat in burgũdianis caſtris longobardus quidam comes quem campobaſſum appellabant. Hic vel ſuapte perfidia vel pecunia clam corruptus: a burgundo deficiens cum nonaginta equitibus ad Ludouicum regem venire conſtituerat. At per regis internuncios tardatus ne proditiõis particeps Ludouicus eſſe videretur ad renatum profectus eſt: cui burgundi conſilium omne patefecit. Duo vero ſue factionis angelus et montefortus: qui eum ad proditionẽ cõceptã ſequebãtur: iuſſi ſũt cõdeũ petere: qui locus a nãtio ſecũdo tãtũ lapide diſtat: ad moſellam flumen: qua a mettẽſibus et luxẽburgis ad burgũdos cõmeatus importabat. Quarto autẽ nonas ianuarij renatus Varẽgeuillã ad ſanctum nicholaum cum ſuis et heluetiorum copijs progrediens: et poſtridie cum nouãuillam aduenisſet: ad lacũ qui nõ ꝓcul abeſt acies inſtruit. Unam dabeſtanus comes et qui friburgum ſuricũqꝫ incolunt. Alteram bernenſes atqꝫ ternenſes duxerunt. Atqꝫ ita partito agmine alteri ſecũdũ flumen: alteri per viam militarẽ nãtiũ verſus cõpoſito ordine incedũt. Iã eñ burgũdus ſuos ĩ acie ſiſterat. ⁊ heluetios q̃ via publica ꝓgrediebãt: tormẽtis appetere ꝓperabat. Qḋ aĩaduertentes aciei ductores ſiniſtrorſũ ad ꝓximũ collẽ diuertũt: in quos burgũdus Iacobũ galleotũ italũ: ⁊ Iudocũ lalanũ flãdrie ꝓmariũ iudicẽ: bino agmine mittit. Iubetqꝫ hoſtẽ ab eq̃tibus inuadi: ſequente illos numeroſo peditatu. Mox nihilominus heluetij q̃ in colle erãt conuerſa in Burgundos facie: vix credibili impetu in venientem in ſe hoſtem procedunt: ita vt ad primum colubrinarum iactum peditatus omnis burgundorum fuge ſe cõmiſerit. In galleotum autem ij qui ad flumen iter habebant nulla mora incurſantes totam cohortem fuderũt. Eſt pons non procul nantio qua via eſt ad thyonuillam et luxemburgũ quam campobaſſus comes occupauerat. Ad pontem poſtqꝫ fugientes burgundi peruenerunt: inſequente eos ferociter lothoringo: pars fluminis vadis ſe credentes: ab heluetijs trucidabantur: pars fluctibus obruti interibant. pars qui ſiluis ſe credebant: ab incolis ſine miſeratione iugulabantur

Apud nãtiũ renati victoria.

Nec ceſſauit lothoringus hoſtem ſequi: donec adueniens plurima nox eum prohibuit. Cum de burgundo duce interiſſet ne an viueret ſollicitus: q̃nquidem de eo nullum nunciꝫ acciperet: ad mettenſes confeſtim ſciſcitatum mittit: an ipſe per eorum ciuitatem euaſiſſet. At ille reuera dum ſe fuga ſaluare contendit: labente equo quẽ inſidebat fuerat tribus vulneribus occiſus. vno ad caput ſecus aurem. ad dentes vſqꝫ pertingens. Altero ad femora. tertiũ ad anũ Id certiſſima fide compertum eſt capto baptiſta adoleſcente ex colũnenſium familia. qui duci eodem tempore familiariſſime obſequebatur. qui non dubia de illo indicia protenus oſtẽdit. Aſſenſuſqꝫ eſt teſtimonio eius matheus portugallenſis ducis medicus. atqꝫ Anthonius eius frater notus quem lothoringus captiuũ habebat.

Pertinax in dñm amor ſtulta credulitas.

Cuius rei fidem vix admiſerunt artheſienſes et ij qui burgundiorũ poteſtatis erant: temere atqꝫ pertinaciſſime aſſeuerantes: cum e pugna ad germanos dilapſum eſſe. ibiqꝫ ſeptẽnem penitentiam vouiſſe: quã poſtqꝫ expleſſet inde cum potentia reuerſurũ: et ſuas iniurias vindicaturum. Noui nõnullos: qui in ea credu litate obſtinati:equos gēmaſqꝫ venales exhiberent.venderentqꝫ ſi quis eas plus iuſto emeret dilata ſolutione:donec carolus eorũ princeps exacta;penitentia rediiſſet.Inuentũ ducis cadauer nudum in pratello quod riuulus alluit in diui georgii eccleſia apud nantiũ anno ſalutis M.cccc.lxxvj.poſtridie epyphaniorũ dñi conditum eſt.In eo loco vbi tot occiſorum corpora iacebant lothoringus victor ſacellũ condidit.addito ſacerdote qui memoriā defunctorum perpetuo haberet.Edidit quoqꝫ in pratello crucem ex lapide vbi burgundus occubuerat.Nec diu moratus in burgundiam exercitũ ducit quam totam poſt paucos dies ludouici noīe recuperat.Secuti burgũdos ipi antiſſiodorēſes regi paruerũt.

Attrebates
obſtinati

¶Certior factus de burgundoꝝ interitu ludouicus turonũ linquens poſtqꝫ ſuo more varias diue marie edes muneribus honeſtaſſet: Nouiomenſes adiuit.Breuiqꝫ tp̄e Mōdideriũ Peronā: Abbatiſuillam Mōſtrolũqꝫ cũ aliquot locis vſqꝫ ad attrebates occupat.Attrebates vero pugnaciſſimi et duri animi pp̄ls parere detrectarũt:recepto in ciuitate flādrēſi preſidio.Interim dũ cũctāt̃ attrebates regi obtēpare.Ludouicꝰ grādē exercitũ ꝛ belli apparatũ cogit.Sed tādē captā ciuitatē q̄ ſeorſũ cētũ fere paſſibꝰ ab oppido.loco editiore ſita eſt:ꝛ raro muro munita erat: inſtaurat aduerſus oppidanoꝝ vim atqꝫ iniuriā.ad q̊s ex aliis recēter recupatis loc͡ multi odio noīs frāci ꝓfugerāt.Quibꝰ tāta temeritas fuit:vt ꝑ muros ꝛ publicos parietes furcas ſculperēt appēſis albis crucibꝰ:tanqꝫ ipm regē frācoſqꝫ ſuſpēdio dignos arbitrarent̃.Fuerũt q̄ pudēdas partes reuelatas e muris militibꝰ oſtētarēt ꝯuiciantes regi.Venere tñ ex oppidanis ad ludouicũ aliquot ex primoribꝰ.Qui hāc cōcordie formulā reportauerũt.Manerēt ipi in regis fide atqꝫ poteſtate.Vectigalia ꝛ fiſcũ regii queſtores adminiſtrarēt:pecuniā īde queſitā maria caroli burgũdi filia vnica:ab ipis regiis miniſtris acciperet:donec regi p̄mario pricipi ſuo debitā fidē ꝑſoluerit.īterim nullũ regiũ preſidiũ oppidani reciperēt.

¶His ita cōpoſitis ludouicus ad oppidanos mittit borboniũ cardinalē:petrũ doriolũ cācellariũ:Guyotũ potũ ꝛ Philippũ deſquerdũ:qui ab attrebatibꝰ fidei iuramētũ exigāt.Quo ſctē(vt putabat̃)preſtito:cũ legati in diui vedaſti cenobio diſcũbūt:pars ꝑditoꝝ hoim inſurgēs:clamore(vt in ſeditione ſolet)ſublato cenobiũ procurrit:frequēter vociferans occidite occidite:a legatis tñ tēperatũ eſt.Qui ꝓtenus i ciuitatē ad ludouicũ ſe recipiũt.Quā iniuriā diſſimulās rex: morinũ petit.Inde hiſdinũ occupat:et paulopoſt arcē emiſſis q̊ in eā cōfugerant cũ ſuis fortunis militibꝰ.

Legatorum
ſupplicium

Attrebatiuꝫ
pene
Franciſia

¶Dũ hiſdini eſſet ludouicus:attrebates ſimulata ad eũ legatione admiraldũ adeunt: petētes vt bona eius venia hiſdinũ ad regē mittere ſuos nũcios liceat.Acceptis ab admiraldo de ꝑfectiōe litteris:octodecim(odardo butio duce)oppido egreſſi:flandriā verſus iter ꝯſtituũt:eo cōſilio vt mariā caroli filiā cōuenirēt.Cuiꝰ doli ꝓuidus admiraldus:quoſdā ex ſuis exploratũ legatos miſerat.Qui i fraude deꝑhenſos ad ludouicũ om̄s ꝑducit.Hi vltimo ſupplicio affecti ſũt.Odardo capuciolũ pellibus aduocati more ornatũ appoſitũ eſt.Erat ei publicus attrebatiũ ꝓcurator:ꝛ i eo amictu caput āputatũ:tignoqꝫ ſublatũ:cũ iſcriptiōe.Hoc odardi caput eſt.Hac attrebatiũ ꝑfidia irritatus rex:dũ boloniā religiōis cā ꝑgit:circũuallare oppidũ iubet.Reuerſus bolonia tormētis muros turreſqꝫ quatit.Extruxerāt oppidani cōtra ciuitatē ꝓpugnaculũ quo ſe tuētes ciuitatē maxime īfeſtabāt.At tormentorũ violētia ꝓpugnaculũ a frācis ita deiicit̃:vt in oppidũ lōge patēs ſe ꝑſpectus eſſet.Simulqꝫ ludouicus oppidanorũ bona militi diripiēda publicat:quāobrem aioſior factus:qꝫ maximā ſpem diripiēdi oppidi miles capiebat.Verũ īpendēti ꝑiculo ꝑterriti oppidani ad ludouicũ mittũt:miam iplorantes:quā p̄ter multorũ voluntatē īpetrarũt:admiſerũtqꝫ ad ſe regis copias quātũ regi viſũ eſt.nec tñ obprobriis abſtinebāt in mariā caroli heredē ꝓpenſi.Quā lōge a ſe in flādria agentē nō minꝰ qꝫ numē aliq̄d obſeruabāt:ita vt quidā ob ꝑfidiā in regē capite dānati:cũ ſecurim ceruici diſtrictā vnico euadere verbo potuiſſent:mori ꝑtinaciter maluerint qꝫ dicere viuat rex.Mulctati ſũt attrebates multa fuſi celatiqꝫ argēti copia.nec eo magis demiſſiore aio erant.quāobrem veteres loci icolas in penitiorē franciā trāſfert:vocatis ex reliquo regno nouis colonis:q̊s in illorũ locũ velut in nouā coloniā mittit:mutatoqꝫ noīe:franciſiā attrebatiuꝫ vocat.

¶Interī magnoꝑe ſtudet ludouicꝰ quō mariā caroli filiā ad ſe traducere poſſet.Promittit itaqꝫ puelle maritũ ex regio genere dare:nec ſinere eā diſpendio aliquo affici:ſed ditionē q̄ ad eā ꝑtineret tanqꝫ ſuā defenſare.Cuiꝰ rei cā oliueriũ damā regiũ tonſorē q̄ flandrenſis erat ad eā mittit.Non eī franco alicui pricipi rex ſatis cōfidebat:ne legatōis mũere fretus ꝑnicioſũ q̄cqꝫ machinaret̃.Oliuerius āt poſtqꝫ ad mariā venit ſolita temeritate vſus:vel qꝛ ita in mādatis acceperat:petit apud mariā ſeorſũ colloquiũ hr̄e.Qđ cũ puelle pudori atqꝫ celſitudini nō cōueniret:ſermonē ꝓuatim facere nō īpetrat.Sed eā q̄ a ludouico acceperat dicere p̄ſtitibus ad hoc a maria delectis ꝓceribus illũ oportuit.Nec legato fides habita eſt.Igit̃ ad ludouicũ ianis reuertit.

Maximilia
nus mariam
burgundam
deſponſat

¶At flādrenſes tametſi oēm belli rōem vitare cuperēt frācis tñ relictis ad germanos reſpiciũt.Erat frederico alemāno īperatori filiꝰ maximilianꝰ vnũ et vigeſimũ annũ agens.Cũ hoc nuptiarũ federa cōciliant.Nā qꝛ pater ad īperatoriā maieſtatē plurimũ theſaurũ ꝑ ānos ferme q̄nquagīta q̊bus īperiũ adminiſtrauerat adieciſſe putabat̃:ſpes illis erat magni aduerſus regē francũ ſubſidii.Ea re cognita ludouicus henricũ hiſbucũ colonienſem q̄ a puero apud eũ fuerat educatus:ſpecie viſendorũ amicorũ ſuorũ in alemanniā ire iubet:vt reuera exploraret q̄d de nuptiis ageret̃.Hēricus cũ argentinā veniſſet cognoſcit de ineũdo federe cōuentũ apud francfordiā ad kal̃.iunias edictũ eſſe.quo ipſe īperator et cuꝫ eo maximilianꝰ:ipi qꝫ flandrenſes cōuenirent.Curat ꝓpterea ludouicus francfordiā nũcios mittere:eiuſqꝫ negocii munus mihi cōmittit mādans oratoris nomen nō priꝰ aſſumere:qꝫ cōpertũ mihi eſſet q̄ germani principes ſuas ꝑtes tuerent̃.Sũma legatiōis fuit frācfordie in cōuentione ipſa memorare q̄ amicitia inter īperatores regeſqꝫ francos diu ꝑmāſerit.q̊bus legibus atqꝫ īſtitutis ꝑſeuerarit beniuolētia.Mariā burgũdi heredē feudi legibꝰ erga ludouicũ aſtringi:lōgo vſu obſeruatũ eſſe:ne qua illuſtris īter frācos femina viro ꝑegrino iure nuptiarũ rege incōſulto cōiungat̃.Decere illā patriis obtēperare īſtitutis.īperatorie dignitatis ꝛ fidei eſſe:nō violare amici iura.Tēperet igit̃ fredericus ne id cōmittat quo veteris amicitie ſctitudo offendat̃:Talibus mādatis edoctus apud argentinā henricũ hiſbucũ offendi.Vbi dies ſex īmoratus:cũ de cōuentu francfordenſi nũciũ nullũ accipimꝰ:fama aduolat maximilianũ ꝑ rhenũ amnē coloniā petere.Eo ꝓpterea feſtinātes:maguntiā ꝓficiſcimur.quo marie qꝫ oratores ſe cōferunt.rati maximilianũ in eā ciuitatē aduētare.Verũ nulla ſtatiōe magũtie facta ꝓterlabit̃ et coloniā ꝑpaucis comitatus ꝯtendit.Quē et nos itē ſecuti:coloniā ꝑuenimus claꝫ ſciſcitantes:quiſnā princeps francorũ amicitiā ſequebat̃:cui litteras quas ꝑmultas a ludouico habebā redderemꝰ.Vnũ tm̄ neqꝫ ſatis ꝑſpectũ iuliaci ducē cōuenimꝰ.Qui legatiōe accepta rñdet:nos tarde quidē(negocio expleto)aduētaſſe.ſe maximiliano fide aſtrictũ eſſe.a qua ſine dedecore reſilire nō poſſit.neqꝫ tuto nos diu in eis locis diuerſari poſſe que iimica nobis eſſent Se tñ obnixe curaturũ:ne q̄d nobis aduerſet̃.Poſt dies viginti quibꝰ maximilianꝰ ꝓfectionē in flandriā parat:eo quo colonia egreſſus eſt die aquiſgranũ acceſſimus.Quo p̄terea maximilianus centũ ſupra mille tm̄ equitibꝰ ſtipatus ſe cōtulit.Poſtera aũt die ad ludouicũ qꝫ maximis potuimus itineribus ꝑ leodios primũ inde ꝑ cāpaniā atqꝫ artheſiũ feſtinātes rei a nobis geſte fecimus certiorē.Erat eñ per hos dies morini p̄miſeratqꝫ ad ſanctũ audomarũ magnā copiarũ ſuarũ partē:vt locũ obſidione cingeret.

Cameracen
ſes.

¶Redierant eo tp̄e ex anglia viēnenſis archiepiſcopus et oliuerius ruffus:q̄ ludouico rettulerant edouardũ polliceri auxiliũ:miſſurũqꝫ in hollandiā ſupra viginti militũ milia(ſi ita ludouicus volet)q̄ terrā ipſam occupent.Inter hec dubius rex aīo pendebat quorſum īclinaret:cũ ſubito deferẽ:maximilianũ ſexdecim milibꝰ armatorũ potentē baſſeyā aduenire.Qua re adductus copias ꝓtenus a ſctō audomaro reuocat.Cameracũqꝫ ꝑfectus:copias maiores cōtrahit.nunqꝫ ſatis ſui ſecurus.Admiſerāt enī ludouicũ cameracenſes appoſitis legibꝰ.Cuiꝰ rei nō multo poſt eos penituit marraſino illis p̄fecto:qui ex ſacris reliquiis auro argentoqꝫ(vt fama fuit)detracto:ſe ditauit Vnde ad regē poſt accedens:torque aureo multi pōderis ornatus:ad hũc modũ a ludouico taxatus eſt.Cũ regis cenaculũ marraſinus itraſſet:vnuſqꝫ ex aulicis torquē admiratus:illum tangere vult.Noli inquit ludouicus torquem cōtingere:res ei ſacra eſt.

Dux nemorſi

¶Ex cameraco ſenatũ parlamenti ludouicus nouiomũ acceſſit.Vbi de iacobo nemorſi ducis(quē carlati deꝑhēſum diximus)queſitũ eſt.Qui ꝓpterea qꝛ poſt habitā apud rionē cũ rege concordiā cũ hoſtibus ſenſerat quarto nonas auguſti ob leſam maieſtatē morte dānatus:capite apud pariſios in foro publici mercati apud hallas punitus eſt.et eius cadauer a fratribꝰ diui franciſci ī eoꝝ eccleſia ſepultũ.

¶Per eos dies ortis iter principem auraycenſem et craonũ ob burgũdie adminiſtrationē iimicitiis:dũ res bello decertat̃:auraycenſis a fratre adiutus q̄ caſtelliguyonis dñs appellabat̃.et claudio valdrayo:guyũ in ſequanis oppidũ accedens a craono impetitur Vbi cōmiſſa pugna cecidere vtrinqꝫ q̄ngenti ſupra mille armati:quāobrem q̄a francis victoria fauiſſet:ſupplicationes decrete ſunt.

Gheldrēſis
dux capitur.

Flādrenſes
cedũtur

¶Eodē p̄terea tp̄e dux gheldrenſis mille et quīgentis alemānis inſtructus:tornaci ſuburbia cremare cōſtituens:a tornacenſibꝰ p̄mo cōflictu occidit̃.et in vrbē infert̃.Secũdo vero erũpentibus in alemānos equitibꝰ frācis: cũ aliq̄t vrbis incolis cedē fecere duorũ miliũ:ſeptingentis viuis ꝯphenſis.Et cũ flandrenſes ad blancam foſſam multo numero caſtra haberent:miſſis in eos copiis profligati ad duo milia cecidere.

Reliquorū in fuga dep̄hensorū duo q̄ȝ circiter milia corruerūt. In sequanis vero quos altos vulgus burgundos dicit: nō paruā francorū cedē auraycensis apud greyū et alia ad ararim id est sagonā loca fecit: eorū īprimis q̄ sub salazardo et conygano scoto militabant. ¶ Eadem tēpestate caroli magni et diui ludouici simulachra q̄ in edibus palatinis apud parisios inter regū statuas suo ordine posita erant: ad caput aule. vbi sacellū constructū est: iubente ludouico posita sunt.

Edouardi in fratrem seueritas

¶ Accidit ꝑ id tp̄s in anglia edouardi ī fratrē clarentie ducē dira sentētia. Cōstituerat clarentie dux sorori q̄ burgūdo duci olim nupserat auxiliū p̄ter edouardi cōsiliū ferre. quāobrem cōprehēsus et in vincula cōiectus multis post īterfectis dieb᷒ cōsilio ad edouardi p̄sentiā aduocato. dux hanc in se sententiā accepit. Ex londoniensi arce extra ciuitatem ad patibulū traheret. ibi ꝯspiceret ītestina sua cremari: cui mox caput tolleret: ⁊ cadauer quadrifariā secaret. Sed a tā ignominiosa dānatiōe (hortante matre) tēperatū est. Eius tñ supplicij genus hoc fuit. Itaqꝫ in maluatici vini dolio viuus extinguit. et inde exēptus capite trūcatus est.

Maximiliani astus

¶ Per hos dies edouardus misso hisdinū ad regē hauarto: res flandrensiū cōponere frustra tētauit. ¶ Interim quia cōdeti p̄sidio tornacenses īfestabant: ita vt cōmeatus ad illos difficile īportaret: Ludouicus oppidū cū arce recepit: discedētibus inde cū suis fortunis militibus. Cōdeto capto: cameracū: moxqꝫ attrebatū ludouicus petit. Quo maximilian᷒ flamigiqꝫ de pace ad regē legatos mittunt. Promittūt relicturos se ludouico arthesiū: duacū: insulā: orchias: sanctū audomarū cū vtraqꝫ burgūdia: si ab armis rex cesset. His ꝓmissis cōfestim credulus rex cameracum quesneyū bouchiniūqꝫ cū reliquis q̄ occupauerat locis flādrensib᷒ restituit. Et vt fidē ꝓmissis detrahere non putaret maximilianus: castra inter duacū attrebatesqꝫ locat. vnde cū ludouico expeditior cōgressus esset. Duxit regē multis verbis maximilianus. nec fidei satisfecit. ¶ Interim carolus de ambasia burgūdo bello a ludouico p̄fect᷒ multas arces atqꝫ oppida q̄ ad hostes desciuerant recuperat. beluācesqꝫ quadraginta milibus nūmū aureorū mulctat. Mittūt paulopost attrebatū a maximiliano oratores: q̄buscū p̄ter vnius āni īducias nihil actū est.

Feretrū diui martini argēteum.

Redeūte a picardis ludouico: vt erat ī supos magnope deuot᷒: diui martini turoneñ. exteri᷒ feretrū qđ ferreū erat: ex solido argēto fabricare mandat. Opus ip̄m vsqꝫquaqꝫ absolutū ducentis milib᷒ librarū turoneñ. cōstitisse fert.

Contio aurelianeñ.

Nec differt cōsilium aurelianis habere. Ubi eius loco petrus belliioci dn̄s p̄sedit: cōsidentibus plurimis maiorū ecclesiarū sacerdotib᷒ atqꝫ studiorū gn̄aliū insigniūqꝫ ciuitatū legatis. Enīuero de pragmatica sanctione de qua varie sentētie ferebant: deqꝫ ecclesiarū annatis: quarū gratia īgens e regno francorū pecunia romā quotānis exportabat inq̄rere cupiebat: adhibita moderatiōe: ne tantū nūmorū romana auaricia sine rei christiane cōmodo exigeret. Ad eā rem aduersus romanorū ambitionē ludouicus sublimi ingenio et doctrina viros apud se (cōstituto illis stipendio) alebat. Inter quos martinus cognomento magistri theologus doctor fuit: litteratura celebris qui de quattuor virtutibus quas vocāt cardinales laudatissimū scholasticis volumen scripsit: nō multo post morte absūptus. Sed mox cepti penitens ludouicus aureliā cūuenisse contionē dissoluit: dicens se eandē lugduni postea habiturū. Per eos dies apud aruernos ī cenobio issoriensi monachus quidam cū hermofrodita esset: grauidus est effect᷒: asseruatusqꝫ sūma diligētia donec ꝑturiuit. ¶ Eadē p̄terea regiōe leo domestic᷒ dn̄i sui domo elapsus: ꝯplures viros femiasqꝫ vorauit: donec egressus in eū cū multitudine incolarū dn̄s cū forte leo apparuisset: cognito dn̄o ad eū se belua cōtulit. Quā cōfestim multis telis turba cōfodit. Apud attrebates symon courthosius ludouici ꝑ arthesiū vniuersalis ꝓcurator: male fidei hō simulat sibi in flandria negociū esse: quo ꝑ iducias (q̄ posite erant) ꝓfect᷒ mariā maximiliani vxorem adit: ante oīa p̄catus se ī seruū illa recipiat. Illi quidē obseq̄ ꝙ regi malle: cū ad illā arthesij comitatū ꝑtinere maxime cōstet. Si in officio qđ a ludouico habebat ꝑ eā cōfirmet se nō minus fidū fore ꝙ suā familiā q̄ burgūde dom᷒ celsitudinē olim secuta esset. maria (cui᷒ studiū erat multorū amicitiā cōparare) hoī assentit: eūqꝫ ad fidē et iusiurandū admittit. Ille officij et marie benignitatis securus spe bona domū reuersus: accusat ꝑfidie. Captusqꝫ et turonū ad regē duct᷒: postqꝫ crimen cōfessus est capite trūcat: tale fuit p̄miū ꝓditoris.

Bombarda.

Per eos dies anno salutis. M. cccc. lxxviij. machina īgens (quā bōbardā dicūt) turoni cōflata: ⁊ inde parisiū vecta: triste sui spectaculū p̄buit. Ad diui anthonij portā extra muros cū instrata et cōposita prorsus a peritis eius operis esset: dū pila ferrea pōdere quīgentarū librarū ī cauū machine deuolueret: ignē excutit quo pila ipsa repēte depulsa: machine in p̄mis autorē: moxqꝫ quattuordecim ꝓxime astātes viros ita dissipauit: vt ꝑ aerē mēbra ꝓiecta egre īueniri et colligi potuerint. Longi᷒ q̄ȝ euolās pila: aucupem auib᷒ īsidias ponentē oppressit. Alij p̄terea sex violētia

sp̄us et sulphuris fetore grauē valitudinē incurrerūt. Iohānes aūt māgueus q̄ machinā cōflauerat frustatim ꝑ agrū receptus: apud sanctū medericū sepultus est.

Cameracenses

¶ Iamvero ad picardos cōuertamur. Cameracenses q̄ꝙ p̄fectū haberēt dn̄m de fiennis eius nationis insignem equitē: cū bono francorū p̄sidio: deficientes tñ ad maximilianū eius militē accersunt: frācis expulsis.

Bouchinienses

Nec min᷒ ꝑfidi fuere bouchinienses q̄ nondū finitis inducijs: flādrensiū cohortes receperūt: interimētes quosqꝫ in arce dep̄hensos frācos. Ea re cognita ludouic᷒ nouas copias cū multis machinis atqꝫ tormētis: ad carolū de ambasia q̄ cāpaniā moderabat mittit: imperatqꝫ sequanos. i. supiores burgūdos petat: eosqꝫ acerrime infestet. Paret ābasianus ludouico: et mox arcē rochefortē capit: dolā insup vi expugnat: diruitqꝫ. Quib᷒ de rebus cū nūciū rex accepisset: vehemēter gauisus est. Cogitauitqꝫ ꝑ cāpaniā luxēburgū ꝓficisci: quā regionē cōstituerat tanqꝫ ad se ꝑtinentē recuperare: sed alijs distractus cepto destitit.

Maximilianus morinos petit.

Nā maximilianus q̄ grandē exercitū coegerat: ex flandria mouens morinos adorit. Erat morini validū frācorū p̄sidiū: cui p̄fectus īperabat auratus eques de sctō andrea nomen habens militie ꝑitissimus. Eius opa ciuitas defensa est. Ubi aūt maximiliani aduēt᷒ ad cohortes ꝑ viciniora morinis loca platus est: cōfestim erūpunt: morinis subsidiū p̄biture. Incedētes āt cū iā ab oppugnatiōe depulsus maximilian᷒ esset: hostē ꝓcul cōspiciūt: quadraginta pene armatorū milib᷒ instructū: quē maximilianus romōtusqꝫ īprimis ducebant. Frācorū copijs p̄erat Philippus desquerdus: q̄ ꝓten᷒ signo dato p̄liū cōmittit. Cecidere ex p̄ma burgūdorū acie ꝑmulti: sarcinis eorū p̄ciosis direptis atqꝫ amissis: et q̄ fuge se mādauerūt eos miles francus acriā vsqꝫ ꝑsecutus est. At franci sagittarij rati se victoria potitos esse: dū p̄de aīm ītendūt: a romōto comite intercepti nō secus ac oues apud guynegatā mactant.

Pugna guynetana.

Ex burgūdis vndecim: ex frācis q̄nqꝫ milia occubuisse relatū est. Perijt in ea pugna p̄fectus beluosianus: et vastus mōpedon rothomagensis p̄tor. Uenere viui captiui in manus francorū nōgenti fere burgūdiones: īter quos polonie regis fili᷒ fuit. Receptis post pugnā militibus: maximilianus malannoyū nō ꝓcul distantē arcē cui p̄erat cadetus remonetus vasco expugnat. Cadetus autē fide ab ijs q̄ eū ceperāt accepta: cū ad maximilianū ꝑductus esset: et triduo in viculis habitus maximiliani iussu strāgulatus est. Quo illiberali atqꝫ inhumano facto exasperatus ludouicus: ex oībus burgūdis q̄ a francis capti tenebant quiquaginta selectos pari supplicio afficere mādat. Ex q̄bus eodē quo cadetus necat᷒ fuerat loco septē suspensi fuere: decē in cōspectu porte duaci: totidēqꝫ ꝓxime insulā: ⁊ apud sanctū audomarū pari numero: non ꝓcul deniqꝫ ab attrebato alij decē laqueis vitā finierūt. Eius supplicij p̄positus regie domus exactor fuit: octingentis eq̄tibus et francorū sagittariorū sex milib᷒ stipatus. Qui exacto supplicio nō longe a guynis viā facientes. dū flandriā versus incedūt decē et septē minutiora loca occupant. vnde exacta multimoda p̄da ad sua p̄sidia rediere. Afflicti sunt p̄terea magno detrimēto flandrenses: q̄ septuaginta nauib᷒ ex prucia cū plurimo cōmeatu nauigātes: a colūno normāno superati: totis nauigijs et mercib᷒ a francis spoliati sunt. ¶ Inciderat his diebus in mentē ludouici aduersus iohānem borboniorū nescio q̄d iracūdie: ita vt ꝑdere hoiem velle videret. Quesiuit ꝓfecto aduersus ducē cui soror nupta erat ei᷒ ꝑdendi occasionē. Unde iohāni auino parlamentei senatus cōsiliario: et iohāni doyaco aruerno negociū cōmittit plurima p̄ter patrias leges aduersus borboniū ꝑpetrandi: vt idē irritatus borbonius: aliq̄d in regē patraret quo in eum merito rex moueret. Reuerit᷒ est doyacus p̄sente duce p̄tensis sibi velis et tapetib᷒ sericeis atqꝫ aureis assidere: ⁊ ius dicere. Diem p̄terea dicere ducis insigniorib᷒ officijs: in ꝑlamenti senatu se sistendi. īter quos affuit iohānes hebertus cōstantiensis antistes: q̄ in custodia asseruatus est: et ei᷒ bona regie ditioni deputata. Quo tp̄e rursus cū maximiliano septē annorū īducie ītercesserūt: cōsilio magis alterutrū fallendi ꝙ ineūde pacis. Trahebat eni maximilianus ludouicū multis ꝓmissis: q̄ soluere ip̄e minime cōstituebat. insidiabat illi ludouicus si īgenio aliquo a gallijs extrudere illū potuisset. Sed ꝑ id tp̄s egrotare maxime ludouic᷒ cepit. Nā comitiali morbo cū interdū p̄meret: elephātie q̄ȝ occulta īdicia pre se ferebat: et hemorroydis crebro vexabat: quāobrem medicorū diligenti opera vsus est: et p̄sertim iacobi quoteri burgūdi: q̄ ad extremā vsqꝫ diem illi obsecutus est: multis opib᷒ ab eo ditatus. Ualitudine āt paulisper leuatus: nihil prorsus vel seriū vel ludicrū p̄termisit: qđ ad bonā valitudinē cōueniret. Nā multa excogitarūt cubicularij ad exhilarandū eū. sicut maiorū muriū venationes: quas in cubiculo exhibebant.

Cāpus regis.

¶ Cōdiderat ex tabulatis et curribus munitiones q̄ suo ābitu grandē exercitū cōplecterent: vbi miles tanqꝫ in vrbe cōtineret. Neqꝫ ille minus solido ciuitatis muro: siue ad iacenda siue ad repellenda tormēta firme erant: poterātqꝫ dissolute quorſum iuſſiſſet rex vectura transferri. Eas laxandi potius animi cã ꝙ neceſſitate: in planicie põtis arcis explicari et in eis milites pro loci magnitudine induci iubet: eiqꝫ negocio philippũ deſquerdũ et guillermũ picardũ pficit. mãdatqꝫ militẽ ibi menſem vnũ totũ agere cognoſcẽdi gratia quãto cõmeatu opus illi eſſet. Re aliquot dies pſpecta militeꝫ in ſua pſidia dimiſit: ipſe turonũ ꝓficiſcit. ¶ Eadẽ tẽpeſtate franciſcus britonũ dux miſſis mediolanũ nũcijs q̃ arma cõpararent: atqꝫ ad ſe ferrent: dũ ꝑ aruerniã arma velut faſciculatas ⁊ bombice ne pulſu tinirent obtectas merces nũcij vehũt: doyacus cõprehẽdit: quibꝰ armis eũ rex cõfeſtim donat Letus ꝙ britonem hoc dãno affeciſſet. Non multis poſt diebus cũ grauiꝰ ſolito egrotaret ludouicus: certauit magnis muneribus opem a diuis ĩpetrare: quibꝰ cõplures eccleſias abunde ditauit. At cũ vota oblationeſqꝫ illi parũ ꝓcederent: nouiſſime diuo iohãni baptiſte deuotus extitit. Inſtituitqꝫ in ſacro ſacello pariſiaci palatij miſſam dietim ꝑpetuo cantari: que de ipſo dñico baptiſta eſſet. Cantoribꝰ aũt libras mille annui cenſus deſignauit: ex vectigali qḋ pariſiani portitores a vectoribus marinorũ piſciũ exigunt. ¶ Diuũ pterea claudiũ qui apud ſequanos in monte iura colit religioſe veneratus eſt. Adiuitqꝫ monaſteriũ multa militũ manu ſtipatus. prius tñ ꝙ peregrinationẽ aſſumeret: carolũ filiũ petro de belloioco cũ regni adminiſtratione cõmittit.

Dira fames.

Quo tpe dũ annus ſalutis. M.cccc. vnus et octogeſimus agit: fames cõplures abſumpſit. Longa eni inedia vexati pleriqꝫ: cũ acceptũ dono cibũ manderent: illũ ad ſtomachũ tranſmittere: coercitis inedia arterijs: non poterãt. Hoc diro incõmodo lugdunenſes aruerni borbonijqꝫ imprimis laborauerunt. ¶ Anno qui ſecutus eſt iohãna ludouici ſoror iohãnis borboniorũ ducis cõiunx molini febre interijt: mulier ante alias optima. Mortua quoqꝫ eſt maria maximiliani vxor relictis liberis duobus: mare et femina. ¶ Peregrinatione claudiana exacta: ludouicus clerijũ veniens nouem totos dies in templo diue virginis religionis gratia diuerſatus eſt. Alleuatuſqꝫ paululũ morbo: magdunũ ſe contulit. nec diu ibi moratus: clerijũ cũ rediſſet: flandrie oratores audiuit: qui de pace ad eũ venerãt. Quibus per benigne reſponſum eſt. Quare ad ſuos leti reuertentes: reliqua q̃ paci cõueniebant tractauerunt. At ſub ipm tempus aeria ad liſam flumen (quo flamingi ab artheſienſibus diſiungunt) a philippo deſquerdo recipit: dedente illã oppidi prefecto: q̃ triginta ſcutorũ aureorũ milibꝰ a ludouico muneratus: prefecturã quoqꝫ centũ equitũ cũ ſolito ſtipendio accepit.

Leodij.

¶ Apud leodios fuit ludouico borbonienſi aduerſa fortuna. Nam guillermus marchianus (qnẽ arduenne aprum leodij vocant) belli queſita occaſione: ludouicũ epm cũ incõpoſita populi multitudine vrbe egredientem ex inſidijs adoritur: et manu ſua necat: mox pontificis nudũ cadauer pro eccleſie maioris foribus plebi conſpiciendũ exhibuit. Fertur eũ a ludouico rege pecunia militeqꝫ vt id faceret fuiſſe adiutũ ꝓpterea ꝙ maximiliano antiſtes cõplaceret. ¶ Nõ erat ludouico a morbo requies: ſeqꝫ in dies magis ac magis debilitari ſentiebat: et mortis metu angebatur: nemo ei fuit illo vite cupidior. Tamen ꝓuidus finis ambaſiam ſe portari iubet. Ibi carolũ filiũ amonẽs. Sum inquit cariſſime fili breuioris ꝙ eſtimas vite: vtiqꝫ morbo afficior cui nulla ſubuenire medela queat.

Ludouici ad filiũ orõ.

Tibi poſt me regnandũ eſt: i qua re tibi maxime neceſſarij ſunt fideles miniſtri. Inter plurimos quorũ fidẽ et diligentiam ipſe expertus ſum: duos tibi cõmendatos facio. oliueriũ dammam et iohannem doyacum. Illius ſeruitio ita vſus ſum: vt eius maxima ope vitam mihi diu ſeruatam eſſe putem. Illum in tuo obſequio poſt me habeto: nihil de officijs aut fortunis q̃ ſeruiendo conſecutus eſt illi detrahi ſinito. Guyotũ quoqꝫ potũ et bochagiũ ita exiſtimabis: vt viros conſilio et prudentia valentes. Philippum vero deſquerdũ in rebus bellicis plurimũ ſcire atqꝫ intelligere dubius non ſum: eius prouidentia atqꝫ moderamine dũ bellũ erit vtitor. Ceteros q̃ magiſtratus a me aut officia adepti ſunt cõſeruato: populo quẽ ingruentiũ bellorũ neceſſitate multis vectigalibꝰ extenuaui quoad ꝑ te fieri poterit leuato. Matri ne credito: cũ eni ſabaudienſis ſit: burgũdis fauere mihi ſemꝑ viſa eſt. Alioqn bonã et pudicã illã ſum arbitratus. ¶ Hec poſtq̃ dixit: turonũ reuerſus excogitauit a muſica valitudinis leuamen querere. Quãobrem acceſſiri mãdat oĩs generis muſici inſtrumẽti luſores: quos centũ ⁊ viginti cõueniſſe cõſtat. Inter quos affuerũt ouiũ paſtores q̃ multos dies nõ ꝓcul a regis cubiculo cõtinenter modulabant eius cõſolandi cã: et ne ſõno quo grauabat ſuccũberet. Iuſſit quoqꝫ pter hoc hoĩm genus: alterũ longe diuerſum ad ſe cõuenire. Solitarij et q̃ heremũ incolunt hoĩes: quiqꝫ opinione ſanctitatis plurimi eſtimabant. Femine quoqꝫ ſpectate religionis turonũ cõuenerũt: qbus negociũ mandatũ eſt: deũ indeſinẽter orare: vt regi ſalute reſtituta maneret ipſe diu ſupſtes. Tam appetens diutiſſime viuẽdi fuit ludouicꝰ. Preſagiebat credo aĩo turbatiões quas ipo mortuo regni admĩſtrãdi ꝯcupiſcẽ

---

tia importauit. ¶ Venere per id tẽpus ad valitudinarium regem flandrenſiũ oratores: quos per Iohannem de vaccaria primarium parlamenti preſidentem et Philippũ deſquerdum audiuit. Poſt aliquot conuentiones tandem de pace conuenit: vt Carolus Ludouici filius Margaretam Maximiliani filiam dum legitima vtriqꝫ etas eſſet acciperet vxorem. Donãtur a Ludouico legati. xxx. milibus ſcutoꝝ aureoꝝ: preter pocula argenti celati quod illorũ cauſa rex cudere iuſſerat. Erat autem Margareta infra bimatũ: ⁊ a Gandauis educabatur. Igitur redeuntibus gandauũ flamingis oratoribus: fit apparatus ingens de margareta ad francos ducenda. nec minus curabat rex magna pompa Margaretam a flamingis recipere.

Carolꝰ margaretã maximiliani filiã deſponſat.

Ob eam rem Petrum de belloioco cũ multa procerũ frequentia: Ludouicus illi obuiam mittit. Annã quoqꝫ ſororẽ que Petro nupſerat occurrere noue nupte iubet. fit preterea a Pariſijs multiplex ⁊ variũ ad eam excipiendam paramentum. Quarto autem nonas iunij ãno ſalutis. M.cccc. octogeſimotercio: margareta Pariſium ingreditur infans puella. Et paulopoſt ad ludouicum ambaſiam frequenti pompa deducitur. Vbi deſponſationis feſtum cõmuni omniũ leticia menſe iulio celebratũ eſt. Quo anno Ludouicus ſurſum deorſũqꝫ a ſuperis: hominibuſqꝫ opẽ ſue valitudini implorans ſacrũ liquorẽ: quẽ ſacrando Remis clodoueo celitus miſſũ ſupra diximus: ad ſe turonũ deferri iubet. Allata eſt preterea ex ſacro palatij ſacello ſũmi ſacerdotis aaron virga: ⁊ victorie crux: quã carolo magno diuinitus fuiſſe datam pleriqꝫ aſſeuerãt. Sed definite mortis nemo limitẽ ꝓduxerit. Infirmat indies: magis ac magis ludouicus: nec profũt miris modis queſite et raro antea excogitate medicine. Itaqꝫ tercio kal. ſeptẽbr. apud turonos morit: q̃ mortis ſuppliciũ aut metũ multis freqẽter incuſſerat. Voluit aũt ĩ diue marie apud Cleriũ tẽplo ſepeliri. Vbi monumẽtũ ſibi extruxerat: ĩ qḋ viuẽs adhuc deſcẽderat: decubueratqꝫ tentans ſi cadaueri eius monumẽtũ quadraret. Qui tametſi duritiſſimis pro ſuo arbitrio inſtitutis nobilitatẽ pplmqꝫ preſſerit: opere tñ precium regno erat aliquot illi annos vitam ſupeſſe: donec Carolus adoleuiſſet: quẽ tenerũ ⁊ nullo rerum vſu exercitũ heredem relinquebat.

Fuit Carolo (cui octauo nunc appellatio eſt) mitius ingenium et natura benignior. Quem nulla eruditione latina inſtitui pater voluit: exiſtimãs litteras ĩpedimẽto eſſe regnantibus. Deqꝫ ſe id iudiciũ faciebat: ꝙ cũ excellenti ingenio eſſet: ⁊ plurima noſſet: ad moleſtiam ſibi eruditionẽ accedere dicebat. Credo ludouicũ ꝓuidere Caroli fragilitati voluiſſe: cui primã infantiã nõ ſatis firmã eſſe cõſpiciebat. Teneris eñ atqꝫ imbecillibꝰ mẽbris pmo Carolꝰ fuit ita vt ſedulo duci illũ et portari molliter priuſqꝫ ſolide incederet oportuerit. Cui incõmodo doctrine curã ⁊ laborẽ nõ cõgruere pater arbitrabat. Alioquin erat Carolo animus diſciplĩne appetens. Nam Ludouico mortuo cũ regiã adeptus eſt dignitatẽ ſcriptos gallice libros libenter legit: tentauitqꝫ latine ſcire. Conſecratione Remis ſuſcepta: ꝓrenus de ſupfluis ludouici donationibus ratio habita eſt. q̃ ad ius fiſci reuocate ſunt. ¶ De Oliuerio aũt dãma cum propter multa tum ob a ſe (mandante Ludouico) necem ꝑpetratam: vltimũ ſupplicium ſumptum. Nam cum Daniele quodam flamingo ſibi plurimũ familiari patibulo vitam terminauit. In quem id carmen a me editum eſt.

¶ Sunt ſua criminibus ridentia tempora tonſor:
Currere que ſubito prouida parca vetat.
Hoc poteras olim longe pregnoſcere damma.
Vt ſaltem horreres tollere cede pios.
Te natura humilem cum mater flandra tuliſſet:
Arte vna noras radere ceſariem.
Hunc talem et ſeruum te ſepe lutecia vidit.
Tutus ab hac poteras ducere ſorte dies.
Raptus ad excelſam lodoici principis aulam:
Mox herebi furias moribus anteuenis.
Et caput huic tondens: dum ſuffers lingere ficos:
Pre ducibus: regi regulus alter eras.
Quid tibi non licuit ſoboles tam dira neronis:
Nemo non vixit te referente reus.
Nemo dei ſacra: cenſuram nemo gerebat
Grandia qui renuit promere dona tibi.

Pꝛotenus exſilium:vel moꝛs:vel mulcta:negantem
  Pꝛeſſit.eras iudex:lictoꝛ et exitium.
Regnaſti.ſatis eſt.ſurgunt noua ſydera mundo.
  Turba ſceleſtoꝛum territa luce fugit.
Agnoſce o tonſoꝛ quo te ſcelus extulit atrox.
  Et te pꝛecipitem:depulit in laqueos.
Te daniel:te dira cohoꝛs:te memmius odit.
  Et ſcelerum autoꝛem damnat:et inſequitur.
Neſcio quid de te ſuperi:vel fata reponunt:
  Seu lictoꝛe cades:ſeu cruce liber eas:
Una tamen vulgi conſtans ſententia:furcas
  Expetit:vt ſatiet(te pereunte)odium.
Interea vinctus culpas abſterge gemendo.
  Peccaſti.moꝛte eſt nunc redimenda ſalus.

¶ Doyaco aures amputate. Sed mox ab initio ſuſcepti regni oꝛte ſūt de Caroli tutela et regni admīſtratiōe diſcoꝛdie:inuidētibꝰ pleriſqꝫ Annā Caroli ſoꝛoꝛē adminiſtrationē gerere. Pꝛimus ob eā rē Ludouicꝰ aurelianoꝝ dux q̄ Ludouici alterā filiā vxoꝛē habebat bellum mouit:multa pꝛius molitus:vt regni gubernacula reciperet. Sed cepti fraudatus:apud ſanctum albinū:dum non ſatis pꝛoſpere pꝛeliatur captus eſt:⁊ in cuſtodia in arce bituricēſi diu aſſeruatus. ¶ Inde maximilianus q̄ burgūdiā artheſiūqꝫ repetebat magnis viribꝰ inſurrexit:aureliano cōiuratus. In britones quoqꝫ(frāciſco duce defūcto)arma a carolo ſūpta ſūt: quibꝰ hēricus ſeptimꝰ angloꝝ rex:q̄ caroli auxilio angliā nuper vēdicauerat. ſuppetiatꝰ eſt Cuiꝰ rei gr̄a aliquot legationibꝰ cū frāciſco luxēburgo ⁊ carolo marignyano apud hēricum anglie regē functi ſumus. Ille tñ neqꝫ amicitie neqꝫ beneficioꝝ recoꝛdatiōe cōtineri potuit: quin expeditionē in gallias traduceret:⁊ boloniā obſideret. Demū philippi deſquerdi oꝑa cōfecta pace:copias in angliā reduxit:pacis quidem quātū ſibi licuit henricus amatoꝛ erat Poſtridie autē inite cū hērico pacis carcaluenti britonis negligētia atqꝫ inertia: attrebatū a Maximiliani militibꝰ noctu captū eſt:nemine pꝛoꝛſus defēdēte ciuitatē. Quinimo ipē carcaluētus pꝛefectus(creditis cuidā ex ſuis poꝛtarū clauibꝰ)ſtrato ſegniter decubās:in hoſtiū poteſtatē venit. Fuit nō multo poſt cū Maximiliano cōciliata vel potius ſimulata cōcoꝛdia Dimiſſa tñ Margarita:Carolus annā britonū dn̄am:vxoꝛē repēte accepit. Et alphōſo aragonū regi ruſcillio eſt pꝛeter multoꝝ opinionē reſtitutus. Ita em̄ ludouicū caroli patrē moꝛientem teſtamēto voluiſſe vulgatū eſt. Atqꝫ ad hūc modū cū a bello carolus q̄eſcere potuiſſet:cura illi inceſſit de ſicilie regno:qđ ſibi patrimonij iure ꝑtinere ꝯtēdebat. Nec potuit vlla rōne a ſentētia dimoueri. Nec audiuit pariſioꝝ oꝛatoꝛes:q̄ eiꝰ rei gr̄a ad eū miſſi erāt. Contractis ꝓpterea terra mariqꝫ copiis:hoꝛtante maxime alexādro ſexto romano pontifice:⁊ ludouico mediolanenſi q̄ alphonſo neapolitano infenſi erāt:in italiā ducēs.cāpaniā mox:atqꝫ inde neapolim fugato alphonſo mira celeritate ſubiugauit. Sed reliqua eius expeditionis ꝓſequi cōmode nō poſſū. Neqꝫ em̄ mihi ſatis ad purū cognita res eſt:q̄q̄ audio pꝛeclara et memoꝛabilia multa ab eo geſta eſſe:que poſteritas enarrabit. Foꝛnouienſis em̄ pugna quā in eū veneti ⁊ mediolanēſes dū in franciā reuerteretur excitarūt:celebꝛioꝛē illū effecerūt : dum paucis aduerſus plurimos diu multūqꝫ data oꝑa cōpoſitos pugnās victoꝛ euaſit. Dumqꝫ Alexander ſextus pontifex romanus chꝛiſtianos pꝛīcipes om̄s aduerſus hūc vnū frācie regem excitare magnopere ſtuduit:parcitus odio france maieſtatis.

¶ Peroꝛatio.

Confeci hactenus Petre longum et laboꝛioſum iter. Hic erit noſter hyſtoꝛici curſus extremus limes. Ducentoꝛum enim ſupꝛa mille annoꝛum curricula q̄ꝫ potui breuiſſimo compendio pertranſiui. Tot enim et paulo plures anni a relicta ſicambꝛia ad hunc vſqꝫ quo hec exegimus diem defluxere. Quo tempoꝛis lapſu ſex et quinquagita reges (pꝛeter tris duces:qui ab initio abſqꝫ regio nomine francoꝛum res adminiſtrarunt) nutante quidem foꝛtuna:ſeruata tamen monarchia regnauere.

¶ Finis.

¶ Guaguinus lectoꝛi .S.

Limes adeſt. proceſſit opus.ne liuidus aſſis
  Lectoꝛ. habent mendas deuia pꝛela ſuas.
Quoduis ingenium quadam vel parte redundat.
  Uel rude:vel mancum eſt:vel graue: vel fluidum.
Contio crebꝛa titi culpatur.furta maronis.
  Eſt cicero elumbis.pes tibi naſo celer.
Non ſatis hyſtoꝛie criſpi pꝛefatio quadrat.
  Nil adeo cultum liuoꝛ iniquus habet.
Non minus hoc poterit tantillum carpere moꝛſoꝛ:
  Leſerit illuſtres cum fera lingua viros.
Sed quid agas? reſidem taxabit inertia mutum.
  Scriptoꝛem riſoꝛ extenuabit iners.
Audendum tamen eſt.ſpernendi mille latratus:
  Occidet a buſto murmur et inuidia.

¶ Jodoci Badii aſcenſii de pꝛeſtātia galloꝝ et auctoꝛis huius vtiliſſimi compendij Carmen.

Acria meonio tot ꝓlia digna cothurno:
Totqꝫ cothurnati nūeris referēda maronis:
Gallica felici depleuit marte iuuentus.
Nullaqꝫ pꝛincipibus tā foꝛmidata togatis
Gens capitolinas obſedit viribus arces:
Unde auro pelli ponderat: nō viribus vllis.
Scilicet inſōnis noꝛat ꝑducere noctes:
Atqꝫ aſſueta malo:patiēſqꝫ algoꝛis et eſtus
Pꝛima ꝑ ymbꝛiferas ſeſe traduxerat alpes
Pꝛotinꝰ ⁊ parthos bello domitura feroces
Subqꝫ iugū graios victrix miſſura ſuꝑbos
Unde gerit mixtū nūc gallogretia nomen.
Nec tamē antiqua ſuperis deuinctius vllum
Relligione genꝰ:nullū obſeruantius equi:
Nullūqꝫ excultis tā pꝛeſtās moꝛibꝰ oꝛtū eſt.
Sed neqꝫ ſacroꝝ reſeranda occulta ꝓphanis
Aut pp̄lo fixis duxit pandēda tabellis
Ne toꝛpoꝛe graui iuuenū mens victa: libꝛiſqꝫ
Freta:aſpernet̄ ſacros ediſcere ritus.
Nec ſua nobilibus pꝛeconia fulta triūphis:
Et clarū facinus memoꝛi mādare poete
Geſtijt:aut docti ſcriptis cōcredere cadmi.
Scilicet egregie contenta egiſſe:diſerte
Dicere neglexit:donec te maxime regum
Carole:victoꝛem rurſum videre latini
Parthenopeqꝫ ſuū dn̄m agnouiſſe coacta eſt
At nūc altiſone tua foꝛtia geſta camene
Certatim ad ſuꝑos tollūt:vnde aurea fauſti
Exoꝛitur veterū nulli ceſſura poeſis.
Quin adeo noſtri nitoꝛ indelebilis eui
Pꝛimus ab italia linguā transferre latinam
Felix:Robertus tua ſtēmata clara gaguinꝰ
A pꝛoauis atauiſqꝫ trahit:plēqꝫ per omnem
Ingredit̄:totā referens ab oꝛigine gentem
Et quas quiſqꝫ vꝛbes curuo ſignauit aratro
Et quibus auſpicibꝰ galloꝝ gloꝛia creuit
Pꝛoinde decus regū pꝛeclaris annue ceptis
Et patere in toto reſonēt te pulpita mundo.

¶ .P. fauſti andrelini foꝛoliuiēſis poete laureati ac regij in ampliſſimo gymnaſio Pariſienſi oꝛatoꝛiam ac poeticā artem ꝓfitentis in gallicas hyſtoꝛias ab eruditiſſimo Roberto gaguino editas Carmen.

Ut nitidos totū radios diffundit in oꝛbem
  Cum titan puro ſplendidus axe micat:
Hyſtoꝛijs ſic galla tuis monumenta relucēt
  Exculte ac bꝛeuibus clare Roberte ſonis.
Grandia milleno quis tedia voluerit anno
  Que rudis immenſo codice maſſa parit?
Gallia q̄ꝫ debet regalibus inclita geſtis
  Tam debent ſcriptis regia geſta tuis.

¶ Ad Robertum gaguinum oꝛdinis ſancte trinitatis miniſtrū generalē. Cornelij girardi goudēſis Hieronimiane vallis Canonici regularis Ep̄la in laudem Cōpendij eiuſdē qđ de gallie rebꝰ accuratiſſime edidit.

Legi tuū in hyſtoꝛias gallie ꝯpēdiū optie pr̄ Roberte Gaguine opus meo iudicio:qđ vt tibi nō īmerito apud poſteros īmoꝛtalitati nomē afferat:ita ⁊ ſingulis e ſua dignitate quū rerū geſtarū noticiā:tū militie peritiā copioſiſſime ſubminiſtret. Nihil ī eo legi/qđ vel exꝑſſius vel luculētiꝰ dici potuit:⁊ qđ vel oīm in hyſtoꝛia maximi facimꝰ:fidē rebꝰ tribuis/ac oīa vt cōſulta vt geſta ſūt/explicas euidēter. Nō tuis nō hoſtibꝰ tua parcit auctoꝛitas.ita ſinguloꝝ vicia ⁊ factiōes/ita ſinguloꝝ v̄tutes ⁊ ſtrategemata ꝓbas:vt neqꝫ ī exteros odio : neqꝫ amoꝛe ī tuos flecti videare. Nulla ī te gr̃e ſuſpitio/nulla ſimultatꝭ iuenit̃: quo minꝰ ꝗ̃ rei ꝟitas poſtulabat dicere ꝓſūpſeris nihil. O aīm integerrimū. O pectꝰ veri tenaciſſimū. O virū eq̄tatꝭ obſeruantiſſimū/ꝗ̄ ꝑinde turpia atqꝫ preclara oīm facinoꝛa/⁊ deprimit ⁊ extollit: vt neſcias vtrū in ciues an ī hoſtes ꝓpēſioꝛ habeat̃. Nā ī oī hyſtoꝛiogͣpho nihil vnqꝫ magnificētius/nihil illuſtrius/nihil deniqꝫ laudabilius queri poteſt/ꝗ̃ vt nullo amoꝛe nulloqꝫ odio a vero deflectat̃. Id eñ vel vnū oīm eſt: in ꝗ̄ palmariā ſibi Criſpus ſaluſtius nauauit operā/ꝗ̄ ⁊ teſte Liuio ⁊ noſtro Aurelio/iccirco celebrioꝛ: qꝺ ceteris rerū ſcriptoꝛibꝰ verioꝛ eſtimet̃. Ut eñ nihil falſi/ſcriptoꝛ fidelis intermiſcere dꝫ/ita etiā nihil veri qꝺ nō dicat ꝑtermittere. Hec eñ ſūt veluti duo cādelabꝛa/ꝗ̄bꝰ oīs hyſtoꝛia neceſſario illuſtret̃. Que vbi deeſſe ꝯtiget: nihil qꝺ nō fumo ⁊ caligie plenū ſit repies. Hee ſūt ꝑterea due colūne ꝗ̄ tēpli porticū ſuſtētabāt. Hyſtoꝛiā equidē meo iudicio nō ab re tēpli porticū dixeri/ꝗ̄ oibꝰ nobis ad diuinaꝝ reꝝ archana tāqꝫ ductrix ⁊ magiſtra itroitū patefacit. Tu aūt optie pr̃/⁊ oīm lr̃aꝝ facile pꝛiceps Roberte Gaguie/nō ſolū hec ꝗ̄ ꝓdiximꝰ/verū etiā ꝗ̄ ex vſu hyſtoꝛie eē Marcus anthoniꝰ ī ſcđo de oꝛatoꝛe libꝛo ꝓcipit tā mirabili artificio obſeruaſti oīa: vt nō parū ad Thucydidis ⁊ igeniū ⁊ laudē acceſſeris. Et ꝗ̄d dicā? Tā creber es reꝝ frequētia: tā ꝟbis aptus ⁊ ſētētijs: vt quū ī multis tuaꝝ editionū opibꝰ plurimos: tū ī hoc tuo cōpendio/teip̄m viciſſe videaris. Nūc eī ī eo militū ſelectus/nūc expeditoꝝ cōgreſſus ita deſcribis ⁊ inculcas: vt cū rebus ſudare ſentētias prudēs lectoꝛ iueniat. Ita ante ocl'os ponis oīa: vt nō legere hyſtoꝛiā/ſed pugnātiū turmis itereſſe me credā. Poſtremo qꝺ nō mīme demiratus ſū/vbi opportune habita occaſiōe ſiue de cymbris ⁊ burgūdis. ſiue de religiōe ⁊ eccl'ie cerimonijs/ꝗ̄d externaꝝ reꝝ affers: tā artificioſe excurris. vt tñ incepte narratiōis textū nō ꝯfūdas/neqꝫ aliꝗ̄ modo abijciēda fuiſſe/ſꝫ eodē ꝓpemodū glomere pēdētia ⁊ filo/ꝓfuſa videant̃. Et vt vno ꝟbo cōplectar vniuerſa/ita rebꝰ tempoꝝ oꝛdinē/locoꝝqꝫ ⁊ ꝑſonaꝝ deſcriptionē/ita ꝟbis dicēdi genꝰ modo fuſū modo collectum ſed nō ſine mirifica ſuauitate accōmodas: vt nihil nō ſit qꝺ legētē ſūme delectet: ⁊ tuā igenij facilitatē/incredibileqꝫ memoꝛiā/oibꝰ predicet ⁊ oñdat. Parcius te laudo cādidiſſime pat̃ ꝗ̃ dignus ſis. tum qꝛ primarias tue laudis partes/meus heraſmus: illo ſuo facūdiſſimo oꝛe occupauit/tū qꝛ tuis ex lr̃is (ꝗ̄ tua modeſtia eſt) tuarū laudū/te impatientiſſimū eē intelligā. Scribo tñ hec (ꝗ̃tulacūqꝫ ſint) ne amici mei aut eū me eē garriant ꝗ̄ vere iudicare nō poſſim aut certe adeo malignū vt laudare nō velim. Uale.

¶ In laudē opis Epigrāma Cornelij girardi. In quo ipſū libꝛū ꝗ̄d in ſe cōtineat/et de fide rerū/quid ꝓmittat loquētē introducit.

¶ Ad lectoꝛē Liber in perſona Cornelij canonici regularis.

Noſſe cupis lectoꝛ ꝗ̄ Gallia creuerit oꝛtu
Et quibꝰ ad ſūmū eſt regibꝰ aucta ḡdū
Quis dñi cultū/ꝗ̄s ceperit oppida muris
Cingere/⁊ eccleſias rite dicare ſacras?
Quid pax accumulet ꝗ̄d martiꝰ excoq̄t hoꝛroꝛ
Et ꝗ̄bꝰ hic cepta eſt relligio ipſa viris:
Me lege/me placido ꝯplectere mētꝭ amoꝛe
Nā cano liligeri foꝛtia geſta throni.
Olim qua Tacitus placuit/bꝛeuitate vigemꝰ
Atqꝫ Titi nobis iam ꝓpe ſplēdoꝛ adeſt
Qua cūctos ſuperat Criſpus/recitatio veri
Aſſidua/⁊ rerū ſtat mihi plena fides
Nil ego ꝑtereo/ nulli mea pagina parcit
Sit meus/aut hoſtis nil metuo omne loqui
Eloquoꝛ intrepidus /ꝗ̄ vero ꝯſona vidi
Iuſticie ⁊ fidei nil mea charta negat
Foꝛte nigra excādēſ (qꝺ nō ꝓbo) bibe tyrāne
Uulcani iubeas me penetrare focos.
Seu mergi vitreas me Deucalionis ī vndas
Exiliū ve pati/plus tibi (crede) noces
Mox aliū ꝗ̄ me genuit dabit ecce Robertus
Qui cū lacte olim/nō niſi vera bibit
Quietiā vaſto tāta eſt mihi copia in oꝛbe
Ut metuā ipſe tuas nil (miſerande) minas
Si mala te cruciant ſeue cōtagia mentis
Que noto/nō ego te ſed tua culpa premit
Hec tibi me lectoꝛ voluit Cornelius ipſe
Dicere voce data. qui mihi totus auet
Qui nō blandiri ꝗ̄ me intus ⁊ in cute nouit
Cui nihil eſt vero gratius atqꝫ fide
Hic mihi ſignifero precepit honoꝛe reuiſam
Marte olim rutilos oꝛbis et vꝛbis auos
Nō locus eſt inq̄t/quē non tua geſta decoꝛent
Te nouit Latiū/Rheblata/Pidus Arabs
Anglia te celebꝛat ſcotꝰ/bꝛito/dalmata iberꝰ
Te Belge ⁊ Phriſij: Teqꝫ ſicamber amat
Te cymbꝛi/Octauij/te Sueui/teqꝫ Turingi
Frācones/Hubij/Parthenopeqꝫ colunt
Perge igit̃ felix/⁊ te duce Gallia vbiqꝫ
Fulminet/ac nomē tollat in aſtra ſuum.

¶ Finis ꝯpēdij de geſtꝭ frācoꝝ clariſſimi viri
Roberti gaguini oꝛdis ſctē trinitatis de redē
ptiōe captiuoꝝ miniſtri gn̄alis Impſſi Pari
ſij impēſis magiſtri Durādi gerlerij: diligenti
vero accuratione Magiſtri Andree bocard.
Anno xp̄iane pietatꝭ Milleſimo quadrigēte
ſimo nonageſimoſeptio: ad. ij. kal̃. apꝛil̃.